MONVMENTA

GERMANIAE

HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

LEGVM SECTIO IV.

CONSTITVTIONES ET ACTA PVBLICA IMPERATORVM ET REGVM

TOMI VI. PARTIS PRIORIS FASCICVLVS I.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MCMXIV

EX LIBRIS

MR. H. VAN RIEL
ROTTERDAM

Digitized by the Internet Archive
in 2016 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/constitutioneset612weil

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXXII.

HOC TOMO CONTINENTUR:

ACTA REGNI LUDEWICI IV. ET FRIDERICI III.

(CONTINUATIO.)

---

1. LITTERAE REGIS DANORUM CARDINALIBUS MISSAE.
(1325.) Ian. 2.

Originale (or.) *Monaci in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Descripsimus nos. Sigilli fragmenta pendent loro membranaceo. Eadem manu exaratum esse videtur, qua Litterae regis supra tom. V nr. 873. — Ed. Preger 'Beiträge und Erörterungen zur Geschichte des deutschen Reichs in den Jahren 1330–1334' (= 'Abhandlungen der bayer. Akademie III. Cl.' XV (1880)) p. 74 nr. 28 ex* or.

Ineunti anno 1325. litteras vindicandas esse, ex eis quae referuntur constat.

Reverendissimis in Christo patribus ac dominis sacro cardinalium cetui et collegio honorando C(ristoforus) Dei gracia Danorum rex et cet.[a] salutem et se ipsum cum omnimoda qua[b] potest reverencia et honore.

Reverende paternitati vestre cum[c] humilitate qua decet attencius intimamus nos veraciter percepisse, ut inter sanctissimum in Christo patrem ac dominum dominum Iohannem miseracione divina sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summum pontificem ex una parte et magnificum principem dominum Lodowicum Romanorum regem ex altera dissensio plurima et grandis discordia proch dolor est suborta, de quo sine dubio turbati sumus non modicum et dolemus. Ymo dubitamus verisimiliter et timemus, quod exinde provenire poterint non solum personarum et rerum dispendia gravia, ymo etiam animarum pericula[d] quam plurima et scandala in populo in maximum christianitatis et fidei per diversas locorum distantias forsitan, quod Deus avertat, notabile detrimentum. Unde vobis et vestrum cuilibet omni instancia qua possumus supplicamus, quat(inus) dominum Iohannem summum pontificem predictum velitis pie monere et inducere, ut predictum dominum Lodowicum regem Romanorum iure suo ac iuris sui prosequcione perfrui amore Dei, iusticie et nostrarum precum interventu velit permittere, prout predecessores sui Romanorum reges pacifice et quiete usi fuerant ab antiquo. Et ad concordiam inter eos faciendam propter Deum cum efficacia vos interponere dignemini, ad quod, sicut etiam pro parte speramus posse, proficere, cooperari et laborare volumus

1. a) *sic or.* b) *corr. ex* quam *or.* c) *supra lineam add. or.* d) *sequ.* $\overset{a}{\text{q}}$ pluria *subpuncta or.*

cum effectu. Nec miremini, quod pro ipso et bono ipsius tractare volumus et in suis iustis causis nos intromittere, quia filius suus filiam nostram duxerat in uxorem nec aliud de ipso sentimus, quam quod de fideli christicola est senciendum. Cui testimonium perhibent vite sue et operacionis rectitudo necnon fama eiusdem non solum apud bonos et graves, verum etiam, ut intelleximus, communiter apud omnes. Bono etiam pacis et tranquillitatis sancte Romane ecclesie et predicti patris nostri summi pontificis et tocius christianitatis libentissime intendere volumus, ut tenemur.

Valeant in Christo vestre paternitates reverende per tempora longiora.

Scriptum crastino circumcisionis Domini.

---

2. PROTESTATIO EPISCOPI RATISPONENSIS.
1325. Ian. 3.

Originale Romae in tabulario Vaticano 'Armar. C fasc. 52 nr. 9' signatum. Descripsimus nos. — Ineditum.

Reg. Löher 'Archival. Zeitschrift' V (1880) p. 260 nr. 253; Preger-Reinkens 'Auszüge' (= Preger 'Die Verträge Ludwigs des Baiern mit Friedrich dem Schönen in den Jahren 1325 und 1326' in 'Abhandlungen der bayer. Akademie III. Cl.' XVII (1883) p. 103 sqq.) p. 161 nr. 201; Mollat 'Jean XXII Lettres communes' nr. 23290.

In nomine Domini amen.

Per hoc presens publicum instrumentum pateat universis, quod anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, indicione octava, die tercia mensis Ianuarii intrante, in domo habitationis Alberti dicti Ebner opidani in Nurnberg, post completorium in presentia mei notarii publici ac testium subscriptorum ad hec vocatorum specialiter et rogatorum constitutus reverendus in Christo pater ac dominus dominus Nycolaus venerabilis episcopus Ratisponensis tactis sacrosanctis evangeliis corporaliter prestitit iuramentum, quod cum domino Ludwico duce Bawarie, postquam gracia sedis apostolice caruit, non concordaverit pro ipsius beneplacito prestando sibi favorem et consilium nec adheserit ei tamquam regi Romanorum nec adherere promiserit vel cogitaverit, nisi prius recuperet gratiam dicte sedis. Petens sibi super premissis per me notarium publicum infrascriptum fieri publicum instrumentum.

Acta sunt hec anno, die, indicione, mense, loco et hora prenotatis. Presentibus honorabilibus viris domino Karulo priore domus fratrum ordinis Augustinen(sis) in Nurnberg, domino Hermanno plebano Sancti Seboldi ibidem necnon magistro Friderico notario opidi antedicti dyoc. Babenbergen. testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(S. N.) Et ego Herdegnus quondam Chunradi de Babenberg clericus imperiali auctoritate publicus notarius iuramento, tactui sacrosanctorum ewangeliorum et peticioni premissis una cum testibus supradictis presens interfui et ea fieri vidi et audivi necnon hoc presens publicum instrumentum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi meoque signo solito signavi rogatus.

---

3. PROMISSIO NOBILIUM DE HOHENLOCH PRO CIVIBUS ROTENBURGENSIBUS.

1325. Ian. 3.

Originale (or.) *Monaci in tabulario generali regni Bawarici. Contulimus nos. Pendent sigilla plus minusve laesa loris membranaceis. — Ed. Weller 'Hohenlohisches Urkundenbuch' II, 197 nr. 235 ex* or.

Reg. Boica VI p. 150.

Cf. supra tom. V nr. 693 et 694.

Wir Cunr(at), Lud(wig) und Gotfr(it) von Hohenloch verjehen offenlich an disem brief und tun kunt allen den di in sehen oder horen lesen, daz wir den bescheiden mannen dem Schonen Sitzen von Walnhusen, Walthern von Walnhusen, Cunr(at) sinem bruder, Sitzen Swartzen dem eltern, Ulrich von Bebenburch, Sitzen von Hemmendorf, Cunrat Kursner und Heinrich von Castel burgern ze Rotenburch gelobt und geheizzen haben, den rihter hern Wortwin von Cymmern ze endern und ein andern geben an sine stat, der ein gemein rihter si dem armem und dem[a] richem. Wer aber daz des der rihter, den wir in geben, niht entete und niht ein gemein rihter wolt sin und daz man in des moht uberzugen mit fůmf erbern mannen oder mit sehsen, so sullen wir in ein andern rihter geben, der in ein gemeiner rihter si, als vor geschriben stet. Und als oft si gebrechen gewinnen an dem rihter ungeverlich, daz sollen wir in wandeln an geverd. Ez ist auch also geredde, daz wir den vorbenanten burgern des rehten sullen helfen und mit dem rehten zu legen an geverd. Und hab ieman mit in ze schaffen oder si an ze sprechen, so sullen wir si stellen nach der stet reht, und wolt des der cleger niht enemen, so sullen wir den vorbenanten purgern beholfen sin ungeverlich. Wir die vorgenanten herren verjehen auch, daz wir kein sunderig verbuntnisse oder verspruchnisse haben noch tůn sullen mit den bescheiden mannen Eberwin Morder, Uͤlrich sinem bruder, mit Heinrich Vetern, Sefrid von Urenhoven und mit Hansen von Walnhusen, die dem vorbenanten Schonen Sifrid und sinen vrunden, die hie vor beschriben sten, wider sin oder ze schaden mohten komen an ir wort ungeverlich. Wir verjehen auch, daz wir den vorgenanten Schonen Sifrid von Walnhusen furdern sullen und beholfen sullen sin zu den genaden, die im unser herre kůnig Lud(wig) von Rom hat getan, also daz er im elleu sineu reht wider gabt[b] als des tages, do er uz der stat schiͤde. Die vorgeschriben rede haben wir gelobt bi unsern truwen alle stet und war ze halten an geverd. Und darumb geben wir in disen briͤf versigelt mit unsern drien insigeln.

Der wart geben do man zalt von Crist geburt druzehenhundert jar da nach in dem funfundzwainzigstem jar, an dem Donderstag vor dem Oberstem tage.

4—14. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.

1325. Ian. 9.—29.

Copiae vel extracta (praeter nr. 7, 10, 12, 14) in Registro cancellariae Ludewici[1], *quod in tabulario generali regni Bawarici servatur in codice 'Liber privilegiorum Nr. 25' signato. Contulimus vel descripsimus nos.*

3. a) *sequ.* rih *subpunct. or.* b) *corr. ex* gapt *or.*

1) *Cf. Chroust 'Monumenta palaeographica' fasc. 1 tab. 8; Bresslau 'Handbuch der Urkundenlehre' I (ed. alt. 1912) p. 133 sqq.; 'Kaiserurkunden in Abbildungen. Text' p. 309 sq.*

4. *Obligatio iudicii.* *Ian. 9.*

Extractum l. c. fol. 85.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 45 nr. 772.

Nota quod dominus rex obligavit iudicium in Hirsawe et Ehenvelt Heinrico Lengenvelderio et suis heredibus cum omni utilitate et pertinentiis suis pro centum libris Rat(isponen.) in refusionem dampnorum, que pertulit in bello cum duce Austrie prope Muldorf, et pro equis quos vendidit regi. Et tenebunt, quousque ab ipsis pro predicta pecunia per dominum regem vel suos heredes redimantur.

Dat. in castris ante Burgowe, feria quarta post epyphaniam Domini, anno Domini MCCCXXV, regni vero nostri anno undecimo.

5. *Promissio pecuniae solvendae.* *Ian. 10.*

Copia (c.) *l. c. fol. 112. Cancellata est in codice.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 45 nr. 774.

Wir Lud(wich) et cet. verjehen et cet., daz wir dem edelen manne Frid(rich) purgrafen ze Nurenberch unserm lieben getriwen gegeben haben fur seinen schaden, den er bei uns genômen hat an dem streit, den wir næchst getan haben mit hertzog Frid(richen) von Österich, fûmftusent fûmfhûndert und sechtzich pfunt Haller. Die haben wir im verschaffet von der werung, die uns gevallen sol von der vanchnûzze dez vesten mannes Dyetrichs dez Pilichdorfers unsers gevangen. Und ware daz im die vorgenant summe davon nicht geviel gar oder swaz ir abgieng, so sullen wir in derselben summe gantzer oder swaz dez abganges ist richten auf pfant, als wir[a] mit im uberain chomen und aintræchtich werden. Daruber zû urchûnd et cet.

Dat. in castris ante Burgowe, feria quinta post epyphaniam Domini, anno Domini MCCCXXV, regni vero nostri anno undecimo.

6. *Scriptum pro Kraftone de Hohenloch prius.* *Ian. 10.*

Copia l. c. fol. 85'. Verbo va—cat *posito cancellata est. Cf. infra nr. 9. — Ed. Weller 'Hohenlohisches Urkundenbuch' II, 198 nr. 236 ad Oefelium.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 45 nr. 774.

Wir Lud(wich) von Gotes gnaden Rômischer chûnich et cet. verjehen et cet., daz wir dem edelen manne Kraften von Hôhenloch unserm lieben getriwen geben haben dreutusent pfunt Haller, darumb daz er bei uns beleiben sol mit seinen triwen und dienst wider allermannichlich, die weil wir und er leben. Und sol uns dienen inner landez mit dreizzich helmen, swenn wir sein bedûrfen, und mit seiner macht, swa wir in der genehen sein, da er uns gereichen mach, und suln im gewônlich chôst geben. Geben wir im der nicht, so suln wir im die widerchern, als wir uberein chômen nach gûter bescheiden(heit). Umb diu vorgenanten dreutausent pfunt Haller versetzen wir im und seinen erben unser bûrch ze Staimsperch mit allem dem daz darzû gehôrt als lang ze haben und ze niezzen, untz das wir oder unser erben si von im oder seinen erben umb diu selben dreutusent pfunt Haller widerlôsen. Wær auch daz er in dem vorgeschriben unserm dienst nider gelege, darumb sol er uns mit seinem dienst nicht pfenden. Er mach uns aver an unsern gûten wol pfenden daz redelich ist und suln wir darumb nicht zûrnen. Wolten wir auch seinen dienst auz dem lande haben, darumb

5. a) *sequ.* im *cancellatum c.*

sullen wir im aver tûn daz zeitlich ist und als wir mit im uberæin chômen nach gûter bescheidenheit. Si suln uns oder unsern erben und ander niemans die selben veste geben ze lôsen, swenn wir si lôsen wellen. Darûber ze urchûnd et cet.

Dat. in castris ante Bûrgowe, feria quinta post epyphaniam Domini, anno Domini MCCCXXV, regni vero nostri anno undecimo.

Et nota quod dominus rex de suprascriptis habet reversam Chraftonis de Hohenloch in camera sua datam loco, die et annis ut supra[1].

7. *Mandatum civibus Rotenburgensibus missum.* *Ian. 25.*

Originale (or.) *in tabulario generali regni Bawarici. Contulimus nos. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. — Ed. Weller l. c. II, 199 nr. 237 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 45 nr. 781.

Cf. supra tom. IV nr. 693 et tom. V nr. 3.

Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer chunig ze allen zeiten merer dez riches enbieten den bescheiden læuten . . dem rat . . und den pûrgern gemainlich zû Rotembûrch und den Juden do selbs, unsern lieben getriwen unser huld und allez gût.

Als wir euch und ewer stat beide cristen und Juden zû Rotemburch den edeln mannen Cunraden, Ludowigen und Gotfriden von Honloch unsern lieben getriwen versetzet haben ze phande fûr achttusent phunt Haller, also wellen wir und gebieten euch vesticlich mit disem briefe, daz ir in huldet und wartet in pfandes weis und an pfandes stat, und sagen euch ledich ewers aides als ein pfant und in pfantschaft weis, darnach und ir in gehuldet habt. Swenne auch ir ledich werdet von in umb die achttûsent pfunt Haller, so seit ir uns und dem riche wider gebunden als vor. Dar uber zû urchund geben wir euch disen brief mit unserm insigel versigelten.

Der geben ist zû Ulme, an sand Pauli tag als er bechert wart, do man zalt von Crists gebûrt dreutzehenhûndert jar darnach in dem fumfundzweintzigstem jare, in dem eylifen jare unsers riches.

8. *Scriptum pro nobilibus de Hohenloch.* *Ian. 28.*

Copia (c.) *l. c. fol. 113'. — Ed. Weller l. c. II, 201 nr. 239 ad Oefelium.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 45 nr. 782.

Wir Lud(wich) von Gots gnaden Romischer chûnich ze allen zeiten merer dez riches verjehen offenlich an disem brief, daz wir den edelen mannen Chûnr(aden), Lud(wigen) und Gôtfr(iden) von Hohenloch unsern lieben getriwen geben haben fûmftausent pfunt Haller zû den dreyntausent pfunden Hallern, die wir in vor schuldich sein, als si dez unser brief habent, darumb daz si mit ir triwen und dienst, dieweil wir und si leben, bei uns beleiben sullen wider aller mænnichlich ane wider die, di si an iren briefen auzgenômen habnt. Und suln uns, swo wir inder landez, daz ist ze Elsazzen, ze Swaben, ze Franchen und ze Bayern ze velde ligen, dienen mit sechtzich helmen, Chûnr(ad) und Gôtfr(id) baide mit dreizzichen und Lud(wig) alein mit dreizzichen, und mit irer macht, swa wir in der genahen sein, daz si uns gereichen mugen, und sullen in gewônlich chôst geben. Geben wir in der nicht, so sullen wir in die wider cheren, als wir uberein chomen nach gûter bescheiden. Umb die vorgenanten achttausent pfunt Haller versetzen wir in unser stat ze Rotenburch mit christen und mit Juden und

1) *Hae reversales servatae non sunt.*

mit allen den rechten die datzû gehôrnt als lang ze haben und ze niezzen, untz daz wir oder unser nachchomen an dem riche si von in oder iren erben umb die vorgeschriben achttausent pfunt Haller wider erledigen und erlôsen. Wær auch daz si in dem vorgeschriben unserm dienst schaden næmen, darumb sullen si uns mit unserm dienst nicht pfenden. Si mugen uns awer an unsern[a] gûten wol pfenden und sullen wir darumb nicht zûrnen. Wolten wir auch iren dienst auz den vorgenanten landen haben, darumb sullen wir in awer tûn daz zeitlich ist und als wir mit in uberain chomen nach gûter bescheidenheit. Si sullen uns auch nicht abeslahen, swaz si der vorgeschriben stat und allez dez daz darzû gehôrt geniezzen, dieweil und si in pfandes steet. Daruber ze urchund geben wir in disen brief versigelten mit unserm insigel.

Der geben ist zu Ulme, an dem Montag vor der Liechtmesse, anno Domini MCCCXXV, regni vero nostri anno undecimo.

9. *Scriptum pro Kraftone de Hohenloch alterum.* *Ian. 28.*

Copia l. c. fol. 86. — Ed. Weller l. c. II, 200 nr. 238 ad Oefelium.
Böhmer, Reg. Ludw. p. 46 nr. 783.
Cf. supra nr. 6.

Wir Lud(wich) von Gotes gnaden Rômischer chunig ze allen zeiten merer dez riches verjehen offenlich an disem brief, daz wir dem edelen manne Chraften von Hôhenloch unserm lieben getriwen geben haben dreutusent phunt Haller, darumb daz er bei uns beleiben sol mit seinen triwen und dienst wider aller manichlich, die weil wir und er leben. Und hat uns daz gelobt auf seinen æit an gegen den, die wir im erlôubt haben auz ze nemen, daz sind unser lieb getriwen graf Eberh(art) und seinen sun graf Ulrich von Wirtenberg, burchgraf Frid(rich) von Nurenberch, der lantgraf von dem Leukemberg und alle von Hohenloch und von Brûnekk. Er sol auch uns dienen mit dreizzich helmen, swen wir sein bedurffen inner landez, daz ist ze Swaben, gegen Elsazzen, ze Franchen und ze Bayern, und mit seiner macht, wo wir in der genæhe sein, do er uns gereichen mach, und suln im gewonlich chost geben. Geben wir im der nicht, so suln wir im die auzrichten, als zeitlich ist. Umb die vorgenanten dreutusent pfuut Haller versetzen wir im und seinen eriben unser burch ze Steinsperch und Hillespach unser stat, læut und gût mit allen rechten daz datzû gehôrt, besûcht und unbesûcht, als lang ze haben und ze niezzen, bis daz wir oder unser eriben si von im oder von seinen erben umb die selben dreutusent pfunt Haller widerlosen. Wær auch daz er in dem vorgeschriben dienst nider gelæge, darumb sol er uns mit seinem dienst nicht pfenden. Er mach uns aber an unsern gûten wol pfenden daz redlich ist und suln wir darumb nicht zûrnen. Wolten wir auch seinen dienst auz dem land haben, darumb suln wir im aber tûn daz zeitlich ist und als wir mit im uberain chomen nach gûter bescheidenheit. Si sullen uns und unsern erben und anders nieman dieselben burch und stat geben ze losen, swenn wir si lôsen wellen. Wir suln auch den vorgenanten Kraften von Hohenloch versprechen und schirmen aufrecht gen aller mænnichlich. Daruber zû urchûnd geben wir in disen brief versigelten mit unserm insigel.

Der geben ist ze Ulme, an dem Montag vor unserr Frawen tag ze liechtmisse, do man zalt von Christes geburtt dreutzehenhundert jar darnach in dem fumfundzwaintzigstem jar, in dem eyliften jar unsers riches.

Et nota quod dominus rex de suprascriptis habet reversam Chraftonis de Hohenloch in camera sua datam loco, die et annis ut supra[1].

8. a) *supra lineam add. c.*
1) *Sunt Reversales infra nr. 10.*

10. *Reversales Kraftonis.* *Ian. 28.*

Originale (or.) *in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Descripsit Hermannus Herre. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. — Ineditum.*

Ich Kraft von Hohonloch[a] vergich offenlich an disem briefe und tů chůnt allen den die in ansehent oder hǒrent lesen, ob die edeln manne mine lieben vreunt, die ich auzgenomen habe mit andern minen briefn[1] gein minem herren chunig Ludowigen von Rome, von můtwillen oder von unredelichen sachen wider denselbn minen herren wolten sein, daz ich im danne beholfen sol sein wider si getriwelich an geverde in aller weis als wider ander, die ich nicht auzgenomen habe. Daz daz also staete und ganez von mir behalten werde, daz geheizz ich mit gůten triwen an eins aydes stat. Und daruber zů urchund gib ich disen brief mit minem insigel versigelten.

Der geben ist zů Ulme, an dem Montag vor dem Lichtmesse tag, do man zalt von Crists gebůrt dreuczehenhůndert jar darnach in dem fůmfundzweinczigistem jare.

11. *Mandatum de stura solvenda.* *Ian. 28.*

Extractum l. c. fol. 113.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 46 nr. 785.

Item dominus rex mandavit Iudeis in Hagenowe, ut intendant Heinrico de Vinsting, quousque satisfiat sibi de trecentis libris Argent(inensium). Et hiis solutis quittat eos de eisdem. Harum testimonio litterarum.

Dat. in Ulma, feria secunda ante Purificationem, anno Domini MCCCXXV, regni vero nostri anno undecimo.

12. *Infeudatio comitis de Kirchberg.* *Ian. 29.*

Originale in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiser-Ludwig-Select' (= KLS) nr. 293. Descripsimus nos. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. — Ineditum.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 46 nr. 787.

Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer chunig ze allen zeiten merer dez riches enbieten dem edeln manne Cunraden dem alten grafen von Kirchperg unserm lieben getriwen unser huld und allez gůt.

Důrch deine bete und důrch deine triwe, die dů zů uns und dem riche hast, wellen wir dir besunder gnade tůn und senden dir mit deinem sůn Ebirhart alle die lehen, die dů von uns und dem riche ze lehen haben solt, und stellen dich dar in mit disem briefe in aller weis, als dů si von uns selber engagenlich enphangen hettest, und mit namen dez bůrchsezzes zů Kirchperg und dez wiltbannes. Dartz̊ geben wir dir gewalt ze losen allez, daz von unsern vorvarn an dem riche oder von iren lantvǒgten versetzet ist auz den selbn burchsezze und wiltban, von den den ez versetzet ist. Und solt daz selbe furbaz mit samt deinen erben von uns und dem riche ze pfande haben umb daz, darumb dů ez von in lǒsest in aller weis, als si ez gehabt haben und haben solten. Und dar uber zů urchund geben wir disen brief mit unserm insigel versigelten.

Der geben ist zů Lougingen, an dem Eritag vor unser Vrowentag der lichtmesse, do man zalt von Crists gebůrt dreutzehenhůndert jar darnach in dem fůmfundzweintzigistem jare, in dem eyliften jar unsers riches.

10. a) *sic or.*

1) *Deperditae.*

13. *Quittatio sturae.* *Ian. 29.*

Extractum l. c. fol. 113.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 46 nr. 788.

Item dominus rex quittat cives in Mæmmingem de steura consweta per ipsos danda abhinc usque ad Purificationem (Febr. 2.) et abinde per tres annos continuos. Harum testimonio litterarum.

Dat. in Laugingen, feria tercia ante Purificacionem, anno Domini MCCCXXV, regni vero nostri anno undecimo.

14. *Promissio pro comite de Werdenberg.* *Ian. 29.*

Originale (or.) *in tabulario regio Stuttgardensi. Contulimus nos. Sigillum desideratur, loro membranaceo relicto. — Ed. Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 495 nr. 722 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 356 nr. 3229 (Addit. III).

Wir Lud(owich) von Gotes gnaden Romischer chunich ze allen ziten merer des reichs verjehen offenlich an disem brief, daz wir dem edlen mann Heinr(ichen) grafen von Werdenberch, unserm lieben lantvogt in obern Swaben, geheizzen haben und geheizzen ze gelten und wider ze geben allez daz, daz er den dieneren von unsern wegen umb dienest gibt, die weil und er bei unserer lantvogtæi ist, und sullen im do von helfen ane seinen schaden. Und dar uber ze urchunde geben wir im disem brief versigelten mit unserm insigel.

Der geben ist ze Lougingen, des Eritages vor unserer Frawen tach ze lihtmesse, do man zalt von Christes geburt driuzehenhundert jar dar nach in dem fumfundzwainzigstem jar, in dem ainliftem jar unsers reichs.

15—26. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE DIVERSIS MISSAE.

1325. Ian. 23. — Mart. 10.

15. *Litterae ad archiepiscopum Magdeburgensem priores.* *Ian. 23.*

Copia[1] (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 79 fol. 46' nr. 1343. — Ed. G. Schmidt 'Päbstl. Urkunden und Regesten' I (= 'Geschichtsquellen der Provinz Sachsen' XXI. 1886) p. 159 nr. 177 ex* c. *Editionem repetimus.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 217 Päbste nr. 33; Mollat 'Lettres communes' nr. 21446.

Cf. infra nr. 20.

Venerabili fratri Bo[r]chardo archiepiscopo Magdeburgensi salutem.

(1) Collata ligandi atque solvendi celitus beato Petro celesti clavigero potestate Romanus pontifex eius successor Christique vicarius utitur, prout secundum diversitatem

1) *In adnotatione ponimus Notitiam ex Libris 'Introitus et exitus' tom. 65 fol. 75' tabularii Vaticani descriptam:*

Die XII. Ianuarii fuerunt missi processus contra Ludovicum Bavarie archiepiscopo Lunden(si) per quendam nomine Laurencium Ozee et pro expensis suis ded(imus) et num(eravimus) sibi II sol. Tur(onensium) grossorum cum o rot(un)da.

Cf. supra tom. V nr. 906. 947. 1026, itemque p. 823 not. 1.

temporum et negotiorum varietatem conspicit salubriter expedire. Dudum siquidem ex manifestis, rationalibus et urgentibus causis contra Lodowicum de Bavaria tunc in discordia in regem Romanorum electum, pro eo quod discordi electione huiusmodi per Romanam ecclesiam, ad cuius examen persone electe in regem Romanorum in imperatorem assumende approbatio et electionis admissio pertinet, non admissa nec eius approbata persona nomen regis Romanorum indebite usurparat ac regni Romani et imperii administrationi se in eiusdem ecclesie manifestam iniuriam, plurimorum scandalum ac sue aliorumque multorum animarum periculum ingerebat, diversos processus fecimus varias penas et sententias continentes ac insuper omnibus et singulis civitatibus, communitatibus, universitatibus et personis singularibus, cuiuscunque preminentie, dignitatis, status vel condicionis existerent, in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis in singulares personas et interdicti in civitates, terras et loca ipsorum et communitates ac universitates predictas penis, quas illas, si contra facerent, incurrere voluimus eo ipso, iniunximus et duximus districtius inhibendum, ne predicto Lodowico in premissis vel circa ea tanquam regi seu in regem Romanorum electo, nisi si et cum huiusmodi eius electionem admitti et personam suam per dictam Romanam ecclesiam approbari et admitti contingeret, parerent vel intenderent aut adhererent seu prestarent per se vel alium seu alios auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, declaravimus civitates videlicet, communitates et universitates interdicti, singulares personas predictas excommunicationis sententiis subiacere et huiusmodi processus et sententias nostras mandavimus per litteras nostras tibi et aliis metropolitanis ac tuis et eorum suffraganeis illarum partium directas solemniter publicari. Rursus conversionem peccantium, quorum salutem querimus, affectantes tibi et aliis metropolitanis eorum, qui ab huiusmodi adhesione, obedientia, consilio, auxilio et favore resilire ac resipiscere penitus et ad gremium et mandata sancte matris ecclesie cum effectu et sine cuiusque fixionis velamine redire vellent, non parituri vel adhesuri eidem Lodowico ulterius in premissis, absolvendi eos infra certi temporis spatium iam elapsum a memoratis sententiis, quas ipsos declaravimus, ut predicitur, incurrisse, recepta prius ab eis resilientibus et resipiscentibus iuratoria cautione de ulterius non parendo contra eosdem processus et sententias, quas incurrisse[n]t, prefato Lodowico vel prestando ei super predictis auxilium, consilium vel favorem, plenam concessimus facultatem, prout in processibus et litteris prefatis seriosius continetur, tuque dictos processus et contenta in eisdem litteris publicare solenniter curavisti, prout tua nobis insinuatio patefecit [1]. Et quia nonnullas personas et loca tue ditioni subiecta reputasti contra processus et sententias eosdem dicto Lodowico adhesisse ac etiam adherere, tu, prout ex forma litterarum huiusmodi tibi directarum poteras, publice nuntiari mandasti et fecisti personas ipsas tunc nominatim expressas excommunicationis ac loca huiusmodi et specialiter civitatem Magdeburgen(sem), Hallen(sem), Calven(sem), de Burboye et de Roseborg ceteraque alia opida et castra tue dioc(esis) interdicti sententiis subiacere. (2) Verum quia, sicut ex insinuatione predicta percepimus, huiusmodi persone singulares, quas excommunicatas, necnon dicte civitatis ac prenominatorum et aliorum opidorum et castrorum, que interdicta mandasti et fecisti ut premittitur nuntiari, universitates coram te post huiusmodi spatium proponere curaverunt se predictas sententias minime incurrisse, pro eo quod ipsi contra processus et sententias prefatos eidem Lodowico minime adheserant nec etiam adherebant, offerentes se super hoc purgare seu ipsorum innocentiam ostendere iuxta morem illius patrie per propria iuramenta, nobis humiliter supplicasti, ut illorum statui et saluti providere clementer et misericorditer dignaremur. Nos igitur cunctorum christicolarum tranquillitatem et salutem plenis desideriis affectantes et volentes, ut eos, qui consistunt in fide ac devotione ipsius Romane tueque ecclesiarum, confirmes et corrobores in eis-

1) *Supra tom. V nr. 877. 878.*

dem et alios, qui forsan deviarunt ab illis, ad gratiam reconciliationis admittas ipsosque sic admissos verbo informes et stabilias salutari, tuis supplicationibus inclinati fraternitati tue, de qua sinceram et firmam in Domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus circa illas ex eisdem personis singularibus, quas excommunicatas, et eas ex universitatibus civitatis ac prenominatorum et aliorum obidorum[a] et castrorum eorundem, quas et que interdictas seu interdicta mandasti et fecisti ut predicitur nuntiari, queve se sine culpa fuisse asserunt in premissis seque coram te purgaverint seu innocentiam suam ostenderint iuxta morem illius patrie per proprium iuramentum, facias quod iustitia suadebit, alios vero, qui adherendo dicto Lodowico vel prestando eidem auxilium, consilium vel favorem contra processus predictos excommunicationis vel interdicti sententias incurrerunt, ab huiusmodi excommunicatione iuxta ecclesie formam, si tibi videbitur, possis absolvere ac interdictum huiusmodi, quod universitates civitatis, opidorum et castrorum predictorum ob causam similem incurrerunt, auctoritate predicta valeas relaxare, iniungendo eisdem super hiis que de iure fuerint iniungenda. Volumus tamen, quod ipsi vel illi eorum, qui eidem Lodowico contra processus predictos imposterum adherebunt, si persone singulares, in excommunicationis, si vero universitates extiterint, in interdicti eo ipso predictas sententias relabantur.

Datum Avinion(e), X. Kal. Februarii, anno nono.

16. *Litterae ad Liupoldum ducem Austriae.* *Ian. 23.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 44 nr. 352. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' (1891) p. 203 nr. 434 ex* c. *(decurtatum).*

Reg. Löher loco ad nr. 2 citato p. 260 nr. 255.

Nob(ili) viro Lipoldo duci Austrie et Styrie.

Significavit nobis venerabilis frater noster Gerardus episcopus Basiliensis, quod tu fili et gentes tue ac homines comitatus Feretarum moventis ab eodem episcopo et Basiliensi ecclesia, sicut fertur, eidem episcopo suisque hominibus blada et vina ipsius episcopi arrestando ac homines capiendo et molestando multas intulistis et inferre vexationes indebitas non cessatis et insuper cursum monete sue, quem per totum dominium suum et presertim per dictum comitatum habere, sicut asseritur, ab antiquis temporibus consuevit, impeditis in eius grande preiudicium et iacturam, quamvis idem episcopus tibi et tuis hactenus adherendo non absque variis expensis et laboribus quam plura dicatur obsequia prestitisse. Quocirca nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur, quatinus cessans a dictis gravaminibus et cessari faciens homines comitatus predicti et ab impedimento cursus dicte monete omnino desistens prefatum episcopum suamque Basiliensem ecclesiam sic velis habere pro nostra et apostolice sedis reverentia favore benivolo propensius commendatos, quod inde tibi augeatur meritum apud Deum et tua devotio commendari amplius mereatur.

Datum Avinion(e) X. Kal. Febroarii, anno nono.

17. *Litterae ad ducem Lotharingiae.* *Ian. 24.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 44' nr. 353. Descripsimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 204 nr. 438 ex* c. *(decurtatum); Sauerland 'Vatikan. Urkunden zur Gesch. Lothringens' I, 204 nr. 245 ex* c.

Nobili viro Ferrico duci Lothoringie.

Veniens nuper ad nostram presentiam dil. fil. nobilis vir Ancelinus dominus de Giravilla tuus et dil. fil. nobilis viri Iohannis comitis Barensis nuncius, ut dicebat, per

15. a) *sic c.*

nos benigne vestre considerationis intuitu et sue probitatis obtentu receptus, devotionem sinceram, quam te dictumque comitem vestrorum progenitorum inherendo vestigiis gerere ad Romanam ecclesiam matrem vestram ac laudabile propositum, quod vos ad obsequendum nobis et eidem ecclesie concepisse asserunt, coram nobis prudenter explicare procurans, pro parte tua et ipsius comitis per nos tibi et sibi ad huiusmodi prosequendum propositum de certo provideri subsidio postulavit. Sane fili certis ex causis, quas eidem expressimus nuncio et ipse tibi dictoque comiti referre poterit viva voce, eiusdem petitionem super hiis ad exauditionis effectum admittere nequivimus quoad presens, sed causis cessantibus huiusmodi tibi et eidem comiti, quos in mente specialiter retinemus, de subsidiis, que vobis esse utilia et nos decentia viderimus, providere taliter intendimus, Domino concedente, quod inde debebitis merito contentari. Porro devotionem et propositum huiusmodi nobis et apostolice sedi grata non indigne quam plurimum et accepta cum gratiarum actionibus uberibus multipliciter in Domino commendantes, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatinus in illis sic solida continuatione persistas, quod inde preter divine retributionis premium nostram et eiusdem sedis benedictionem et gratiam valeas uberius promereri.

Datum Avinion(e), IX. Kal. Febroarii, anno nono.

Item in e. m o. dicto comiti Barensi ipsum in narratione preferendo modo quo dux predictus prefertur in sua.

18. *Litterae ad civitatem Coloniensem.* *Ian. 28.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 45 nr. 354. Descripsimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 205 nr. 439 ex* c. *(decurtatum); Sauerland 'Urkunden und Regesten zur Gesch. der Rheinlande' I, 339 nr. 716 ex* c.

Reg. Löher l. c. p. 260 nr. 258; Preger-Reinkens p. 162 nr. 204.

Dilectis filiis iudicibus, scabinis, consulibus, proconsulibus magistrisque civium totique universitati Coloniensi.

(1) Dum clare vestre devotionis insignia, quibus exhibitione laudabilium operum protestante vos et[a] progenitores vestri erga Deum et Romanam matrem ecclesiam hactenus claruistis et clarere continue non cessatis, delectabiliter recensemus, tanto ad vos inter alios eiusdem ecclesie dilectos filios et devotos specialis affectum considerationis habentes, magis afficimur in fide devotionis et constantie vestre iocundi, quanto predecessorum vestrorum magnifica merita erga dictam ecclesiam splenduisse recolimus et strenuitatis vestre devotionem eximiam maiorum operum claritate percipimus illustrari. Hec quidem opera, filii, circa publicationem et observationem processuum nostrorum dudum habitorum contra Ludovicum ducem Bavarie, Dei et ecclesie rebellem et hostem produxistis nuper et continuatione solida constanter producitis, sicut fama celebris nomen vestrum non parum extollens insinuat in apertum. Super predictis igitur, pro quibus nostram et apostolice sedis benedictionem et gratiam vobis et vestris posteris uberius vendicastis, vos multipliciter cum gratiarum actionibus commendantes, universitatem vestram rogamus attentius in Domino et hortamur, quatinus huiusmodi devotionem et constantiam adeo virtute perseverantie, cui super virtutes alias currentes ad bravium corona promittitur, roboretis, quod apud Deum et sedem eandem excellentioribus et dignioribus laudis et gratie titulis magis ac magis extolli vestra devotio mereatur. Nos enim vos et civitatem vestram intra nostra precordia iugiter recumbentes intendimus, quantum cum Deo poterimus, respicere gratiis et favoribus oportunis. Super quibus dil. fil. Henricus de Iuliaco canonicus Monasteriensis, qui vestram devotionem huiusmodi

18. a) vos et *in loco raso c.*

apud nos multe laudis preconiis commendavit, clarius aperire vobis poterit mentem nostram. (2) Ceterum percepto nuper, quod aliqui vestrum occasione iuramentorum, que dudum Ludovico duci Bavarie tanquam electo in regem Roman(orum) dicimini prestitisse, scrupulosos habere remorsus conscientiarum pretenditis, si ab eius adhesione, consiliis et favoribus desistatis, quam plurimum admiramur, cum nos, sicut nosse vos credimus, in processibus nostris de fratrum nostrorum consilio contra ducem ipsum habitis declaraverimus iuramenta huiusmodi tanquam illi prestita, cui minime prestari debuerant, nulla esse ac ea prestantes ad illorum observationem quomodolibet non teneri. Et licet certum sit, quod aliquis ad observationem iuramentorum huiusmodi non tenetur[b], nos tamen ad clarificandum eorum conscientias, qui remorsibus huiusmodi constringuntur seu constringentur forsitan in futurum, venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Coloniensi aliis damus nostris litteris[1] in mandatis, ut eis ad cautelam, quamquam non indigeant, curet de absolutionis beneficio providere. Nostris precibus et exhortationibus subiungentes, ut fulgorem tante devotionis et fidei non sinatis quibusvis contrariis offuscari, set potius erga matrem ipsam ecclesiam, que vos brachiis interne dilectionis amplectitur, splendere clarius, ut ab ipsa mereamini semper plus diligi, studeatis.

Datum Avinion(e), V. Kal. Febroarii, anno nono.

19. *Litterae ad archiepiscopum Coloniensem.* *Ian. 29.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 45 nr. 355. Descripsimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 206 nr. 440 ex* c. *(decurtatum); Sauerland l. c. I, 340 nr. 717 ex* c.

Reg. Löher l. c. p. 260 nr. 259; Preger-Reinkens p. 163 nr. 205.

Venerabili fratri .. archiepiscopo Coloniensi.

Licet per processus nostros contra Ludovicum ducem Bavarie, qui adversus Deum, nos et ecclesiam Romanam varios et enormes excessus commisisse noscitur, de fratrum nostrorum consilio et presente copiosa multitudine fidelium dudum habitos fidelitatis et quecunque alia iuramenta sibi tanquam regi seu in regem Roman(orum) electo a quibuscunque velut illi, cui minime prestari debuerant, prestita nulla esse et irrita eaque prestantes ad illorum observationem non teneri declarav[er]imus et ipsos ab eorum observatione absolvendos duxerimus ad cautelam, quia tamen aliqui tuarum civitatum et dioc(esis) Colonien(sis) super huiusmodi iuramentis per eos dicto duci forsan, ut premittitur, prestitis scrupulosos conscientiarum remorsus habere dicuntur, nos eorum servare conscientias super hiis cupientes, fraternitati tue eos ab huiusmodi iuramentis et ipsorum observatione auctoritate nostra ex abundanti, cum non indigeant, ad clarificandas eorum conscientias specialiter absolvendi plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem.

Datum Avinion(e), IIII. Kal. Febroarii, anno nono.

20. *Litterae ad archiepiscopum Magdeburgensem alterae.* *Febr. 5.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 45' nr. 356. — Ed. Schmidt l. c. I, 162 nr. 180 ex* c. *Editionem repetimus.*

Reg. Löher l. c. p. 261 nr. 261; Preger-Reinkens p. 163 nr. 207.

Venerabili fratri Burchardo archiepiscopo Magdeburgen(si).

Fraternitatis tue litteras[2] solita benignitate recepimus, que cum inter cetera publicationem missorum per nos tibi processuum habitorum contra Ludovicum ducem Bavarie

18. b) tenentur *c.*

1) *Infra nr. 19.* 2) *Supra tom. V nr. 975.*

ac nonnullos alios culpe damnate consortes et promptitudinem aliam tue devotionis ac fidei erga beneplacita nostra et apostolice sedis grata insinuatione retulerint, diligentiam et sinceritatem tuam in talibus claris in Domino laudibus commendamus. Et quia ex tuis huiusmodi meritis de te ac tua consequenter ecclesia specialem solicitudinis habemus affectum, petimus a te, frater, ut quotiens nobis scribere duxeris, ipsa scripsione significes tuum et eiusdem ecclesie tue statum, pro cuius existimus favore benivoli et disponimur, quantum Domino permittente poterimus, operosi. Eas autem de petitionibus pro parte tua nobis oblatis, quas secundum Deum potuimus, ad exauditionis effectum favorabiliter duximus admittendas[1].

Datum Avinion(e), Non. Februarii, anno nono.

21. *Litterae ad episcopum Basiliensem.* *Febr. 5.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 45' nr. 357. Descripsit H. Pogatscher. — Ineditum. Reg. Löher l. c. p. 261 in nr. 262; Preger-Reinkens p. 163 nr. 208.*

Venerabili fratri Gerardo episcopo Basiliensi.

Fraternitatis tue litteras presentatas nuper nobis per dil. fil. Udricum de Aventica solita benignitate recepimus et tam litterarum huiusmodi serie quam relatione ipsius Udrici plenarie intellectis, quod processus nostros contra Ludovicum ducem Bavarie hactenus habitos executus diligenter extiteris tanquam divine iusticie diligens executor et sedulus, diligentiam tuam cum gratiarum actione multiplici multipliciter in Domino commendamus. Sane cum ab ipsorum fructibus cognoscendi sint homines[2] nec ex opinionibus variis seu pravis relatibus iudicandi, exhibent de te, frater, illud nobis pro certo iudicium tue devotionis et fidei opera, ut oblocutoribus sive detractoribus tuis nec aures de facili porrigamus accommodas nec, quod a nostro more proscribimus, fidem eis credulam prebeamus. Ceterum de convalescentia tua, quam ipsius Udrici grata nobis patefecit assertio, tibi sinceris affectibus congaudentes, scire[a] te cupimus, quod dilecto filio nobili viro Lipoldo duci Austrie super hiis, que continuit tuarum litterarum huiusmodi pagina, dirigimus efficacia scripta nostra[3]. Sic igitur melioribus continuisque successibus te disponas ad ea que Deo sint placida, nobis et apostolice sedi ac sancte Romane ecclesie matri tue, quod opinionem tuam optima semper approbatione continues ac preter premium retributionis eterne in nostra et dicte sedis affectione benivola iugiter perseveres.

Datum ut supra proxima[4].

22. *Litterae ad archiepiscopum Trevirensem.* *(Febr. 5.)*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 46 nr. 359. Descripsimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 262 nr. 600b ex* c. *(decurtatum); Sauerland l. c. I, 341 nr. 718 ex* c.

Huic tempori vindicandae esse videntur; praecedunt enim in Registro Litterae supra nr. 20 et 21, sequuntur infra nr. 23.

. . archiepiscopo Treveren(si).

Infeste relationis assertione percepto, quod dudum dil. fil. Petrus de Boninea clericus litteras nostras apostolicas deferens processus nostros dudum contra Ludovicum ducem Bavarie habitos continentes in tua dioc(esi) per quosdam iniquitatis filios Deum et ecclesiam offendere in suarum animarum periculum non verentes captus extitit et in

21. a) ferre *c.*

1) *Cf. Schmidt l. c. I, 161 nr. 178.* 2) *Cf. Matth. 7, 16.* 3) *Supra nr. 16.* 4) *Scil. supra nr. 20.*

castro de Sarburch eiusdem dioc(esis) detinetur miserabiliter captivatus, fraternitatem tuam rogamus attentius et hortamur, quatinus prefatum procures liberari clericum et ad sedem apostolicam destinari. Rescripturus nobis per tuas litteras, quid inde feceris et ex quibus causis extiterit memoratus clericus captivatus.

23. *Litterae ad episcopum Ratisponensem.* *Febr. 9.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 46 nr. 360. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 207 nr. 446 ex* c. *(decurtatum).*

Reg. Löher l. c. p. 261 nr. 262bis; Preger-Reinkens p. 164 nr. 209.

Venerabili fratri Nicholao episcopo Ratisponensi.

Fraternitatis tue litteras, per quas constantiam devotionis et fidei, quibus minis et temptationibus Ludovici[a] Bavarie ducis contemptis erga nos et sedem apostolicam vigere ac viguisse, necnon turbacionum anxietates, quas propter hoc sustinuisse diceris, describere curavisti, benignitate recepimus consueta, tibi super anxietatibus ipsis compatientes ab intimis ac firmitatem huiusmodi devotionis et fidei multipliciter in Domino commendantes. Sane quia, sicut novit tua prudentia, super virtutes currentes ad bravium sola perseverantia coronatur, providentiam tuam attentius exhortamur, quatinus minis et terroribus impiorum, quorum consilium Altissimus dissipat, contemptis et adversitatibus magnanimitatis et pacientie virtute calcatis, in fide ac devotione huiusmodi sic constanter et strenue perseveres eas laudandis operibus nichilominus comprobando, quod preter perennis remunerationis premium, quod inde consequeris, nostram et eiusdem sedis gratiam uberius valeas promereri.

Datum Avinion(e), V. Idus Februarii, anno nono.

24. *Litterae ad archiepiscopum Salzburgensem.* *(Febr. 11.)*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 46 nr. 361 (et 362). Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 208 nr. 447 ex* c. *(decurtatum).*

Reg. Löher l. c. p. 261 nr. 263; Preger-Reinkens p. 164 nr. 210; Lang 'Acta Salzburgo-Aquilejensia' I, 87 nr. 76 cum nota adiecta[1].

Cf. litteras ad episcopum Bambergensem Febr. 20 datas Riezler l. c. p. 208 nr. 448 et notam ibi adiectam.

23. a) *bis scriptum* c.

1) *In adnotatione ponimus litteras archiepiscopi Salzburgensis pontifici directas, quibus de eisdem rebus tractatur, dato carentes, quae in Libris Formularum servatae sunt, de quibus v. supra tom. V ad nr. 930. E codice 3 fol. 110', ubi rubrum:* Item supplicatorie ad dominum papam pro episcopo obpresso, *descripsimus nos; varias lectiones codicis 2, quas hic ponere supersedimus, vide apud Simonsfeld loco supra tom. V ad nr. 930 citato p. 276:*

Sanctissimo etc.

Ad decus et devocionem sanctitatis vestre pertinere dinoscitur, ut inter ceteros prelatos illos[a] singularis favoris gratia prosequamini, quos inmediate subiectionis vobis iungit vinculum quibusve status[b] sui[c] curastis tribuere dignitatem. Sane venerabilis in Christo pater dominus . . episcopus talis, qui ex provisione vestra kathedram episcopalem accepit vobisque inmediate subiectus existit, servando vobis et ecclesie Romane fidem, devocionem et obedientiam debitas et constantes, tenendo contra se tyrannidem Lud(ovici) ducis Bawarie, bellando eciam contra ceteros ecclesie sue oppresores, diversas patitur molestias, angustias et pressuras nec hiis frangitur, set fervore spiritus sublimiora conscendens forcior redditur et sic[ut] columpna inmobilis perseverat. Hic eciam[d], dum gentes dicti Lud(ovici) nuper

a) illis 3. b) quibus vestatus 3. c) *sequ. delet.* tribuistis 3. d) et *add. 3.*

Venerabili fratri archiepiscopo Salzeburgensi.

Queritur apostolice sedis auctoritas et sancta mater ecclesia precordiali offensione proclamat, quod Ludovici ducis Bavarie sterilis et dampnata tyrannis veluti christiane professionis et dignitatis ac libertatis ecclesie vivida persecutrix patenti contradictione non patitur, quod venerabilis frater noster Henricus Bambergensis[a] episcopus ad dignitatem huiusmodi tam canonice quam digne promotus possessionem et administrationem pacificam eius Bambergensis ecclesie assequatur. Hanc sane vicio universe dampnationis horrendam sine offensa Dei, dicte sedis et eiusdem matris ecclesie derogatione molesta equanimiter tolerare nequitiam nequeuntes et cupientes, quod militans Deo favente pro ecclesiastico favore vigor et ratio sensualitatis prave iudicio non succumbat, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente tibi nichilominus sub virtute sancte obedientie iniungentes, quatinus tam caritatis comitatione laudanda quam verisimili consequentia causam istam cogitans esse tuam, prefato episcopo ad requisitionem ipsius in adeptione possessionis et administrationis eiusdem iuxta facultates tibi a Domino date potentie pro nostra et eiusdem sedis reverentia sic assistas auxiliis, consiliis et favoribus oportunis, ut idem episcopus quod suum est valeat assequi et tu frater in hac parte tibi utiliter consulens apud nos et dictam sedem dignis propterea possis laudibus commendari.

In e. mo. ven. fr. . . archiepiscopo Maguntinen.

Item ven. fr. . . episcopo Herbipolen.

[In e. mo. mutatis mutandis] Henrico duci Austrie.

In e. mo. Lipoldo duci Austriae.

Item Alberto duci Austrie.

Item Ottoni duci Austriae.

Item . . duci Carinthie.

Datum Avinion(e), III. Idus Febroarii, anno nono.

25. *Litterae ad dominum Magnopolensem.* *Febr. 20.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 46 nr. 363. Contulit H. Pogatscher.*
Böhmer, Reg. Ludw. p. 412 Päbste nr. 246 (Addit. III); Löher l. c. p. 261 nr. 265.

Dil. fil. nobili viro Henrico Magnopolen(si), Stagardie et Rostek domino.

Tue nobilitatis litteris missis nobis per dil. fil. Hellembertum de Visbek canonicum Zverinensem sub verbo delegate credentie solita benignitate receptis, habuit verbalis eius assertio, nichilominus et in scriptis pro parte tua nobis oblata petitio effectualiter continebat, ut cum magnam partem marchionatus Brandenburgensis obtineas tam ex infeudatione venerabilis fratris nostri [. . archiepiscopi Magdeburgensis][a] quam nonnullorum nobilium ac universitatum quarumdam civitatum seu locorum marchionatus eiusdem, qui te ad ipsorum defensionem ut asseris evocarunt, et ex hoc factus de

24. a) Barabergen. *c.*

25. a) *haec addenda esse videntur c.*

terram meam intrare et hostiliter devastare voluissent, auxilium militie sue[e] prompta devocione michi exhibuit, sic quod ope sua illa vice cohibui introitum earundem. Quapropter sanctitati vestre supplico reverenter, quatinus dictum episcopum sicut devotum filium et sicut creaturam et plantulam manus vestre dignemini confovere, protegere et tueri et habere in omnibus suis necessitatibus gratiosius commendatum.

Datum etc. anno etc.

Cf. formam codicis 1 *fol. 43, 2' parum discrepantem apud Lang l. c. I, 188 nr. 241, 23.*

e) super 3.

potente potentior ad obviandum et resistendum Ludovici ducis Bavarie iniuriosis illicitisque conatibus tanquam devotus eiusdem ecclesie filius te disponas, marchionatum ipsum tibi et successoribus tuis infeudare atque concedere de auctoritate et benignitate sedis apostolice dignaremur. Sane quamvis, prout ex tue generositatis ac probitatis devotione supponimus, nobis insinuata persentias et illa perducere cupias in effectum, super quibus nobilitatem tuam multipliciter in Domino commendamus, tamen cum nobis non constet, quid et qualiter obtines in marchionatu predicto et an hec procedant de beneplacito prefati archiepiscopi et aliorum nostrorum et eiusdem sancte Romane ecclesie devotorum, a quibus obtines supradicta, ad presens nequivimus, certe fili maturitate servata dicte sedis in talibus, bono modo concedere quod petisti, sed si cures de premissis certos nos reddere, nos per consequens super hoc tantum actore Domino faciemus, quod quantum nobis cum Deo licuerit, inde merito poteris contentari. Quocirca nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatinus in hiis, que honorem nostrum ac favorem dicte sedis et eiusdem sancte Romane ecclesie sapiunt, sic ut speramus te dirigas de bono semper in melius et conformes, quod in predictis et aliis benivolentiam nostram et sedis eiusdem operis et perseverantie meritis probabiliter merearis. Et quoniam de processibus nostris contra prefatum Ludovicum habitis, sicut nuncius tuus prefatus nobis exposuit, certior effici cupiebas, ecce quod processum novissimum[1], in quo resumuntur substantialiter precedentes, per eundem nuncium tue magnitudini providimus destinandum, quem publicari et observari procures quesumus, ubi videris expedire.

Datum Avinion(e), X. Kal. Marcii, anno nono.

26. *Litterae ad comitem Valesii.* *Mart. 10.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 8 nr. 73. Descripsimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 211 nr. 457 ex* c. *(decurtatum).*

Carolo comiti Valesii.

(1) Litteras tue fili magnificentie utique gratitudine non vacuas ac benivolentia multa plenas leta manu recepimus hiis diebus, quarum series tuum nobis benivolum, quem ad nos et nostros geris, animum apertius indicavit. Super quo eidem non indigne gratiarum referimus uberes actiones. Propositum autem laudabile, quod ad pacis inter reges inclitos . . Francie et . . Anglie reformanda federa eedem littere nunciabant velut Deo acceptum, regibus ipsis accommodum, nobis votivum et universis fidelibus oportunum in Domino plurimum commendantes, tuam circumspectionem providam deprecamur, ut in illo constanter persistere studeas ac queque reformationi predicte obviantia quantum in te fuerit summovere sedule non ommittas. (2) Circa processum autem illius negocii, de quo in eisdem litteris mentio habebatur, directione nostra providentia tua fili non indiget. Habes enim multos consiliarios, qui in hiis circumspectionem tuam possunt plenius informare. Set sicut alias nos scripsisse meminimus, expedit ut veritas dicti negocii ulterius occultetur. Quod absit extinguere iniquitatis intendit, sicut percepimus, matrimonia principalis[a]. Magistrum Radulphum eiusque filium, de quibus in eisdem litteris fiebat mentio, intendimus habere propensius commendatos. Recommendamus tue benivolentie negocia nostra et ecclesie ac nostrorum. (3) Profecto ad honorem regium tuumque fili cederet, si illi dampnate memorie Mathei de Viccecomitibus de Mediolano filii de heresi condempnati ac Mediolanenses eorum fautores in regno non reciperentur Francie, sed ipsis captis eorum bona, que in dicto regno

26. a) Quod absit — principalis *verba minus intelligibilia ita in c.; in initio enuntiati nonnulla excidisse videntur.*

1) *Supra tom. V nr. 944.*

obtinent, caperentur regali camere applicanda, quod ut fiat optamus tuam magnificentiam et rogamus operosum studium adhibere.

Datum Avinion(e), VI. Idus Marcii, anno nono.

---

27. 28. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.
1325. Mart. 3.—5.

27. *Obligatio bonorum.* *Mart. 3.*

Originale in tabulario generali regni Bawarici KLS 295. Descripsimus nos. Pendet sigillum paulum laesum loro membranaceo. In verso legitur: R. — *Ineditum.*

Extractum quod habetur in Libro cancellariae Ludewici regis, de quo v. supra ad nr. 4—14, fol. 87' haec praebet:

Nota quod dominus rex obligavit strennuo viro Berchtoldo de Sevelt et suis heredibus castrum suum in Peytengaw cum advocacia et civitate Schônngawe pro quadringentis libris Augusten(sium) per ipsos tenendum, donec per ipsum vel suos heredes ab ipsis redimatur pro pecunia supradicta.

Dat. ut infra annis, loco et die [= Dat. Monaci, in Dominica Reminiscere, anno Domini MCCCXXV, regni vero nostri anno undecimo].

Böhmer, Reg. Ludw. p. 46 nr. 800.

Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer chunig ze allen zeiten merer dez riches verjehen offenlich an disem briefe, daz wir dem vestn manne Bertolden von Sevelt unserm lieben getriwen schuldich sein zweihundert pfunt Auspurger pfenning fůr den schaden, den er bei uns nam an dem streite zů Můldorf, do wir striten mit hertzogen Friderichen und mit seinem bruder umb unser ere, und zweihundert pfunt auch Auspurger pfenning fůr den schaden, den er genomen hat an unserm gemerke von dem Trůchtsetzen von Walpůrch unserm und dez riches veinde. Fůr die selbn vierhundert pfunt Auspůrger pfenning versetzen wir im und seinen erben unser bůrch Peytengaw mit der stat und der vogtay zů Schongowe und mit allen iren nůtzen und rechten die dartz̊ gehôrent als lang inne ze haben und ze niezzen, untz daz wir oder unser erben die bůrch, stat und vogtay von im oder seinen erben ůmb die vorgeschriben vierhůndert pfunt Auspurger pfenning widerlôsen. Dar uber zů urchund geben wir disen brief mit unserm insigel versigelten.

Der geben ist zů Munchen, an dem Sůntag so man singet Reminiscere, do man zalt von Crists gebůrt dreutzehenhundert jar darnach in dem fůmfundzweintzigistem jare, in dem eyliften jare unsers riches.

28. *Privilegium pro episcopo Eistetensi.* *Mart. 5.*

Originale ibidem KLS 295 a. Descripsimus nos. Sigilli secreti rubei coloris dorso impressi vestigia adsunt. — Ineditum.

Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer chunig ze allen zeiten merer dez riches enbieten unserm lieben fůrsten Gebharten bischof von Eystet unser huld und allez gůt.

Wann wir deiner lůtercheit wol getrawen, enphelhen wir dir unsern wiltban in Weizzembůrger forst ze heyen und ze hůten, also daz dů nieman dhainer jægerige dar

inne gestatten solt, er habe danne unser urloub dartž. Und swer dar uber dar inne jagte, den solt dů pfenden von unserm gewalt darůmb.

Der brief ist geben zů Ingolstat, an dem Eritag nach Reminiscere, in dem eyliften jare unsers riches.

---

29. SCRIPTUM ARBITRORUM SUPER CONCORDIA INTER REGES FIRMANDA.

1325. Mart. 13.

Originale (or.) *in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Descripsimus nos. Pendent sigilla comitis de Henneberg fere illaesum, Dietrici de Pilichtorf laesum loris membranaceis. Eadem manu exaratum est qua Scriptum foederis die 5. m. Sept. a. 1325. icti, quod infra edemus. — Ed. a. 1618. ex* or. *Gewoldus 'Defensio Ludovici IV. imp.' p. 89 sqq., quo ceterae editiones omnes redeunt.*

Quae de reversalibus, ut ita dicatur, Ludewici regis contendit W. Preger loco supra ad nr. 2 citato p. 113 sqq., omnino erronea sunt.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 240 Reichssachen nr. 62 [1].

1. Wir Bertolt grafe von Hennemberg und Dytrich der Pilichtorfer marschalk in Osterreich verjehen offenlich an disem briefe, daz wir zwischen dem durchluchtigen herren chunig Ludowigen von Rome und den wolgebornen fursten hertzogen Friderichen von Osterreich und seinen brůdern eine gantze und vreuntlich sůne geteidingt haben, als si hernach geschriben stet von worte ze worte:

2. Dez [a] ersten daz der vorgenante hertzog Friderich sich verzihen sol lauterlich und gæntzlich dez chunichriches und aller der ansprache, die er dar an gehaben mőcht. Und sol die briefe, domit er erwelt wart, ob ez ein wal geheizzen mocht, und alle ander briefe, die im datž geholfen und furderlich mőchten sein, von wem im die gegeben und in welher weis die geschriben seint, wider geben dem chunige an allez geverde. Und sol auch nach dem chunigriche nimmer mer gestellen mit dhainen sachen noch důrch nimans willen oder anhaltůng noch dhaiñ hinderniůz nach iemans anwisůng oder hetzigůng, ez were von dem der sich babest nennet oder von anders ieman, dem chunige dar an tůn, die wile der chunich lebt.

3. Darnach [b] sullen die vorgenanten hertzog alle fůmfe dem chunige widergeben waz si dez riches inne habent und sich underzogen, ez sein herren, stete und gemainlich lant, læute und gůt, swie daz genant sei. Und swaz si da von versetzet habent oder auf daz daz von andern keysern und Romischen chunigen dez chuniges vorvarn vor versetzet ist oder geslagen, daz sullen si allez lősen und ledigen.

4. Si [b] sullen auch alle fůmfe sich zů dem chunige verbinden ewiclich bei im und seinen chindern ze beliben und in ze helfen wider aller mængelich, swie si genant sein, pfaffen und leyen und mit namen wider den der sich babest nennet und alle seine helfer und gůnner, die wile er wider den chunich und daz riche ist. Und zů einer merer sicherheit der verbůndenůz sullen si schaffen, daz ez geschehe daz der hertzog von Cherrend und mere seins rats mit im, daz seint maister Henrich sein schriber, Cunrat von Aufenstein und Syfrit von Rotembůrch und der hofmeister sein vetter, ob si die selbn zwene an geverde gehaben můgn, und grafe Rudolf von Hohemberg,

29. a) *sine alinea or.* b) *alinea in or.*

1) *In Regestis Boicis VI, 190 datum male indicatur: 1326. Febr. 26.*

grafe Hůg von Bregentz, grafe Alb(reht) von dem Heiligemberg, der grafe von Schelchelingen, margrafe Rudolf und margrafe Hesse von Badem, der grafe von Furstemberg und Otte von Ochsenstein sweren zů den heiligen und ir briefe dar uber geben, ob daz were daz der von Osterreich einer oder mer die sůne uberfůren oder dem chunige nicht beholfen weren, als vorgeschriben ist, daz si danne dem chunige wider den und die beholfen sein mit leibe und mit gůt an alle geverde. Mo̊chten si aver der selbn grafen einen oder zwene nicht gehaben an geverde, so sullen si einen oder zwene als gůt an der selbn stat gewinnen nach dez bůrgraven von Nuremberg rat. Dez selbn sůlln sweren zwelfe von Swaben und von Elsazzen, die ir dienstman sein, und zweintzich von Osterreich und von Styr.

5. Si[c] sullen auch alle fůmfe ir lehen von dem chunige enphahen und in erchennen und haben fůr iren rechten herren und chunig und im gehorsam und undertenich sein als fůrsten einem Romischen chunige ze recht. Und sulln auch der hertzog von Cherrend und die grafen die obgenant seint mit samt in durchslechtes an alle widerrede ire lehen enphahen von dem chunige und in fůr iren rechten herren haben und erchennen und im gehorsam und undertenich sein als ein fůrste und grafen einem Romischen chunige ze recht. Si sullen auch schaffen, daz alle fursten, si sein leyen oder pfaffen, grafen, vreyen, dinstman und ander swie die genant seint, die in irem dienste untz her chůmen seint von des chriegs wegn, ire lehen enphahen von dem chunige und in erchennen und haben fůr iren herren und im gehorsam sein als einem Romischen chunige ze recht. Und welhe fursten, si sein leyen oder pfaffen, grafen, vreyen, dinstman oder ander wie si genant seint, daz nicht tůn wolten, gein dem und den sullen si dem chunige beholfen sein mit leibe und mit gůt an geverde, als lang biz der selbe oder die ire lehen enphahen von dem chunige und in erchennen und haben fůr iren rechten herren und im gehorsam und undertenich sein als einem Romischen chunige ze recht. Ane wider die aechte die obgenant seint, die mit den hertzogen ir lehen durchslechtes an alle widerrede enphahen sullent von dem chunige.

6. Ez[c] sol auch hertzog Friderich seine tochter Elsebeten des chuniges sůn hertzog Stephan geben und si dem chunige ze hant ein antwůrten und sol zů der geben, swaz[d] wir grafe Bertolt von Hennemberg und der bůrgrave von Nuremberg heizzen. Und fůr daz selbe sol er dem chunige setzen Bůrgowe und Risespůrch mit allem dem daz datz̊ geho̊rt. Und sol der chunig und der hertzog die dispensation mit ein ander gewinnen von dem stule zů Rome, swenn der stul mit einer sotan personen besetzet wirt, von dem in die dispensation fůgt ze biten und ze gewinnen. Und wer auch daz der chunig oder der hertzog Friderich oder si beide ab giengen, dannoch sol die vreuntschaft zwischen ir beider chinder furganch haben und sullen si dez chůniges chinder und dez hertzog Frideriches brůder volenden in aller weis, als vorgeschriben stet.

7. Wær[c] auch daz der chunig ab gienge und der hertzog Friderich zů dem chunigriche cho̊me, so sol er dez chuniges chindern allez daz verlihen, daz si von dem riche zů lehen haben sullent, und mit namen die marche zů Brandembůrch und allez daz dartz̊ geho̊rt und von alter dartz̊ geho̊rt hat und geho̊ren sol, und si dar an beschermen und behalten und in irs glichen teils von wilent hertzog Rudolfs chindern geholfen nach der briefe sag, die zwischen dem chunige und dem vorgenanten wilent hertzog Rudolfen seinem brůder gegeben und geschriben wůrden uber den zůwůrf in dem Aloch.[1]) Und sol auch den vorgenanten dez chuniges chindern důrchslechtes beholfen sein wider aller mængelich, er chůme zů dem riche oder nicht, und si im und seinen chindern und seinen brůdern hin wider.

29. c) *alinea in or.* d) *sequitur rasura spatium unius litterae adaequans or.*

1) *Cf. supra tom. IV nr. 1232, tom. V nr. 392 cap. 20, itemque V, 332 not. 1.*

8. Ez[e] sol auch der chunig in und iren dienern aller ir pfantûng bestetigen, die si von keyser Henrichen und von andern Romischen chûnigen vor im haben, als si daz mit briefn dez selbn keyser Henriches und der chunige vor im den chunig leren und bewisen sûlln. Ez sulln auch alle diener beiderseit hulde haben und alle gevangen ledich sein.

9. Ez[e] sol auch der chunig und seine chinder und die hertzogen alle fumfe von Osterreich ewiclich bei ein ander beliben und ein ander beholfen sein in allen sachen wider aller mængelich, als oben geschriben stet. Und swelhe pûnde und vestenûz der bischof von Pazzowe und wir grafe Bertolt von Hennemberg, der bûrgrafe von Nûremberg und ich Dytr(ich) der Pilichtorfer dar uber vindent, daz sullent si beidersit stete behalten und gaentzlich volfûren.

10. Daz[e] die sûne als si geschriben stet von worte ze worte also volfûrt und gehalten werde[f], dez sol hertzog Friderich sweren zû den heiligen. Môcht er aver der sûne[g] nicht zû bringen, so sol er sich wider antwûrten gein Trausnicht in die
Iun. 24. vanchnûz, dar inne er ietz ist, auf sand Johannis tag zû sûnnwende der schirest chûmt. Er sol auch dem chunige besûnder verbundenûz tûn mit sein selbs personen nach unsers von Hennemberg und dez burgrafen von Nuremberg heizze.

Dar uber zû urchund haben wir unser insigel gehenget an dise notel, die gemachet und geschriben ist zû Trausnicht, an der Mitwochen vor dem Sûntag so man singet Letare.

---

30. FOEDUS PRINCIPUM CONTRA LUDEWICUM REGEM.
1325. Mart. 18.

Originale (or.) *in tabulario caesareo Vindobonensi. Contulimus ad imaginem photographicam a socio nostro H. Hirsch paratam. Sigilli primi fragmentum pendet loro membranaceo, cetera desunt loris relictis. — Ed. Lichnowsky 'Gesch. des Hauses Habsburg' III p. DXLVI nr. 10 ex* or.

Reg. Lichnowsky l. c. p. CCCXCII nr. 675.

1. Wir Mathias von Gotes gnaden ertzbischof ze Megentz und ertzkantzler dez heiligen riches in Dutschen landen, wir Wolfram von den selben gnaden pischof ze Wirtzburg, wir Johans von den selben gnaden pischof ze Strazburg und wir Lupolt von den selben gnaden hertzog in Osterich und in Stir von unseren und unserr lieben brûder Albrehtes, Heinr(iches) und Otten hertzogen in Osterich und in Stir wegen verjehen und tûn kunt offenlich mit disem briefe allen den di [in] ansehent ald horent lesen, daz wir durch frid und gnad und durch schirme unser land und lute und mit namen ze eren und ze dienst unserm heiligen vater dem babest und dem stûle ze Rome zu ein ander gelobt haben, daz wir di wil wir leben gen aller menlich und mit namen gen hertzogen Ludwigen von Beyren und allen sinen dieneren und helferen ein ander beholfen sullen sien.

2. Und ist also zwischen uns geredet, ob daz geschehe daz unser eines land an geritten wûrde ald sin veste besezzen wûrde als mehtiklich, daz er sich selb niht gehelfen noh beschûtten mohte, dem sullen di anderen beholfen sien und in beschutten mit aller irer maht an alleu geverde, als verr unser iglicher noch sinen eren und triwen erzeugen mag an sines landes verdarbnust.

29. e) *alinea in or.* f) *corr. ex* werdet *or.* g) *corr. ex* sûnen *or.*

3. Ez sol ouch unser keiner sich mit dem vorgenanten hertzogen Ludwigen friden ald versûnen an der anderen wizzen und willen an alleu geverde.

4. Ez sullen ouch di vorgenanten der ertzbisehof von Megentz und der pischof von Wirtzburg von unser aller wegen maht und gewalt haben, nidwendig Spir ze teidingen und an sich ze bringen dez riehes stete und veste, herren, diener und helfer, also daz si uns beholfen sieu ald stille sitzen ald wider uns niht tun und dem vorgenanten hertzogen von Beyren unbeholfen sien. Wer aber daz si dez riches veste, herren, diener und helfer obwendig Spire an uns bringen wolden, als vor gesehriben stat, daz sullen si tun mit der vorgenanten pisehofes von Strazburg und der hertzogen von Osterich rate, wizzen und willen. Swaz aber di selben der pischof von Strazbûrg und die hertzogen von Osterich teidingent mit steten, herren ald dieneren obwendig Spir, dez sullen si oueh maht und gewalt haben in aller der wise, als di vorgenanten ertzpisehof und pisehof nidwendig Spir gewalt haben, als da vor gesehriben ist. Und swelieh stat, veste, herr ald diener mit teidingen also an uns koment, daz sullen wir alle stete haben.

5. Wir sullen oueh dem vorgenanten pisehof ze Wirtzbûrg beholfen sien mit gûten triwen, daz er, sin stift und sin stat ze Wirtzburg in allem dem rehten und vriheit beliben, als si untz her gehabt haben.

6. Ez ist oueh also geredet, daz di vorgenanten hertzogen von Osterich iren brûder kunig Fridrichen von Rome, wann er von siner vanknûzze ledig wirdet, dar zû halten sullen, daz er di vorgenanten verbundnûsse mit uns allen halte, als da vor geschriben ist, und sieh dez zu uns verbinde mit seinem eide und briefen.

7. Ez hat ouch der vorgenant ertzpischof von Megentz in dirr bûndnusse uz genomen di erwirdigen herren und kûrfûrsten di ertzbischof von Chôlen und von Trier und kunig Johans von Bôheim und alle di pisehof, di in daz ertzbistum gen Megentz gehôrent, also daz er uns wider die niht beholfen sol sien, ez wer dann daz di ald keiner under in wider uns ald unser deheinen selbe ald mit sinen vesten ald lûten in deheinen weg tetent. Wider die ald den sol uns der vorgenant ertzbisehof von Megentz beholfen sieu mit aller siner maht an geverde. Ez hat oueh der vorgenant pisehof von Wirtzburg uz genomen alle sin lantherren uz der vorgenanten bundnûsse. So hat der vorgenant pischof von Strazburg ouch sin lantherren und sin stat ze Strazburg uz genomen uz der selben bundnûsse. So hant di vorgenanten hertzogen von Osterieh uz genomen den kunig von Frankrieh, den kunig von Ungeren, di erwirdigen ertzbisehôf von Chôlen und von Saltzbûrg und den hertzogen von Kernden. Und sint di uznemung all gesehehen glieh und in aller der wise, als der vorgenant ertzbischof von Megentz sin vriwnde uzgenomen hat, als da vor geschriben ist.

8. Swaz ouch wir vormals verbundnûsse gemeinklich ald besunderlich under ein ander gemaehet ald verschriben haben, di sullent also stete beliben und sullen mit disem briefe niht gekrenehet noeh getôttet werden. Und diseu vorgena[n]ten dink und bundnûsse haben wir gelobt stete ze haltende bi dem eyde, den wir dar uber ze den heiligen gesworen haben. Und haben dar uber ze einem waren urkûnde unsereu insigel gehenket an disen briefe.

Ditz geschah ze Dûrlaeh, da man zalt von Kristes gebûrt drûtzehenhundert jar dar nah in dem fûmfundzweintzigisten jar, an Mentag nah Mittervasten.

31—33. LUDEWICI SCRIPTA AD STURAS CIVITATUM SPECTANTIA.
1325. Mart. 28.—Apr. 20.

31. *Quitatio pro civitate Rotweil.* *Mart. 28.*

Extractum in Libro cancellariae Ludewici regis, de quo v. supra ad nr. 4—14, fol. 114. Contulimus nos.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 47 nr. 806.

Item dominus rex quittat et reddit liberos ac solutos cives in Rôtweil de steura 1325. Nov. 11. consweta singulis annis per ipsos danda a festo beati Martini proxime affuturo per quinque annos continue subsequentes.

Dat. Monaci, feria quinta ante diem Palmarum, anno Domini MCCCXXV, regni sui anno undecimo.

32. *Quitatio pro civitate Heilbrunnen.* *Apr. 4.*

Extractum ibidem fol. 114. Contulimus nos.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 47 nr. 807.

Item dominus rex quittat cives in Hæilbrûnn de steura per ipsos danda ad unum annum post exempcionem ipsis prius factam, prout in eorum litteris[1] continetur.

Dat. Monaci, in cena Domini, anno Domini MCCCXXV, regni sui anno undecimo.

33. *Scriptum in favorem comitis de Henneberg.* *Apr. 20.*

Originale in tabulario Meiningensi. Contulit W. Füsslein. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. In dorso leguntur manu coaeva scripta: confirmacio regia pecunie *(corr. ex* pecunia*)* Lubicen.

Extractum (c.) *l. c. fol. 114 contulimus nos, ubi haec praebentur:*

Nota quod dominus rex donavit et contulit spectabili viro Bercht(oldo) comiti de Hennemberg censum seu redditus sexcentarum librarum denar(iorum) Lubecensium de civitate et civibus Lubecen(sibus) solvendos sibi singulis annis[a] ad tempora vite sue.

Dat. Ratispone, XII. Kalend. Maii, anno Domini MCCCXXV, regni vero sui anno undecimo.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 47 nr. 810.

Nos Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus tenore presencium confitemur, quod propter grata et fructuosa servicia, que nobis et sacro imperio spectabilis vir Bertoldus comes de Hennemberg secretarius noster dilectus fideliter exhibuit et in futurum exhibere poterit et debebit, ad faciendum sibi eorundem digne vicissitudinis recompensam eidem de munificentia regia conferimus et donamus redditus sexcentarum librarum denariorum Lubecensium debitos et consuetos nobis ac ipsi imperio persolvi annis singulis de civitate et civibus Lubecen(sibus) percipiendos et possidendos

33. a) singulis annis *supra lineam add. c.*

1) *Cf. supra tom. V nr. 352.*

libere ad omnia tempora vite sue. Volentes ac mandantes civibus memoratis, ut de dictis redditibus prefato . . comiti ad vite sue tempora, ut premittitur, annuatim respondeant cum effectu termino aut terminis consuetis. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Datum Ratispone, XII. Kalend. Maii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, regni vero nostri anno undecimo.

34—46. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE DIVERSIS MISSAE.

1325. Mart. 30.—Apr. 29.

34. *Litterae ad diversos Germaniae nobiles.* *Mart. 30.*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 113 fol. 48 nr. 373. Descripsit H. Pogatscher. — Ineditum.*

Reg. Löher loco supra ad nr. 2 citato p. 262 nr. 271; Preger-Reinkens p. 166 nr. 214.

Dil. fil. nobilibus viris Alberto de Altomonte de Habenberg[a] et Willelmo de Calwa[b] et de Tungen comitibus.

Solita benignitate recepimus nobilitatis vestre litteras, per quas sincere devotionis affectum, quem velut benedictionis et gratie filii ad nos et Romanam ecclesiam matrem vestram geritis, recensentes ad nostra et ipsius ecclesie beneplacita, presertim circa reprimendam Ludowici Bavarie ducis excommunicati, eiusdem ecclesie rebellis et hostis dampnandam proterviam et presumptuosam humiliandam superbiam prosequenda vos promptis affectibus obtulistis. Super quibus devotionis sinceritatem huiusmodi cum gratiarum actionibus plurimum in Domino commendantes, providentiam vestram rogamus et hortamur attente, quatinus in huiusmodi laudabili proposito continuatione solida persistentes dil. fil. nobili viro Lupoldo duci Austrie adherere et assistere contra dictum ducem Bavarie super predictis auxiliis, consiliis et oportunis favoribus adeo constanter et strenue studeatis, quod perinde valeatis nostram et apostolice sedis gratiam uberius promereri. Vestras autem petitiones nobis oblatas, quas secundum Deum potuimus, ad exauditionis effectum favorabilis duximus admittendas.

Datum Avinion(e), III. Kal. Aprilis, anno nono.

In e. mo. nobilibus viris Rudolfo seniori et Rudolfo iuniori ac Hessoni marchionibus de Baden.

Datum ut supra.

35. *Litterae ad comitem de Tierstein aliosque.* *Mart. 30.*

Copia ibidem tom. 113 fol. 48 nr. 374. Item descripsit Pogatscher. — Ineditum.

Reg. Löher l. c. p. 262 nr. 272; Preger-Reinkens p. 166 nr. 215.

Dil. fil. nobili viro Waleriano comiti de Tierstain.

Devotionis tue litteris, per quas te nostris et ecclesie Romane obsequiis et beneplacitis impensurum cum tuis gentibus obtulisti, benigne receptis proinde tibi gratiarum

34. a) *sic c.* b) Calma *c.*

actiones uberes referentes, nobilitatem tuam rogamus attente, quatinus in huiusmodi laudabili proposito exhibitione laudabilium operum comprobando si[c] solida continuatione persistas, quod propter hoc nostram et apostolice sedis gratiam uberius merearis. Petitionem autem tuam nobis oblatam duximus ad exauditionem favorabilem, sicut decenter potuimus, admittendam.

Datum ut supra [1].

Item in e. mo. nobili viro Radulpho comiti de Nidoie.

Item in e. mo. nobili viro Richardo comiti de Castronovo et dilecte in Christo filie nobili mulieri Ma[r]garite matri sue.

Datum ut supra.

36. *Litterae ad Liupoldum ducem Austriae.* *Apr. 1.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 47 nr. 366. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 215 nr. 466 ex* c. *(decurtatum).*

Reg. Löher l. c. p. 262 nr. 273.

Cf. Preger-Reinkens p. 166 nr. 216 et infra nr. 38.

Dil. fil. nobili viro Lipoldo duci Austrie et Styrie.

Innotuit nobis relatio fidedigna, quod nobilis vir Diethelmus[a] comes de Thoggemburg intendit infra brevis temporis spacium ad partes Lombardie in subsidium hereticorum et rebellium nostrorum et sancte matris ecclesie ac fautorum Ludovici ducis Bavarie nequam exagitatus spiritu proficisci. Sane cum ipse comes nisi per terras et dominia tua transeundo huiusmodi suum dampnatum desiderium complere nequeat, sicut fertur, nobilitatem tuam rogamus, quatinus prefatum comitem a tam pernitioso proposito in sue salutis dispendium redundante divertere solicitis exhortationibus et consiliis salubribus non postponas. Quod si tibi super hiis acquiescere forsitan recusaret, eidem sic potenter et viriliter pro divina et apostolice sedis reverentia zeloque orthodoxe fidei suum impediendo transitum et alias, sicut expedire cognoveris, te opponas, quod ipse ab eodem proposito suisque temerariis ausibus refrenetur tuque divine propiciationis abundantiam ac nostram et eiusdem sedis gratiam valeas propter hoc uberius promereri. Porro cum dil. fil. nobilis vir Hermannus de Landenberg cum certa gente armigera ad nostra et ecclesie memorate contra dictos hereticos ac rebelles et fautores obsequia sit venturus, precibus nostris adicimus, ut eum habens propensius commendatum tam sibi quam genti sue predicte per terras et districtus tuos velis conductum concedere ac favorem tuum liberaliter exhibere et si aliqui tui subditi sint in Lombardie partibus cum hereticis, rebellibus et fautoribus supradictis, eos ab illis cogas seu facias omnino recedere, sicut tue nobilitatis prudentie videbitur expedire.

Datum ut supra proxima [2].

37. *Litterae ad Iohannem regem Bohemiae priores.* *Apr. 1.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 46 nr. 365. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 216 nr. 467 ex* c. *(decurtatum); Sauerland 'Urkunden und Regesten' I, 361 nr. 774 ex* c.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 217 Päbste nr. 35.

Iohanni regi Boemie.

Nuper dil. fil. nobiles viri Iohannes comes de Salebruge et Egidius dominus de Rodemacre ac Symon Phillippi milites et nuncii regii venientes nobis tue celsitudinis

36. a) Diethelmus *c.*

1) *Scil. nr. 34.* 2) *Infra nr. 37.*

litteras presentarunt, per quas ad exaltationem et defensionem honoris sancte matris ecclesie ac reverentiam te offerens, eisdem petiisti nunciis fidem credulam adhiberi. Quos quidem nuncios et litteras tam consideratione mittentis quam ipsorum missorum probitatis obtentu benigne recepimus et que sub commissa sibi credentia tam verbo quam scriptis coram nobis super certis tibi prestandis subsidiis et aliis prudenter exponere curaverunt, patienter audivimus et intelleximus. Sane cum ipsi nuncii te, fili carissime, ad transfretandum zelo fidei catholice in subsidium Terre Sancte et ad ceteros honores nostros et eiusdem ecclesie toto cordis affectu sub eadem credentia coram nobis asseruerint aspirare, personam et bona tua propterea te paratum exponere nichilominus offerentes, nos oblationem huiusmodi, quam Deo gratam tibique honorabilem et nobis placidam admodum et acceptam indubitanter supponimus, tuumque in hac parte laudandum propositum gratiarum actionibus uberibus prosequimur et digne laudis in Domino titulis commendamus. Et licet supplicatis pro parte tua per ipsos nuncios qualitate supplicatorum ipsorum et aliis pluribus obsistentibus per nos prefatis nunciis expositis et tibi referendis per eos non annuerimus usque quaque, ea tamen de illis, que secundum Deum et honeste potuimus, ad exauditionis gratiam admittenda favorabiliter duximus, sicut in litteris confectis super hoc[1] regie patebit magnitudini et ipsi nuncii referre poterunt viva voce. Rogamus igitur excellentiam regiam et obsecramus in domino Ihesu Christo, quatinus in eodem proposito exhibitione fructuosi operis, cum oportunum fuerit, prosequendo constanter et indefesse perseverare studeat regia celsitudo. Tenemus enim indubie, quod perseverantia ipsa grata divine maiestatis accedet oculis et honoribus et profectibus regiis existere poterit multipliciter oportuna.

Datum Avinion(e), Kal. Aprilis, anno nono.

38. *Litterae ad Hermannum de Landenberg.* *Apr. 1.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 47 nr. 370. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 216 nr. 468 ex* c. *(decurtatum).*

Dil. fil. nobili viro Hermanno de Landenberg.

Ecce quod litteris tue nobilitatis receptis et contentis in eis plenius intellectis, super quibus tue diligentie studium plurimum in Domino commendamus, dil. fil. nobili viro Lipoldo duci Austrie et Styrie dirigimus preces nostras[2], ut nobilem virum Diethelmum comitem de Thoggemburg a suo dampnando proposito retrahere non postponat nec ipsum gentemque suam armigeram in subsidium hereticorum et rebellium per terras et dominia sua transire permittat, sed ei potius super hiis et aliis, sicut expedire viderit se opponat, quodque subditos suos, si qui sint cum hereticis et rebellibus in partibus Lombardie, cogat et faciat recedere penitus ab eisdem, et insuper quod te recommendatum habens specialiter tibi et genti tue, cum qua in servicium Dei et ecclesie suorumque fidelium profecturus existis, per terras et districtus suos velit conductum concedere ac favorem suum liberaliter exhibere. Ceterum cum nobis scripseris, te posse habere centum homines in armis fideles, ydoneos et expertos tecum contra dictos hereticos et rebelles in Italiam profecturos, quod eos computatos in illis quinquaginta, de quibus tibi dederamus licentiam, habeas, placet nobis. Sciturus, quod illos mandabimus ad stipendia recipi consueta.

Datum Avinion(e), Kal. Aprilis, anno nono.

1) *Cf. Sauerland l. c. I, 362 nr. 775 et infra pag. 32 not. 4.* 2) *Cf. supra nr. 36.*

39. *Litterae ad archiepiscopum Trevirensem.* *Apr. 5.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 47 nr. 369. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 217 nr. 470 ex* c. *(decurtatum); Sauerland l. c. I, 363 nr. 777 ex* c.

Reg. Löher l. c. p. 262 nr. 276; Preger-Reinkens p. 167 nr. 217.

Venerabili fratri Baldovino archiepiscopo Treverensi.

Nuper dil. fil. nobilis vir Iohannes comes Sarepontensis, dil. fil. nobilibus viris Egidio domino de Rodemacre et Symone Philippi cum ipso presentibus, nobis tue fraternitatis litteras presentavit, per quas nobis te tuamque Treverensem ecclesiam recommendans eisdem comiti et nobilibus nunciis tuis super exponendis nobis pro parte tua fidem petiisti credulam adhiberi. Sane prefati nuncii per nos benigne recepti exponere coram nobis sub commissa sibi credentia prudenter inter cetera curaverunt, quod tu ad nos et Romanam ecclesiam devotionis et fidei precipue zelum gerens paratus existis ea prompte ac fideliter exequi, que nobis et eidem ecclesie noveris esse grata. Super quo tuam prudentiam cum gratiarum actionibus multipliciter in Domino commendantes te ac tuam ecclesiam habemus et habere intendimus gratiis et oportunis favoribus commendatos, sperantes indubie, quod fidem et devotionem predictas manifestare curabis commendabilibus operibus per effectum. Porro nobis mirantibus admodum, quod mandata nostra super publicatione processuum nostrorum contra Ludovicum ducem Bavarie dudum habitorum tantum exequi distuleris, prefati nuncii certas excusationes tuas super hoc pretenderunt, que licet veritate, sicut credimus, fulciantur, te tamen apud alios, quibus ignote sunt, merito super hiis non excusant. Quocirca eandem fraternitatem tuam requirimus et hortamur attente, quatinus ad executionem mandatorum predictorum sic celeriter et viriliter procedere non postponas, quod quevis de te aboleatur in hac parte sinistra suspitio et proinde apud nos et sedem apostolicam merearis digne laudis preconiis commendari. Nec credimus te latere, qualiter venerabilis frater noster . . archiepiscopus Maguntin(us) predictos processus solenniter publicavit.

Datum ut supra[1] [= Avinion(e), Non. Aprilis, anno nono].

40. *Litterae ad Iohannem regem Bohemiae alterae.* *Apr. 7.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 47 nr. 371. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 218 nr. 472 ex* c. *(decurtatum); Sauerland l. c. I, 364 nr. 778 ex* c.

Iohanni regi Boemie illustri.

Ecce, fili carissime, quod dil. fil. nobilis vir Iohannes comes de Salebruge una cum aliis ambassiatoribus et nunciis tuis per te nuper ad nostram presentiam cum litteris tuis credentie destinatis ambassiata sua prudenter explicata per nosque benigne ac pacienter audita et concessis super ea favorabiliter, que fieri ac concedi secundum Deum et nostram decentiam potuerunt, sicut in litteris apostolicis confectis super hoc plenius continetur[2], cum nostre benedictionis gratia dirigit ad tue celsitudinis presentiam gressus suos, quem velut virum circumspectum et providum tuique honoris et commodi fervidum zelatorem ex superabundanti, cum non esset necessarium, ut credimus, sublimitati regie commendamus. Ceterum quia signum illud in quibusdam tuis impressum litteris, [quo][b] quoad[c] nos in existentibus regio cordi negociis usurum te asseris, invenimus confusis intersignis et caracteribus[a] sine signo compressum, quando tibi occurrerit, illud reiteres[3] sicque mittas, quod ad nostram possit noticiam integrum pervenire.

Datum Avinion(e), VII. Idus Aprilis, anno nono.

40. a) carecteribus *c.* b) *excidisse videtur c.* c) *ita c.*

1) *Praecedunt litterae Riezler l. c. p. 218 nr. 471.* 2) *Cf. pag. 25 not. 1.* 3) *Cf. A. Meister 'Die Geheimschrift im Dienste der päpstl. Kurie' (= 'Quellen und Forschungen aus dem Gebiete der Geschichte' XI. 1906) p. 10 sqq., itemque 'Neues Archiv' XXVI, 726 nr. 21.*

41. *Litterae ad episcopum Spirensem priores.* *Apr. 16.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 144 nr. 924. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 218 nr. 473 ex* c. *(decurtatum).*

Reg. Löher l. c. p. 262 nr. 279; Preger-Reinkens p. 167 nr. 218.

Venerabili fratri Emichoni episcopo Spirensi.

Licet a iuramentis quibuslibet per te Ludovico duci Bavarie tanquam regi seu in regem Romanorum electo prestitis ac colligationibus, pactionibus, societatibus, obligationibus et confederationibus quibuscunque etiam iuramentis interpositis seu penis adiectis initis quomodolibet cum eodem per processus nostros dudum per nos de fratrum nostrorum consilio contra ipsum Ludowicum suis gravibus culpis exigentibus habitos generaliter absolutus existas, sicut per tenorem eorundem processuum[1] apparere tibi poterit evidenter, nos tamen ex superabundanti ad tuam conscientiam amplius serenandam declaramus specialiter te ab illis et eorum quolibet absolutum et absolvimus tenore presentium nichilominus ad cautelam.

Datum Avinion(e), XVI. Kal. Maii, anno nono.

42. *Litterae ad eundem alterae.* *Apr. 17.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 48 nr. 375. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 219 nr. 474 ex* c. *(decurtatum); extractum apud Sauerland l. c. I, 364 nr. 779 ex* c.

Reg. Löher l. c. p. 262 nr. 280; Preger-Reinkens p. 167 nr. 219.

Cf. infra nr. 59. 60.

Venerabili fratri Emichoni episcopo Spirensi.

Fraternitatis tue ac nonnullorum religiosorum et secularium tue civitatis et diocesis infesta nobis innotuit lectio litterarum, quod tu et ipsi minas et terrores quorundam adherentium Ludovico duci Bavarie excommunicato et rebelli Dei et ecclesie formidantes mandatum apostolicum super publicatione processuum per nos dudum de fratrum nostrorum consilio contra dictum Ludovicum suis enormibus excessibus et gravibus culpis exigentibus habitorum exequi penitus ommisistis. De quo tua et amicorum tuorum, qui de maioribus et potentioribus illarum partium existere dicimini, potentia et generositate pensatis mirari admodum cogimur non indigne, presertim cum nonnulli partium earundem, qui utpote non adeo potentes et generosi minas et terrores dictorum Ludovici et adherentium suorum plus quam vos habent timere merito, tanquam filii obedientie suis volentes precavere periculis dictos processus solenniter publicarint. Quocirca fraternitatem tuam requirimus attentius et hortamur eidem nichilominus in virtute sancte obedientie districtius precipiendo mandantes, quatinus omni pusillanimitate deposita et frivolis ommissis excusationibus quibuscunque per te tuosque subditos mandatum taliter exequi studeas supradictum, quod de promptitudine obedientie commendari potius debeas quam reprehendi merito de negligentia vel defectu.

Datum Avinion(e), XV. Kal. Maii, anno nono.

Sequitur in c:

C Sic fuit missa patens. Item fuit etiam missa clausa addita clausula que sequitur: Ad hec dil. fil. nobili viro Iohanni comiti de Saraponte[a] quedam expressimus et imposuimus per ipsum fraternitati tue referenda, cui fidem adhibeas credulam super eis.

42. a) Soraponses *c.*

1) *Supra tom. V nr. 881 cap. 7. 8.*

43. *Litterae ad civitatem Spirensem.* *Apr. 17.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 48 nr. 376. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 219 nr. 475 ex* c. *(decurtatum).*

Reg. Löher l. c. p. 262 nr. 281; Preger-Reinkens p. 168 nr. 220.

Dil. fil. . . magistro civium, consulibus et toti universitati civitatis Spirensis.

Nuper infesta relatione percepto, quod quidam vestri concives una cum quibusdam aliis pridem contra venerabilem fratrem nostrum Emichum episcopum Spirensem et alios nonnullos viros ecclesiasticos religiosos et seculares, qui processus per nos contra Ludovicum ducem Bavarie excommunicatum rebellem Dei et ecclesie suis enormibus excessibus et culpis gravibus exigentibus de fratrum nostrorum consilio dudum habitos publicare in civitate predicta iuxta mandatum apostolicum intendebant, ibidem dampnandis et sacrilegis ausibus irruerunt, eisdem episcopo et aliis prelibatis viris ecclesiasticis minas ferocissimas et terrores horribiles, si ad huiusmodi publicationem procederent, in suarum animarum salutis dispendium inferendo, mirari cogimur admodum, filii, quod in eadem civitate, que velut devota filia intra brachia apostolice sedis recumbens Deum et sanctam Romanam ecclesiam matrem suam revereri zelo devotionis precipue consuevit, talia in divine maiestatis offensam et eiusdem matris ecclesie contumeliam fuerint sic enormiter attemptata. Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attentius vobis nichilominus in virtute sancte obedientie ac sub penis contentis in eisdem processibus precipiendo mandantes, quatinus prefatum episcopum et ceteros viros ecclesiasticos civitatis predicte ac districtus[a] et pertinentie eiusdem, quominus dictos processus ibidem publicare solenniter valeant, non impediatis nec permittatis quomodolibet impediri, effectualiter revocando quicquid in contrarium extitit attemptatum. Et insuper eisdem episcopo et viris ecclesiasticis circa premissa pro divina et apostolice sedis reverentia taliter assistatis auxiliis, consiliis et favoribus oportunis, processus eosdem per vos nichilominus tenaciter observando, quod eiusdem sedis indignatione vitata valeatis tanquam filii benedictionis et gratie nostram et ipsius sedis gratiam uberius promereri.

Datum ut supra[1].

44. *Litterae ad archiepiscopum Moguntinum.* *Apr. 22.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 49 nr. 380. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 219 nr. 476 ex* c. *(decurtatum).*

Reg. Löher l. c. p. 262 nr. 282; Preger-Reinkens p. 168 nr. 221.

Venerabili fratri archiepiscopo Maguntino.

Letanter percepimus hiis diebus, quod dil. fil. cives Maguntini, quos caritatis emulus, cunctorum malorum incentor[2] ad dissensionis odia contra te provocarat[a], superabundante divina clementia et iram in gratiam convertente tecum ad pacis et unitatis federa fugatis odiis et vitatis dispendiis, que divisio desolatrix solet inducere, sunt reducti. De quo tanto magis letamur in Domino, quanto de dissensione huiusmodi quietem animarum inter patrem et filios lacerante doluimus et ex concessa tibi et eisdem civibus a Deo pacis actore concordia spiritualia et temporalia conspicimus ampliora commoda proventura. Quocirca fraternitatem tuam rogamus et hortamur attentius, quatinus pacem

43. a) *corr. ex* districti *? c.*

44. a) at *in loco raso c.*

1) *Supra nr. 42.* 2) *Cf. 2. Mac. 4, 1.*

et unitatem huiusmodi Deo gratam ac nobis et apostolice sedi placidam et acceptam tibique ac civibus ipsis plurimum oportunam manuteneas, quantum in te fuerit, et conserves, ad illam tecum indissolubiliter confovendam cives ipsos more pastoris pervigilis confovendo. Ad hec quia processus nostros contra Ludovicum ducem Bavarie habitos Maguntie ac certis locis aliis post reformationem pacis predicte, sicut accepimus, publicasti, tue solicitudinis studium super hiis multipliciter in Domino commendantes providentiam tuam solicitam reddimus tenore presentium et attentam, ut ibidem et locis aliis, in quibus publicati non fuerint, de quibus expedire tibi videbitur, iuxta mandatum apostolicum in hac parte tibi directum processus eosdem adeo publicare solenniter ac facere studeas publicari, quod preter retributionis eterne mercedem, quam inde mereberis, nostram et apostolice sedis gratiam valeas uberius promereri. Nobis super predictis et aliis que tibi occurrerint, quotiens oportunum cognoveris, fideliter rescripturus.

Datum ut supra[1].

45. *Litterae ad civitatem Moguntinam.* *Apr. 22.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 48 nr. 377. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 220 nr. 477 ex* c. *(decurtatum).*

Reg. Löher l. c. p. 262 nr. 283; Preger-Reinkens p. 169 nr. 222.

Dil. fil. . . camerario, . . sculteto, iudicibus, consulibus ac universitati civium civitatis Magun(tine).

Grata relatione dil. fil. Raynaldi de Vite et Ebrahardi clericorum vestrorum percepimus pacem, quam inter venerabilem fratrem nostrum . . archiepiscopum Maguntinen(sem) et vos caritatis emulus turbaverat, reformatam processusque nostros dudum contra Ludovicum ducem Bavarie suis excessibus enormibus et gravibus culpis exigentibus habitos de vestro beneplacito vobisque presentibus fuisse Maguntie solenniter publicatos. Super qua pacis reformatione, que nostris accensse incidebat affectibus, Deo pacis actori ad gratiarum acciones uberes assurgentes vestramque devotionem super publicatione predicta plurimum in Domino commendantes, universitatem vestram affectione qua possumus exhortamur, quatinus circa dicte pacis observantiam sitis in caritatis vinculo soliciti et attenti, contenta in eisdem processibus, quantum vos contingunt, ob Dei reverentiam et vestrarum animarum salutem tenaciter servaturi sicque super hiis et aliis in devotione sacrosancte Romane ecclesie matris nostre immobiliter permansuri, quod ipsam ecclesiam, que vos tanquam predilectos filios brachiis sincere caritatis et dilectionis astringit, reperire mereamini uberius in vestris et vestrorum oportunitatibus propiciam et benignam.

Datum Avininion(e), X. Kal. Maii, anno nono.

46. *Litterae ad episcopum Leodiensem.* *Apr. 29.*

Copia (c.) *ibidem tom. 79 f. 54 nr. 1370. — Ed. Riezler l. c. p. 221 nr. 480 ex* c. *(decurtatum); Fayen 'Lettres de Jean XXII' I, 561 nr. 1529 ex* c. *Nos hanc editionem repetimus.*

Reg. Löher l. c. p. 263 nr. 285; Preger-Reinkens p. 169 nr. 223; Mollat 'Lettres communes' nr. 22152.

1) *Infra nr. 45.*

Venerabili fratri Adulpho episcopo Leodiensi salutem.

Nuper ad apostolatus nostri audientiam deduxisti, quod multi tuarum civitatis et diocesis et etiam aliunde tam clerici ecclesiasticeque persone quam alii nobiles et potentes utriusque sexus illarum partium Ludovico de Bavaria necnon aliis rebellibus Romane ecclesie in eisdem et etiam Lombardie partibus contra prohibitiones, precepta et mandata sedis apostolice et dil. fil. nostri Bertrandi tituli Sancti Marcelli presbiteri cardinalis in dictis partibus Lombardie apostolice sedis legati et officialium sedis eiusdem adherere nequiter presumpserunt, prestando eis consilium, auxilium et favorem, propter que excommunicationis, suspensionis et alias sententias atque penas et multas spirituales et temporales in personas talium sedis eiusdem et prefati legati ac officialium auctoritate prolatas incurrisse noscuntur. Verum cum Domino faciente, sicut asseris, predicti adherentes ad unitatem et obedientiam eiusdem ecclesie sint reversi, nobis humiliter supplicasti, ut eos absolvi a predictis sententiis mandaremus. De tua igitur circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes fraternitati tue presentium auctoritate committimus, quatinus omnes et singulos clericos ecclesiasticasque personas necnon nobiles et laicos, viros et mulieres, tuarum duntaxat civitatis et diocesis, qui propter premissa predictas sententias incurrerunt, ad unitatem et obedientiam eiusdem ecclesie iam reversos et qui imposterum revertentur, a predictis sententiis auctoritate nostra iuxta ecclesie formam absolvas, iniungens eisdem penitentiam salutarem, presertim quod contra hereticos et rebelles eiusdem ecclesie in personis seu rebus servire debeant, prout videris expedire. Cum illis vero ex eis, qui clerici fuerint et sic ligati per simplicitatem et iuris ignorantiam divina officia forsitan celebrarunt et se ingesserunt eisdem, super irregularitate, quam propterea contraxerunt, auctoritate predicta dispenses, iniuncto eis quod de iure fuerit iniungendum. Si vero prenominati vel aliqui eorundem post huiusmodi absolutionem seu dispensationem pristini reatus macula se fedaverint, in similes ipso facto sententias relabantur.

Datum Avinion(e), III. Kal. Maii, anno nono.

---

47. ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI INHIBITIO APPELLATIONIS LUDEWICI REGIS PUBLICANDAE.

1325. Mart. 31.

Originale (or.) *in tabulario Vaticano inter 'Instrumenta miscellanea 1325—1326'. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 214 nr. 465 ex* or.; *extr. apud Sauerland 'Urkunden und Regesten' I, 361 nr. 773 ex* or.

Reg. Mollat 'Lettres communes' nr. 23170.

In nomine Domini amen.

Per hoc presens publicum instrumentum pateat universis, quod anno a nativitate eiusdem millesimo CCCXXV, indiccione octava, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini domini Johannis divina providencia pape XXII. anno nono, ultima die mensis Marcii, que fuit in die dominica Palmarum, hora quasi circa primam bene mane, in loco capituli fratrum Minorum domus in Mogunt(ia), in mei notarii publici et testium subscriptorum presencia constitutis viris discretis Rudolfo dicto zů Silbirberg camerario, Emmerchone sculteto, Scherpelino, Nycolao, Salmanno et Volgmaro iudicibus secularibus civitatis Mogunt(ine) congregatis et convocatis ad hoc, religiosus vir frater Ůlricus de Lentzburg prior fratrum Heremitarum ordinis sancti Augustini domus in Mogunt(ia), con-

fessor reverendi patris et domini domini Mathie sancte Mogunt(ine) sedis archiepiscopi, eiusdem domini archiepiscopi Moguntini nomine ex mandato speciali ab eodem domino Moguntino sibi dato, ut dicebat, ad ipsius domini archiepiscopi Moguntini in vigilia dicte Mart. 30. diei Palmarum ex relacione veridica in opido dicto Oppenheim tunc primum asseruit noticiam pervenisse, quod quedam appellacio [1], si sic dici meretur, ex parte nobilis viri Ludowici ducis Bawarie contra sanctissimum in Christo patrem ac dominum dominum Iohannem papam predictum eodem die Palmarum legenda seu publicanda foret in civitate Moguntina predicta. Ac de mandato supradicti domini . . archiepiscopi Mogunt(ini), ut dicebat, karitativa ammonicione premissa eisdem iudicibus iniungendo inhibuit et precepit, ne dictam appellacionem seu pocius abusionem in dicta eorum civitate Mogunt(ina) legi seu publicari permitterent quoquo modo, ne per hoc non solum sedis apostolice, verum eciam ipsius domini . . archiepiscopi Moguntini indignacionem gravem incurrerent et offensam. Exhibens eisdem iudicibus quandam litteram clausam vero, ut prima facie apparuit, sigillo secreto dicti domini archiepiscopi Moguntini sigillatam, cuius littere superscriptio continebat: 'Prudentibus viris . . camerario, . . sculteto, . . iudicibus secularibus, . . consulibus et civibus Mogunt(inis)', quam instanter aperiri petiit atque legi, dicens eandem litteram [2] ipsis fore destinatam in effectum premissorum. Verum quia superscriptio dicte littere continebat '. . consulibus et civibus Mogunt(inis)', asserebant se non debere predictam litteram apperire, sed . . consules universos civitatis predicte vellent ad hoc libenter convocare et dictam litteram apperire ac eciam fratrem Ulricum predictum ad presentiam ipsorum . . consulum evocare, ut ea, que eis ex parte dicti domini . . archiepiscopi Mogunt(ini) dixerat, et alia, si que plura dicere decerneret, universis . . consulibus predictis in presencia omnium eorundem plenius explicaret. Ad quod faciendum dictus frater Ulricus optulit se paratum. Ceterum dicti . . iudices responderunt, quod sibi taliter providere vellent, quod nichil facerent nisi quod iustum et rationabile foret in negotio supradicto.

Acta sunt hec anno, indiccione, pontificatu, mense, die, hora et loco predictis. Presentibus religioso viro fratre Rudolfo custode custodie Reni . . fratrum Minorum et discreto viro Symone de Spanheim vicario ecclesie Mogunt(ine) ad premissa vocatis pro testibus et rogatis.

(S. N.) Et ego Iohannes dictus de Ruschenberg clericus Mogunt(inus) publicus imperiali auctoritate notarius premissis omnibus et singulis una cum prenotatis testibus interfui, ea prout superius scripta sunt vidi fieri et audivi, hoc instrumentum publicum inde confeci, manu mea scripsi signoque meo signavi rogatus et requisitus.

---

48. LITTERAE MICHAELIS STEPHANI AD REGEM ARAGONIAE MISSAE.

(1325.) Apr. 4.

Originale (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi ('Archivo general de la Corona de Aragon') 'Cartas reales diplomaticas' (= CRD) nr. 7699. Sigilli vestigia adsunt. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, 412 nr. 273 ex* or. *Editionem repetimus.*

Sacre regie magestati suus humilis et devotus Michael Stephani . . . humili et devota reverentia terre osculum ante pedes.

1. Illustrissime domine, prima die mensis Aprilis littere certe de Alamannia qui- Apr. 1. busdam dominis de curia directe fuerunt continentes, quod pax pro certo facta est

1) *Supra tom. V nr. 909. 910.* 2) *Cuius textus servatus non est.*

inter dominos Ludovicum regem Romanorum et Fredericum ducem Austrie. De quorum pace hic plures admodum doluerunt. Modus pacis diversimode narratur, tamen ut communiter ab omnibus dicitur, tractatus fuit iste: Dictus rex Romanorum confirmavit omnes terras et districtus, quos duces Austrie teneant ab imperio, et de eisdem nunc noviter ipsos duces infeudavit, quia allegabat idem Ludovicus, quod duces Austrie contra imperium rebellaverant et sic terre, quas tenebant ab imperio, ceciderant in comissum. Et dictum ducem Fredericum nichilominus de capcione liberavit. Et dictus dux Austrie renunciavit iuri, si quid in eleccione imperii habebat, et homagium prestitit dicto regi et promisit sibi servire cum certis galeatis in Italia. Et ad maiorem tuycionem et securitatem dicti regis fuerunt posite in manu sequestri inter civitates et magna loca XII, que prestiterunt homagium dicto regi, et nobiles quinquaginta, quod Australes istam pacem servabunt, et dicte civitates et loca sunt de districtu Australium. Iste est unus modus qui hic narratur, alii narrant aliter.

2. Atamen certum est quod dictus dux Austrie de capcione est liberatus. Iam tractatur hic quod dominus papa potest dispensare in iuramento et in aliis[1] et procurant guerram et divisionem inter eos. Et creditur quod omne impedimentum prestabitur, quod dictus rex in Ytaliam non veniat, ymo procuratur quod inter se in Alamannia destruantur. Dicitur quod ipse rex iuravit hoc anno in Ytaliam venire personaliter et Ytalici sibi quantitatem peccunie promiserunt. Cito sciemus veritatem[2].

3. Rex Robertus pro certo facit maximum apparatum ad eundum in Siciliam. Fertur quod dictus rex Romanorum eum citavit, ut prestet sibi homagium de terris, quas ab imperio tenet, alias procedet contra eum, ut de iure fuerit procedendum. Rex Robertus citacionem misit pape. Ista audivi a cardinalibus. Rex Francie et rex Anglie parant se ad guerram. Rex Francie mandaverat nobilibus de regno suo, quod
Mai. 1. prima die Madii essent congregati in quodam loco in lingua Occitana. Set facto isto
Mart. 20. mandato regina Anglie soror istius regis Francie[3] XX. die Marcii aplicuit Parisius et tractatur de pace inter eos. Tamen adhuc nichil est ordinatum. Item rex Boemie misit nuncios suos ad papam pro decimis impetrandis et fuerunt sibi concesse ad tres annos[4] et nulla scitur causa, quare sibi concesse fuerunt . . .[5]

4. Nuncii regis Cipri fuerunt in curia. Pecierunt a papa, quod dominus Manfredus de Monfort, qui est magnus homo de Cipro, posset contrahere in tercio gradu affinitatis. Pape placuit et concessit et signavit peticionem et erat iam in cancellaria. Rex Robertus rescripsit pape, quod dominus Manfredus volebat contrahere cum regina Constancia filia domini regis Friderici et dotalicium suum, quod habebat in Cipro, asignabatur domino regi Friderico pro ducendo guerram, et ipse consentiret in ista parentela, et est dotalicium annuatim ut dicitur XV mill. libr. Papa audiens hoc mandavit, quod non transirent litere, et dixit embaxatoribus regis Cipri, quod ipsi volebant eum decipere et volebant contrahere cum inimicis ecclesie. Et dixit eis omnia illa que michi dixerat et etiam plus, quia eis dixit quod dominus rex Fridericus erat hereticus et fautor eorum, cismaticus et peior quam Sarracenus. Ita michi unus nunciorum retulit et hec veritas est, quod ipse ista dixit et manifeste dicit, et nisi fuisset involutus in factis Alamannie, contra eum terribiliter processisset.

Alia non sunt. Recomendo me in gracia magestatis vestre. Mandetis michi sicuti vestro homini naturali.

1) *Cf. iam supra tom. V nr. 990 cap. 5.* 2) *In litteris Bernardi de Boxados Apr. 26 datis apud Finke l. c. II, 810 nr. 506 in fine leguntur haec:* Item es çerta cosa, senyor, quel duc Daustria es exit de la preso e que ses avengut am lo duc de Bauera. Comtes aci, que dins breus dies hic duen aver misages del duc Leopol. 3) *Isabella filia Philippi IV. regis.* 4) *Cf. supra nr. 37 et Sauerland 'Urkunden und Regesten' I, 377 nr. 809.* 5) *Nonnulla quae ad nostras res non faciunt, omittimus; cf. Finke l. c.*

5. Rex Romanorum scripsit in Ytaliam comuniter magnatibus et nobilibus de Ytalia et misit nuncios suos et scripsit cuidam devoto celsitudinis vestre. Et formam litere, quam sibi misit, [de] verbo ad verbum post salutacionem rescribo magestati vestre, quia eius copiam habui ab illis, qui ab illo devoto vestro habuerunt. Forma est ut sequitur:

'Ludovicus — regni nostri anno X'.[1]

Scripta Avinione, IIII. Aprilis.

49—51. INNOVATIO PACIS GENERALIS RHENI MEDII.

1325. Apr. 24.—Mai. 5.

49. *Scriptum pacis.* *Apr. 24.*

Originalia tria praeter formas dialecticas omnino inter se concordantia, quorum

1) *in tabulario civitatis Wormatiensis; contulimus nos; sigilla secundum et quintum pendent laesa loris membranaceis, reliqua desiderantur loris relictis; ed. Boos 'Urkundenbuch der Stadt Worms' II, 141 nr. 199 ex* 1;

2) *in tabulario civitatis Spirensis; item contulimus; pendent sigilla plus minusve laesa loris membranaceis; ed. Hilgard 'Urkunden zur Gesch. der Stadt Speyer' p. 289 nr. 364 ex* 2;

3) *in tabulario civitatis Argentinensis; item contulimus; pendent sigilla plus minusve laesa loris membranaceis; ed. 'Urkundenbuch der Stadt Strassburg' II, 401 nr. 452 ex* 3, *adiectis variis lectionibus autographi* 2.

Proponimus ex 1; *formas varias nominum propriorum, quae nullius momenti sun v. in editionibus citatis. Quae cum praecedenti Scripto pacis a. 1322. Apr. 3. firmatae supra tom. V nr. 649 concordant, ea typis minoribus excudenda curavimus.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 244 Reichssachen nr. 90.

In Godes namen amen.

1. Wier* die rede unde die gemeinen burger der stete von Mentze, von Strazbůrg, von Wormeze, von Spier und von Oppenheim důn kunt allen den die diesen brief anesehent oder gehorent lesen, daz wier ane haben gesehen grozzen gebresten und fruhtberegen notz und ansihtege notdorft der luthe und des landes gemeinliche und hant einen lantfrieden gemaht, als hie nach bescheiden ist, von der Lebera obertalb Strazbůrg die rîhte her abe bîz zu Bîngen of deme Rŷne und ieweder site des Rynes of deme lande dri milen, do inne sollent sin Bingen*, Beckelnheim und Sobernheim ane alle geverde. Und do tuschent den vorgenanten zielen sol man alle unrehte zolle abe důn offe lande und offe wazzer ane die geleyte, die der bischof von Spiger und die margraven von Baden und der grave von Nassauwen nement of deme lande, also ez alle zit lit. Und die alten zolle sollent blieben of deme Ryne, alz ez von alter her kummen ist ane alle geverde. V nr. 649 cap. 1.

2. Auch ist geret und uber kummen, daz man of wazzer und of deme[a] lande schirmen und weren sol in den vorgenanten zielen allen raup, allen brant, alle gevangnisse und allen gewalt, die den wiedervarent wider deme rehten, die zu dieseme lantfrieden gehorent, und allen koufluten und allen guten luten, die in dysen zielen rident oder varent ane argwan ane alle geverde. Were aber daz daz ieman in dysen zielen sesze[b], er sie wer er sie, ane bedelorden, die zu dyseme frieden nit helfen wolten, als die stette sie hiezzent, den sie gesezzen sint, die sollent auch des selben frieden nit genizen. cap. 2.

49. [a]) *deest* 2. 3. [b]) *excidit* 1.

1) *Hanc encyclicam Ludewici regis a. 1324. Oct. 24 datam Scriptis supra tom. V nr. 1006. 1007 adiungendam, cuius copiam non iam nacti sumus, in Supplementis tomi septimi proponemus; cf. extractum Finke l. c.*

cap. 3. 3. Were auch daz ieman in dysen zielen diekeyn schade geschehe, als do vor gescrieben ist, der* do geschadeget wirt oder ieman von sinen wegen sol ez der nesthen stat eygen und clagen und sol die stat den schaden ervaren. Und findet sie of den eyt, dz er geschadeget ist wieder deme rehten, so sol sie behendelichen und ane verzog dar zu dûn, daz ez gerehtet werde of den eyt. Und wollent sie, so mogent sie ie die nesten herren und stete, die zu dysen frieden horent, dar zu manen, dz ez gerehtet werde, und sollent auch die behendegclichen dar zu beholfen sin offe den eyt ane alle geverde. Ez ist auch geret. dz diekeym herre noch diekeyne stat, die zu dysen frieden gehoret, nit gebunden noch schuldeg sint* diekeyneme herren zu helfene von dis friden wegen[c], si en dun iz danne gerne ane geverde. Were auch dz ieman dar uber dinthe* den herren, geschehe den oder deme keyn schade, den sol man nit beholfen sin von diez frieden wegen noch ist ez nit gebunden, man du iez danne gerne ane alle geverde.

cap. 4. 4. Auch ist geret und uz gedragen, waz biz her geschehen ist und waz criege die herren nu hant oder her nach gewinnent, daz nit in dyseme frieden geschehen ist noch von dis frieden wegen ist. daz wir da zu* nit schuldeg sint zu helfene. Were aber daz dz ieman, ez were herre oder stat, von dis frieden wegen nu oder her nach gescha[di]get wûrde, deme oder den sol man beholfen sin of den eyt als lange, biez daz iemme widerdan werde, als do vor geschriben ist ane alle geverde*.

cap. 5. 5. Auch ist geret, daz ein iegelich stat der vorgenanten stette ein iegelichen guden man, er sie wer er sie, ritter, kneht, paffe oder orden, die in dysen forgenanten zielen gesezzen sint, entpahen mogent zu dyseme frieden bit allen den gedingen, als do vor geschrieben stet, als sie of irn eyt wenent, daz ez deme frieden nutze und gût sie an alle geverde. Ane herren und stette, obe [man] die enpahen wil, so mogent die von Strazburg ir landes herren und stete enpahen zu dyseme frieden, die sie wenent of irn eyt. dz sie zu dyseme frieden nûtze und gût sin. Und mogent sie auch den selben frieden ofbaz und breider gezihen, daz mogent sie dûn, als sie of irn eyt wenent, dz ez deme friden nutze und gût sie. Aber die niedern stette die andern Meintzen, Wormezzen, Spier und Oppinheim, die sollent auch ir landes herren und stette enpahen*, die sie wenent of irn eyt deme frieden nutze und gût sin, und wanne sie daz dun wollent, so sollent si ez dûn bit gemeyneme willen und verhengnisse an alle geverde.

cap. 6. 6. Auch ist geret, wer ez daz diekeyne stat der vorgenanten stete geschadeget wurde in dysen vorgenanten zielen oder von dis friden wegen und daz der rat der stete oder daz merre teil under ien sprechent offe irn eyt, daz sie geschadeget sint, den sol man beholfen sin of den eyt, als do vor gescriben stet ane alle geverde. Were* auch dz ein herre, ein ritter, ein kneht oder wer er sie eynre der vorgenanten stette fient were und sie geschadeget hette und daz reht verspreche von in, und daz der rat der stette oder daz merre teil under in sprechent offe irn eyt, daz man reht von in verspreche, wo der herre, ritter, kneht oder wer er sie oder ir dyener in der vorgenanten stette eine komment und in daz von genre stat verkundet wirt oder verkundet ist, den oder die sollent sie ane grieffen und halten of den eyt gelicher wis, als obe in dz unreht widervaren were ane alle geverde.

cap. 7. 7. Ez ist auch geret, wer dysen frieden breche er sie wer er sie oder schaden dût den die zu dysen frieden horent, wer den heltet, huset oder hofet*, redet oder hilfet mit worten oder mit werken, den oder die wer sie sint sol man ane grieffen gelicher wis als den der den schaden gedan hat und sol man dar zu beholfen sin of den eyt, als do vor gescriben stet ane alle geverde. Wer auch der ist der dysen frieden also brichet, deme sol nieman diekeynen veylen kauf geben in dysen vorgenanten stetten[d] ane alle geverde.

cap. 8. 8. Auch ist geret, daz nieman von dysen vorgenanten stetten keyner den andern bekummern noch beclagen sol danne sinen rehten schuldegener ane alle geverde. Were auch daz ein herre sin amptman oder sin dyener, dy wir zu dyseme frieden enpahen, schaden deden eyme der zu dyseme frieden gehoret und imme verbotscheft wurde, daz er wiederdede,

49. c) von dyseme friden 2. 3. d) stettet 1.

wiedertete der nit, man sol des herren gelt als viel vorhanden behalten als er iemme geschadeget hat und sol man jennen do mitte rehten ane alle geverde.

9. Zu dyseme vorgescriebenen frieden* sollent dyenen dye von Meintzen mit fierzeg geretten cap. 9. mannen, die von Strazborg bit fierzegen, die von Wormezzen mit funfunzwenzegen, die von Spier mit funfunzwenzegen und die von Oppen(heim) mit zehen. Geschiet ez* not, daz man me helfe bedarf, so sol ie die stat[e] der vorgenanten helfen, als sie wene[n]t, daz* irn eren wol ane ste.

10. Und daz dirre friede stede und bintlich verliebe, so han wir zu notze, zu frieden und cap. 10. zu gemache den luten und deme lande eyn gemeyne geleyte of gerehtet und of gesetzet zu Meintze an deme Haubete. Do sol man nemen von deme fuder wînes Elsezzers und der obewendeg Landauwen gewassen ist zweneunddrizeg schillinge Haller und von deme fuder wîns, daz in Spirer gauwe nîdewendeg Landauwe gewassen ist, zehen schillinge Haller und von deme fuder wines, daz in Wormezzer gauwe, in Meintzer gauwe und in Oppinheimer gauwe gewassen ist, aht schillinge Haller, von deme hundert kornes und weizzen zwei punt Haller und von deme hundert saltzes fier punt Haller. Und do nach von aller leyge fruhte und kaufmanschatz sol man nemen nach der marzal, als dar umme gebůret und gelůnplich und reht ist. Von den carrechen[f] sol man nemen ie von den perde drie schillinge Haller. Und waz vardeln obene herabe kumment in schiffen, do sol man ie von deme lastcarren zehen schillinge Haller nemen.

11. Dysen vorgenanten frieden und alle dyse[g] furgescriben artikel gelobent wir* die vor- cap. 11. genanten stette offe unsern eyt* stede zu haltene ane alle geverde. Und sol dirre friede ane vahen an sancte Walpurge dag der nest kummet und sol weren biez zu sancte Mertins dag Mai. 1. Nov. 11. der dar nach aller schirste kummet und von deme selben sancte Martins dag vorwerter biez uber eyn gantz jar. 1326. Nov. 11.

Und daz diz* war stete und veste verliebe[h], so han wir die *vorgenanten stette unser yngesygele gehenket an dysen brief.

Der geben ist an der Mittewochen vor sancte Marcus dag des ewangelisten, do man von Godes geburte zalte druzehenhundert jar und darnach in deme funfunzwenzegesten jar.

50. *Promissio episcopi Spirensis.* *Mai. 1.*

Originale (or.) *in tabulario civitatis Spirensis. Contulimus nos. Sigillum, quod loro membranaceo pendebat, deest foraminibus relictis. In verso leguntur:* promissio episcopi de observando pacem expiravit unde inutilis. — *Ed. Hilgard l. c. p. 292 nr. 365 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 244 Reichssachen nr. 91.

Cf. infra ad a. 1325. Aug. 27.

Wir Emiche von Gotez gnaden bischof ze Spire verjehen offenlich unde dûnt kunt allen den die disen brief iemer sehent oder hôrent lesen, daz wir den lantvriden, den die stetde mitenander gemaht, gesworn und gelopt hant, ouch gelobent bi unsern truwen unde bi unsern eren ane alle geverde mit in ze haltenne in alle die wiz, alse er beretd unde gemaht ist unde alse die briefe sagent, die dar uber gemaht unde geschriben sint unde die mit der vorgenanten stetde insigeln besigelt sint. Unde dez zû eime warn urkûnde so han wir unser insigel gehenket an disen brief.

Der wart geben do man zalt von Cristes gebûrt druzehenhundert jar unde dar nach in deme fûnfundezweinzigistin jare, an sante Walpurg tage.

49. e) sat 1. f) karren 2. 3. g) die 2. 3. h) war und stete verlibe 2. 3.

51. *Ratificatio Ludewici regis.* *Mai. 5.*

Originale (or.) *in tabulario civitatis Wormatiensis. Contulimus nos. Sigillum, quod loro membranaceo pendebat, desideratur foraminibus relictis. — Ed. Boos l. c. II, 143 nr. 200 ex* or.; *Hilgard l. c. p. 292 nr. 366 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 47 nr. 814.

Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris .. magistris, .. consulibus .. et universis civibus Argentinen(sibus), Moguntin(is), Wormat(iensibus), Spiren(sibus) et Oppenheimen(sibus) fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Relacione Ulrici dicti Haspel vicedomini nostri in Reno didicimus, quod vos pro pacifico statu terrarum et districtuum civitatum vestrarum et securitate itinerancium quandam ligam eiusdem pacificacionis firmaveritis, quam dummodo in preiudicium nostrum et sacri imperii non declinet aut nobis contra inimicos nostros et rebelles nullum inferat nocumentum, et quod in adventu nostro nobis una cum consilio nostro et vestro ipsam moderari liceat et in totum de ea disponere, prout tunc pro meliori nobis visum fuerit, presentibus approbamus.

Dat. in Monaco, dominica Cantate Domino, regni nostri anno undecimo.

52—61. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE DIVERSIS MISSAE.

1325. Mai. 4.—14.

52. *Litterae pro Heinrico de Flandria.* *Mai. 4.*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 79 fol. 362 nr. 2264. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 222 nr. 485 ex* c. *(decurtatum).*

Reg. Mollat 'Lettres communes' nr. 22265.

Dil. fil. nobili viro Henrico de Flandria comiti Laudensi.

Iustis petentium desideriis — complere[1]. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat, quod clare memorie Henricus Romanorum imperator comitatum Laudensem ad donationem imperialem tunc spectantem cum suis iuribus et pertinenciis universis tibi tuisque heredibus concessit in perpetuum et donavit tuque eiusdem imperatoris auctoritate de illo investitus[a] et in eius pacificam possessionem inductus fuisti, prestito tibi per fideles comitatus eiusdem homagio ligio et fidelitatis debite solito iuramento, prout in patentibus litteris inde confectis eiusdem imperatoris sigillo munitis plenius dicitur contineri[2]. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem imperatore provide factum est, ratum et gratum habentes illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli etc. nostre confirmationis infringere etc.

Datum Avinion(e), IIII. Non. Maii, anno nono.

52. a) investitutus *c.*

1) *Formulam v. apud Tangl 'Die päpstlichen Kanzleiordnungen' (1894) p. 258 nr. 19.* 2) *Cf. supra tom. IV nr. 984.*

53. *Litterae pro Hildegero de Danswilre.* *Mai. 4.*

Copia (c.) *ibidem tom. 79 fol. 433 nr. 2453. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 222 nr. 484 ex* c. *(decurtatum); Sauerland 'Urkunden und Regesten' I, 372 nr. 800 ex* c.

Reg. Löher loco supra ad nr. 2 citato p. 263 nr. 287; Preger-Reinkens p. 172 nr. 225; Mollat l. c. nr. 22269.

Cf. Sauerland l. c. I, 373 nr. 801.

Dil. fil. Hildegero de Danßwilre clerico Colonien. dioc. salutem.

Exhibita nobis tua petitio continebat, quod tu olim apud villam Modoecie Mediolanen. dioc. assistendo dil. fil. nobili viro Henrico de Flandria comiti Laudensi et te exponendo serviciis sancte matris ecclesie contra hostes eiusdem ecclesie ac hereticos et complices eorundem ad mandatum dicti comitis cepisti et carceri mancipare fecisti quosdam infamatos, qui volebant dictam villam tradere hostibus prelibatis et cum duo ex dictis captivis de quodam homicidio inibi perpetrato infamati forent. tu eos ad mandatum eiusdem comitis . . iudici secularis curie assignasti, qui propter eorum demerita unum detruncatione capitis puniri fecit et alter in eodem carcere debitum nature persolvit. Quare nobis humiliter supplicasti, ut providere tibi super hoc de oportuno dispensationis beneficio misericorditer dignaremur. Nos igitur volentes personam tuam apud nos de probitatis et aliis virtutum meritis fidedignorum testimonio commendatam prosequi misericorditer in hac parte, tuis supplicationibus inclinati tecum ut premissis nequaquam obstantibus possis in susceptis ordinibus ministrare et ad omnes sacros ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum obtinere, etiamsi curam habeat animarum, si tibi alias canonice conferatur, auctoritate apostolica de speciali dono gratie dispensamus. Nulli etc. nostre dispensationis infringere etc.

Datum Avinion(e), IIII. Non. Maii, anno nono.

54. *Litterae ad regem Franciae.* *Mai. 4.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 11 nr. 98. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 223 nr. 486 ex* c. *(decurtatum).*

Eidem [= Carolo regi Franciae et Navarrae illustri].

De hiis que in partibus Alamannie hiis diebus percepimus contigisse, excellentiam regiam interclusa presentibus cedula poterit reddere certiorem ac super illis et nonnullis aliis venerabilis frater noster Petrus Vivariensis episcopus honoris utique regii zelator sedulus, cui hec commisimus[1], eandem latius informare poterit oraculo vive vocis. Quem ex abundanti benivolentie regie commendamus.

Datum ut supra [= Avinion(e), IIII. Non. Maii, anno nono].

55. *Litterae ad Fridericum regem Romanorum.* *Mai. 4.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 49 nr. 384. Contulimus nos.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 217 Päbste nr. 36.

Dil. fil. nobili viro Frederico duci Austrie dudum in regem Romanum electo.

Ad[a] nostrum auditum nuper perduxit relatio fidedigna, quod Ludovicus dux Bavarie te pridem a suo carcere, quo diu mancipatum detinuerat, relaxavit. Que utique relaxatio, dummodo sit libera, velut a nobis optata diutius est accepta. Sane quia

55. a) *in margine adicitur* patens *c.*

1) *Cf. apud Riezler l. c. notam adiectam.*

multorum habet opinio, quod in relaxatione huiusmodi ad multa Deo infesta tibique inexpedientia et rei periculosa publice te promissionibus, obligationibus, iuramentis ac penis et aliis vinculis duxeris astringendum, nos super hoc de salubri providere remedio cupientes et attendentes, quod ad premissa metus probabilis, qui in constantem caderet hominem, te potuit adduxisse necnon quod variis enormibus excessibus contra Deum, nos et Romanam ecclesiam per eundem Ludovicum commissis suisque gravibus culpis exigentibus dudum diversos processus excommunicationis ac privationis iuris, si quod sibi ex electione, que de ipso in regem Roman(orum) facta fuisse in discordia dicebatur[b], ad regnum vel imperium pertinebat, et alias diversas penas et sententias continentes, habere compulsi urgente conscientia fuimus contra eum, per quos quidem processus inter cetera omnibus et singulis tam clericis quam laicis, cuiuscumque preminentie, status vel conditionis existerent, ut nullus eidem Ludovico super hiis, que ad regimen vel administrationem regni vel imperii pertinent predictorum, assisteret in aliquo vel pareret aut prestare per se vel per alium publice vel occulte consilium, auxilium vel favorem, etiam pretextu cuiuscunque homagii aut colligationis, confederationis, societatis vel conventionis seu lige contracte tunc vel imposterum contrahende, etiamsi penarum adiectione, litterarum vel iuramenti seu cuiuslibet alterius essent vinculo firmitatis innexe, colligationes, confederationes, societates et conventiones huiusmodi dissolvendo penasque propterea premissas et iuramenta prestita de potestatis plenitudine relaxando, duximus expressius inhibendum, propter que patet promissiones et obligationes quascumque eidem Ludovico per te factas et iuramenta prestita penasque adiectas super hiis nullius firmitatis existere vel momenti, ea ex officio nostro cassa et irrita et nulla esse penitus declaramus et quatenus processerunt de facto, cassamus, irritamus et omnino viribus vacuamus, decernentes te ad eorum seu aliquorum ipsorum observantiam non teneri tibique nichilominus in virtute sancte obedientie ac sub excommunicationis pena, quam te, si contrarium feceris, incurrere volumus ipso facto, districtius inhibentes, ne ad eiusdem Ludovici rebellis et excommunicati quoquomodo redire carcerem aut sibi, quam diu extra sedis apostolice gratiam fuerit, sicut nunc esse dinoscitur, parere in aliquo vel obedire presumas.

Dat. Avinion(e), IIII. Non. Maii, anno nono.

56. *Litterae ad Liupoldum ducem Austriae.* *Mai. 5.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 49 nr. 383. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 223 nr. 487 ex* c.

Reg. Löher l. c. p. 263 nr. 288.

Cf. litteras Heinrico duci Karinthiae eodem die missas apud Riezler p. 224 nr. 490; Löher p. 263 nr. 289; Preger-Reinkens p. 172 nr. 226.

Lipoldo duci Austrie.

Nobilitatis tue geminas recepimus litteras hiis diebus nonnulla, que in illis contigerant partibus, nunciantes nosque reddentes de fide tua incommutabili erga nos et sanctam Romanam ecclesiam certiores. Profecto fili de te non possemus faciliter suspicari, quod a via, quam cepisti velut devotus ecclesie et in qua tibi successit admodum prospere, debeas aliquatenus deviare. Credimus tamen fili, ut ab illa declinare debeas, ab hiis, qui tue prosperitati invident et a qua si possent, te deicerent, modis variis te temptari. Contra quorum suasiones esto quesumus virilis et constans, finem eorum previdens provide, quo previso tenemus indubie inceptis persistere[a] te con-

55. b) discebatur *c.*

56. a) sistere *in loco raso c.*

stanter. Sane ad procurandam liberationem noviter relaxati, sicut a tua memoria excidisse non credimus, iam diu est tuis nunciis obtulimus nos paratos. Que nobis grata extitit admodum, si tamen sit absque promissionibus indecentibus attemptata, quibus si forsan intervenerint, quantum in nobis est, per oportuna remedia curavimus obviare, prout in nostris aliis patentibus litteris, quas tibi mittimus[1], quibus uteris, si expedire videris, poteris apertius intueri. Et quia fili multe sunt insidie[2] inimici, tibi sano consilio suademus, ut ad locum non convenias, in quo super te tuus et Dei emulus suam exercere valeat potestatem. Veremur enim, quod si talis casus quod absit occurreret, fidem tibi frangeret quibusvis adminiculis communitam, que didicisse te credimus magistra rerum experientia super hoc instruente. Circa tuorum autem expeditionem nunciorum hactenus plene vacare nequivimus, set intendimus dante Domino negociis aliis pretermissis. Recordare fili eorum, que illustri regi Francie promisisti. Satis expediens videretur processum nostrum ultimum contra Ludovicum predictum habitum[3], qui excommunicationis et privationis iuris, si quod eidem Ludovico ad regnum quesitum fuerat, continet, deduci ad relaxati noticiam et in eius presentia publicari. Quod fili procura fieri, si facultas se offerat et hoc videris expedire.

Datum Avinion(e), III. Non. Maii, anno nono.

57. *Litterae ad comitem Valesii.* *Mai. 5.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 11 nr. 101. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 224 nr. 488 ex* c. *(decurtatum).*

Carolo comiti Valesii.

Quia ea, que noviter in partibus Alamannie percepimus contigisse, iam ad tuam fili credimus noticiam pervenisse, illa tibi omittimus[a] latius describenda. Sed venerabilis frater noster Petrus Vivariensis episcopus, cui hec commisimus tue magnificentie referenda, ea plenius explicare tibi poterit viva voce. Quem utique, velut promptum ad ea procuranda, que tuum honorem respicerent et tibi complacere crederet, novimus, eidem magnificentie commendamus. Ad hec benivolentie tue fili gratias referimus de sedula diligentia, quam adhibere circa processum faciendum contra Mediolanenses in regno commorantes Francie curavisti et quia circa illum supplenda videntur aliqua, velis super illis fidem prefato episcopo credulam et ut fiat diligentiam sedulam adhibere[4].

Datum ut supra [=Avinion(e), III. Non. Maii, anno nono].

58. *Litterae ad Iohannem regem Bohemiae.* *Mai. 5.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 49 nr. 382. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 224 nr. 489 ex* c. *(decurtatum).*

Iohanni regi Boemie.

Missas nobis regalis excellentie litteras, per quas de expeditione venerabilis fratris nostri . . episcopi Pragensis tua sublimitas nos rogabat, benignitate recepimus consueta. Super quo circumspectionem regiam volumus non latere, quod in Quadragesima proximo preterita receptis aliis super hoc litteris regiis pluribus diebus circa expeditionem huiusmodi duximus intendendum, sed emergentibus in causa ipsius episcopi nonnullis dubiis, que non expediebat conniventibus oculis pertransire, tunc ultra, ut optabamus, nequaquam procedi potuit, immo diversis impedimentis supervenientibus sic hucusque causa dormivit predicta. Verumptamen utilitatis ecclesie Pragensis obtentu tueque interven-

57. a) committimus *c.*

1) *Supra nr. 55; cf. ibidem notam* a. 2) *Eccli. 11, 31.* 3) *Supra tom. V nr. 944.* 4) *Cf. supra nr. 26 cap. 3.*

tionis intuitu fiet dante Domino circa expeditionem dicti episcopi, quicquid equitatis ratio patietur. De hiis autem, que referuntur in hiis partibus, venerabilis frater noster Petrus Vivariensis episcopus tuorum negociorum in curia promotor sedulus poterit magnitudinem regiam reddere certiorem, quem benivolentie regie propensius commendamus.

Datum Avinion(e). III. Non. Maii, anno nono.

59. *Litterae ad archiepiscopum Moguntinum.* *Mai. 13.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 145 nr. 931. Descripsit H. Pogatscher. — Ineditum. Reg. Löher l. c. p. 263 nr. 290; Preger-Reinkens p. 173 nr. 227.*

Cf. litteras eodem die contra abbatem Fuldensem datas Löher nr. 291; Preger-Reinkens nr. 228.

Venerabili fratri .. archiepiscopo Maguntin(o).

Auditui nostri apostolatus nuper innotuit, quod dudum litteris nostris tenorem processuum per nos contra Ludovicum ducem Bavarie suis enormibus excessibus et gravibus culpis exigentibus de fratrum nostrorum consilio habitorum continentibus, quibus per te tuosque suffraganeos et nonnullas alias illarum partium personas ecclesiasticas dictos processus mandavimus in eisdem partibus sollempniter publicari, venerabili fratri nostro Spirensi episcopo presentatis, prefatus episcopus nescimus quo ductus vel verius seductus spiritu dictas litteras exequi et processus publicare predictos non absque nostra et apostolice sedis contumelia suisque gravibus periculis pretermisit, quod grave non indigne gerimus, si est ita. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem episcopum per te vel per alium seu alios requiras ex parte nostra, moneas efficaciter et inducas, ut iuxta litterarum nostrarum continentiam predictarum, cessante cuiusvis morose dilationis obstaculo, processus publicet supradictos eosque observet tenaciter et a suis subditis faciat inviolabiliter observari, ad hoc dictum episcopum per penas et sententias in litteris et processibus predictis contentas et alias, prout tue circumspectioni videbitur, auctoritate nostra, si necesse fuerit, appellatione postposita compellendo. Non obstante si ei ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possit per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Si vero prefatus episcopus quod absit predictos renueret publicare processus, tu frater per te vel alium seu alios religiosos et seculares, de quibus tibi videbitur, in civitate et diocesi Spirensi eosdem publicare procures. Rescripturus nobis fideliter, quicquid per te ac eundem episcopum actum fuerit in hac parte.

Datum Avinion(e), III. Idus Maii, anno IX.

Item eidem archiepiscopo in e. mo. contra .. episcopum Vormaciensem.
Datum ut supra.

60. *Litterae ad episcopum Spirensem.* *Mai. 13.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 146 nr. 933. Item descripsit Pogatscher. — Ineditum. Reg. Löher l. c. p. 263 nr. 293; Preger-Reinkens p. 174 nr. 229.*

Cf. supra nr. 41. 42.

Venerabili fratri .. episcopo Spirensi.

Ad audientiam nostram relatio fidedigna perduxit, quod dudum Ludovicus dux Bavarie tunc pro rege Rom(anorum) se gerens tibi quoddam castrum vocatum Landove

Spiren. dioc. ad Romanum pertinens imperium ex certis causis ac pactis et conventionibus inter te ac ipsum habitis nomine pignoris tradidit ac etiam obligavit[1], quod quidem castrum tenere dinosceris et diu in tuis manibus vigore obligationis huiusmodi tenuisse. Verum cum idem Ludovicus suis enormibus excessibus et culpis gravibus exigentibus contra Deum ac nos et ecclesiam Romanam per ipsum commissis et aliis gravibus penis et sententiis spiritualibus et temporalibus per processus nostros de fratrum nostrorum consilio habitos contra ipsum promulgatis subiacere ac a iure, si quod sibi ad regnum vel imperium Roman(um) competebat, per nos fore privatus similiter dinoscitur nosque omnes conventiones et pactiones cum eodem Ludovico tanquam rege vel in regem Roman(orum) electo, etiamsi iuramentis interpositis aut penis adiectis vel[a] quacunque firmitate vallate fuissent, habitas seu initas cassas, nullas et irritas esse declaraverimus et eos, qui dictas conventiones et pactiones inivissent cum eo, ad illorum observantiam per eosdem processus pronunciaverimus non teneri, fraternitati tue per apostolica scripta in virtute sancte obedientie ac sub penis in predictis contentis processibus districte precipiendo mandamus, quatinus dictum castrum eidem Ludovico vel cuicunque alii nullatenus restituere, tradere vel assignare presumas, sed illud potius studeas fideliter custodire, donec de persona ydonea Deo et eidem ecclesie Romane devota fuerit imperio predicto provisum vel alias ab apostolica sede, ad quam dicti regimen imperii, eo vacante sicut nunc vacat, pertinere dinoscitur, aliud super hoc receperis in mandatis.

Datum ut supra[2].

61. *Litterae ad archiepiscopos Moguntinum, Coloniensem, Trevirensem.* *Mai. 14.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 157 nr. 965. — Ed. Sauerland l. c. I, 374 nr. 804 ex* c. *Editionem repetimus.*

Reg. Löher l. c. p. 263 nr. 293; Preger-Reinkens p. 174 nr. 230.

Cf. infra ad a. 1327. Iul. 23.

Mathie Maguntino archiepiscopo.

Consulte provida decrevit antiquitas contra vetustam consuetudinem per novorum impositiones vectigalium non fore aliquid exigendum, quin imo pedagiorum exactiones tam iure canonico quam civili regulariter et merito sunt dampnate. Vetusto etiam more sanctorum patrum est in sancta Romana ecclesia introductum per Romanos pontifices in certis et precipuis ecclesie prefate solemnitatibus, eos qui novas pedagiorum exactiones statuere vel imponere presumunt, nisi sint legitima auctoritate suffulti, sententia excommunicationis involvi. Cum itaque, sicut ad apostolatus nostri noticiam multorum insinuatio fidedigna deduxit, Ludovicus de Bavaria excessus inculcans excessibus et addens preteritis insolentiis novas culpas, in castro de Coube[a] Treveren. dioc. novas et graves pedagiorum exactiones universis Christi fidelibus exinde transeuntibus in mercimoniis et rebus suis temere duxerit imponendas in magnum et grave rei publice ac tue et aliarum ecclesiarum ipsarum partium, quibus pedagiorum exactiones huiusmodi legitime competebant, tuorumque subditorum preiudicium et gravamen, quamquam eidem Ludovico, qui pro suis demeritis, contumaciis atque culpis necnon consilio, auxilio et favore publice per eum prestitis Galeacio de Vicecomitibus eiusque fratribus de Mediolano, hostibus et rebellibus publicis eiusdem ecclesie et de heresi legitime et

60. a) ea *add.* c.

61. a) Couwle c.

1) *Super his rebus litterae servatae non sunt; sed cf. supra tom. V nr. 457. 458.* 2) *Scil. nr. 59.*

sententialiter condempnatis, fore dinoscitur anathematis sententia innodatus et ab omni iure, si quod sibi ex sua electione discordi in regem Romanorum forte competeret vel competere potuisset, per speciales nostros processus super hoc habitos contra eum apostolica fuit auctoritate privatus, non competiisset nec competere potuisset ius aliquod exactiones pedagiorum huiusmodi quomodolibet statuendi, ac propter hoc eundem Ludovicum predictum excommunicationis sententiam, que in tales in predictis solennitatibus per Romanos pontifices publice promulgatur, non sit dubium incurrisse, que quidem adeo noscuntur esse notoria, quod nulla possunt tergiversatione celari, fraternitati tue in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatinus . . . prefatum Ludovicum dictam excommunicationis sententiam incurrisse propter hoc per tuas civitatem et diocesim ac provinciam publice nuncias et facias ab omnibus arctius evitari. Et insuper ecclesie tue et subditis memoratis, quibus per novas impositiones et exactiones dictorum pedagiorum grave et enorme, ut premittitur, preiudicium generatur, cures alias celeriter de oportuno remedio providere, contra predictum Ludovicum et quoscumque alios, qui sibi super hiis prestiterint auxilium, consilium et favorem, spiritualiter et temporaliter procedendo, sicut videris expedire . . .

Dat. Avinion(e), II. Idus Maii, anno nono.

In e. m. Henrico archiepiscopo Coloniensi et Baldewino archiepiscopo Treverensi.

---

62. LITTERAE HUGONIS DE ENGOLISMA PONTIFICI DIRECTAE. (1325.) Mai. 14.

Autographon (or.) *litterarum nuntii papalis in Anglia in tabulario Vaticano inter 'Instrumenta miscellanea a. 1325—1326'. Descripsimus nos a. 1907. Sigilli oblongi cerae rubeae dorso impressi vestigia apparent. Inscriptio est:* Sanctissimo patri ac domino carissimo domino Iohanni divina providentia pape XXII. — *Ed. etiam a. 1911. H. Otto 'Zur italienischen Politik Johanns XXII' (= 'Quellen und Forschungen aus italienischen Archiven und Bibliotheken' XIV) p. 230 nr. 9 ex* or.

Sanctissime pater.

(Mai. 13.) 1. Dominus Hugo Dispensator(is) iunior pridie ostendit michi quandam litteram per quendam exploratorem in Alamannia existentem evestigio sibi missam. Que quidem littera inter cetera continebat, quod rex Boemie, dux Bavarie, comes Annonie ac nonnulli Alamannie nobiles se confederaverant et se ad congregandum magnum exercitum preparabant. Et erat rumor in illis partibus, prout eadem littera continebat, quod ipsi cum eodem exercitu intendebant contra vos versus Avinionem dirigere gressus suos.

2. Quibus auditis cum de hac re tacitus cogitarem, eodem domino Hugone paulo post interrogante sibi respondi non credere me premissa et[a] causas moventes ad non credendum ei prout occurrit melius explicavi. Inter quas interposui, quod comuniter dicebatur quod rex Boemie non erat cum duce Bavarie ad unum ad presens nec se mutuo diligebant, adiciens me magis timere, quod dicta congregatio contra regem Anglie pararetur. Et premittens quod talia, licet non credenda existerent, non debebant omnino contempni et quedam alia occurrentia egi gratias, sicut melius visum est, eidem domino Hugoni de affectione, quam ad personam vestram dignissimam pretendebat. Qui hoc benigne recepto et ostensa affectione huiusmodi per verba bene decentia demum subiunxit se constanter credere, quod dicta congregatio fieret contra regem Anglie, saltem per regem Boemie et comitem memoratos.

62. a) *supra lineam add. or.*

3. Dissencio dominorum regum Francie et Anglie cum succrescat cotidie paratur ad guerram, nisi de alto per sanctitatis vestre remedium occurratur. Embaxatores enim regis Anglie missi regi Francie se ad aliqua obligarunt, ut intellexi pro certo, ad que non habebant mandatum nec illa rex Anglie, sicut credo, intendit aliquatenus approbare.

4. De hiis tamen plenius et specialius scribam vestre quam primum occurrerit sanctitati et credo, quod rex Anglie scribet in proximo eidem sanctitati super hiis, nisi mutet consilium, cum hoc audiverim ab aliquibus fidedignis. Iam sunt X dies a die dat(e) presentium, quod vestre sanctitati de omnibus tunc occurrentibus per certum nuncium plene scripsi et misi eidem litteras regis et regine Anglie ac domini Hugonis predicti, in quibus respondent ad ea, que illis in litteris[b] missis ultimo scripseratis.

5. Gerens se pro rege Scotie[1] tenuit suum solenne consilium in quodam castro quod vocatur Berwicum et licet super quibus ignoretur, creditur tamen comuniter, si sit guerra quam Deus avertat, quod regi Francie omnimodis adherebit.

6. In crastino diei, quo dominus Hugo michi ostendit litteram suprascriptam, (Mai. 14.) consolatus, quia[c] vestra sanctitas hoc sciebat[c], audivi a quodam clerico, qui statim de Avinion(e) veniebat, quod iam rumor fuerat in curia, quod dicta congregatio [que][d] fiebat parabatur[e] contra sanctitatem vestram et quod hoc in curia minime credebatur et quod hoc vestra sanctitas iam audiverat et penitus contempnebat.

Dominus sanctitatem vestram ecclesie sancte sue per tempora longiora conservet.

Dat. London(ii), die Martis ante assencionem Domini.

Servulus vester H(ugo) de Engolisma.

---

63. LUDEWICI PROMISSIO PRO LANTGRAVIO HASSIAE.

1325. Mai. 20.

Originale (or.) *in tabulario regio Marburgensi. Iussu praefecti collatum est. Pendet sigillum laesum loro membranaceo.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 356 nr. 3231 (Addit. III).

Wir Ludwich von Gotes gnaden Romischer chunich ze allen zeiten merer des reiches verjehen offenbar an disem brief, daz wir von unser chuniglichen gnade geloben und gehaizzen unserm lieben fursten Otten dem lantgrafen von Hessen, daz wir uns nimer verrihtten noch versûnen mit dem bischof von Mentz, ez werde dann auch verrihttet der vorgenant lantgraf mit im umb den bruch und umb die sache, die er gen im hat. Und wenn auch der bischof den lantgrafen anegreiffet, so sullen wir im gen im beholfen sein. Und swenn wir auch den lantgrafen haizzen und gebieten, so sol er den bischof angreiffen und in beschedigen, swie er mach. Und dar uber ze urchunde geben wir im disen brief versigelten mit unserm insigel.

Der geben ist ze Munichen, des Montags vor dem Pfingsttag, do man zalt von Christes geburt druizehenhundert jar dar nach in dem fumfundzwainzigstem jar, in dem ainliftem jar unsers reiches.

---

62. b) *sequ.* p vos *eras. or.* c) quia — sciebat *supra lineam post add. or.* d) *excidisse videtur c.* e) p *corr. ex* 9 *or.*

1) *Robertus dictus Bruce.*

64. TREUGA CIVIUM NOMINE REGIS PIGNORATORUM CUM COMITE DE HENNEBERG.

1325. Mai. 31.

Originale (or.) *in tabulario Coburgensi. Descriptum editioni nostrae benivolenter porrexit W. Füsslein. Pendent sigilla oblonga loris membranaceis. In verso legitur manu coaeva scriptum:* Tractatus abbatis et prepositi in Bretingen. — *Ineditum.*

Wir Bertold von Gots gnaden apt zu Herrenbreytingen des ordens sent Benedictus, Reynhart eyn probest der clostervrowen zu Chungesbreytingen bekennen des vor alln den die diesn brief sehn und horen lesen, daz her Herman von Ovenbach der da ouch heyzt Cnobelouch vor uns und vor andern frumen und erbern luten uf den
Apr. 6. closterhof zu Chungesbreytingen chomen an dem Oesterabende der was als man zalte nach Gots geburthe druzehnhundirt jar dar nach in dem funfundzwenzigistem jare, globte und swůr eyne rechte ůrfede vor sich und alle sine frunt dem edeln herren grefen Henriche von Hennemberg dem jungen und allen sinen lůten um daz, daz der selbe herre von Hennemberg hette den vorgenanten Hermannen und sine gesellescbaft Jacoben Cnobelouchen, Conraden Lewensteyn, Henrichen Swartzen, Heyneken Vroyschen, Henrichen Alharthen, Thyͤmen von Liechtensteyn, Petern Aptekern, Henneken sinen eydem, Henniken Roten, Henrichen von der Eke, Wikern von Ovenbach, Fritzen Visierer hette[a] gepfant vor den Romischen chung. Dar nach in den nehsten vier wochen alle die in diesn brief geschrieben sin swůrn dem selben grefen Henriche von Hennemberg und sinen lůten um die selben pfandunge eyne rechte ůrfede, als der vorgenante Herman hette gesworn. Dar uber wolten sie dem vorgenanten grefen Henriche von Hennemberg erwerben eyn ůrfede und eyne lutter fruntschaft um alle tat, die an in were geschehn, des Romischen chunges, des edeln herren grefen Bertoldes von Hennemberg sines vaters und der vier stete der von Fra[n]kenforth, von Geylnhusen, von Frideberg, von Wepfelar in dem nehsten vierteyl jars nach dem selben Oesterabende. Wer ouch daz sie der ůrfede nicht gewůnnen, als sie hetten gesworn und die hende uf die heyligen gelegt, so solden sie alle mit eynander chůmen uf daz hus zu Frankemberg und solten dar uffe zehn wochen sien ungebunden und ungevangen. Wer ouch daz sie in den zehn wochen nicht vollenbrechten, als sie globt und gesworn hetten, so solden sie rechte gevangene lute sein des vorgenanten herren grefen Henrichs von Hennemberg. Sie globten ouch alle bi den selben eyden, daz sie weder der babest noch keyn byschof noch keyn cardinal noch keyne geystliche gewalt solde erlôsen von den eyden. Des sint gezuge her Ludewich der prior von Herrenbreytingen, her Johans der herren eyner von Vezzere, her Conrad von Liechtemberg der ritter, Wolfram Schrimpf, Otte Marschalk, Goetze voyt zu Frankemberg, Johanns Schenke und viel anderre erberre lute. Und wenne der selbe Herman und alle sine vorgenante gesellescbaft uns vlelichen baten, daz wir unsere briefe gebn dem vorgenanten herren grefen Henriche von Hennemberg, da inne beschrieben were die glubde und die eyde, die wir horten und sahen, des habn wir durch irre bete willen diesin brief dar uber zu urkunde gegebn und dar ane unsere insigele gehangen.

Daz ist geschehn nach Gots geburte in dem vorgeschriebennen jare, an dem Fritage in der Pfingstwochen.

---

64. a) *sic or.*

65—68. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE DIVERSIS MISSAE.

1325. Iun. 1.—20.

65. *Litterae ad archiepiscopum Coloniensem.* *Iun. 1.*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 113 fol. 50 nr. 392. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 229 nr 504 ex* c. *(decurtatum); Sauerland 'Urkunden und Regesten' I, 376 nr. 807 ex* c. *ad Mai. 30. Editiones adhibuimus.*

Reg. Löher loco supra ad nr. 2 citato p. 264 nr. 295; Preger-Reinkens p. 176 nr. 232.

Archiepiscopo Coloniensi.

Fraternitatis tue litteras nobis per Godescalcum scolasticum ecclesie beate Marie ad gradus Colonien. clericum et nuncium tuum dudum ad nostram presentiam destinatum[a] presentatas benigne recepimus et que ipse nuncius nobis explicare voluit dicteque continebant littere, pleno collegimus intellectu, tue devotionis promptitudinem et fidei constantiam, quas ad nos et Romanam ecclesiam gerere dinosceris, sicut in publicatione et observatione processuum nostrorum aliisque laudandis operibus manifestius pretendisti, multipliciter commendantes ac tue circumspectionis providentiam attentius exhortantes, quatinus in illis sic constanter et immobiliter perseveres, quod nostram et apostolice sedis gratiam erga te tuamque ecclesiam ampliare de bono semper in melius merearis. Ceterum super facto dictorum processuum cum venerabili fratre nostro Arnaldo episcopo Caminensi et nuncio predicto tractatibus et collocutionibus sepius habitis, quedam, que propter viarum discrimina committere scripture noluimus, prefato nuncio imposuimus per eum tibi seriosius explicanda. Illas autem de petitionibus tuis, quas cum decentia nostra et absque subditorum tuorum intolerabili gravamine potuimus, ad exauditionis effectum favorabilem duximus admittendas, prompti nichilominus, quantum nostra patietur decentia, super hiis, que tuis et ecclesie tue predicte fuerint honoribus et commoditatibus oportuna.

Dat. Avinioni, Kal. Iunii, anno nono.

66. *Litterae ad Liupoldum ducem Austriae.* *Iun. 3.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 51 nr. 393. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 230 nr. 507 ex* c. *(decurtatum).*

Reg. Löher l. c. p. 264 nr. 303.

Cf. varias litteras in eiusdem ducis favorem circa idem tempus datas apud Preger-Reinkens p. 177 sqq. nr. 235—238.

Dil. fil. nobili viro Lipoldo duci Austrie et Styrie.

Pridem ad nostram venientes presentiam dil. filii nobilis vir Rudolphus dominus de Harburch et Nicholaus de Frowenvelt[a] ac Fredericus de Ravenspurg canonici Constancienses, ambassiatores et nuncii tui nobilitatis tue nobis litteras de credentia presentarunt, quos nuncios et litteras benigne consideratione mittentis recepimus et que ipsi nuncii tam verbo quam scriptis pro parte tua coram nobis proponere voluerunt et eedem littere continebant, intelleximus diligenter. Et demum tam super propositis et petitis

65. a) *sequitur* presentiam *bis scriptum c.*

66. a) Forwenvelt *c.*

per eosdem nuncios quam contentis in quadam membrana per eos exhibita pluribus sigillata sigillis, habitis per nos, vocatis ad hoc nonnullis ex fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus, frequentibus tractatibus cum eisdem, super hiis, que petierunt a nobis, quantum cum Deo et nostra decentia fieri potuit, eis favorabiliter duximus annuendum et nichilominus super contentis in predicta membrana respondimus, sicut ipsi ad tuam cum nostre benedictionis gratia presentia[m] redeuntes referre tibi seriosius poterunt viva voce. Quos super mora, quam contraxerunt in curia, cum eos aliis diversis arduis prepediti negociis citius expedire nequiverimus, habeat tua nobilitas quesumus excusatos. Ceterum tue circumspectionis providentiam rogamus et hortamur attentius, quatinus consideranter attendens, quod non inchoantibus sed perseverantibus est corona glorie repromissa, in devotione sancte matris ecclesie sic constanter et stabiliter perseveres, provisurus attente ne quevis blanda vel aspera seductio in partem sinistri lateris te convertat, quod erga te ipsius ecclesie gratiam iugiter amplies et fama tui nominis clarens de bono semper in melius augeatur. Pro firmo sciturus fili, quod eandem ecclesiam, quam diu in eius devotione prestiteris, in tuis oportunitatibus propiciam reperies et benignam.

Datum Avinion(e), III. Non. Iunii, anno nono.

67. *Litterae ad episcopum Constantiensem.* *Iun. 11.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 51 nr. 395. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 231 nr. 509 ex* c. *(decurtatum); Rieder 'Römische Quellen zur Konstanzer Bistumsgeschichte' p. 195 nr. 702 ex* c.

Reg. Preger-Reinkens p. 180 nr. 241; Reg. ep. Constant. nr. 4039.

Venerabili fratri . . episcopo Constanciensi.

Ad aures nostras nuper infeste relationis assertione pervenit, quod nonnulli nepotes et amici tui, nedum se dil. fil. nobili viro Lipoldo duci Austrie et Styrie nostro et ecclesie Romane devoto exhibent iniurios et infestos, quin immo Ludovico duci Bavarie rebelli eiusdem ecclesie et excommunicato adherere suumque sibi contra dictum Lipoldum presumunt impendere auxilium et favorem. Unde pridem dicitur contigisse, quod quidam ex tuis predictis nepotibus quosdam predicti Lipoldi ceperunt homines violenter, quos adhuc detinent, ut asseritur, captivatos. Verum cum adhesio huiusmodi eisdem nepotibus et amicis propter processus contra dictum Ludovicum suosque fautores et sequaces habitos diversas excommunicationis et alias penas et sententias continentes sit periculosa nimium nobisque et eidem Romane ecclesie quam plurimum odiosa, fraternitatem tuam requirimus et hortamur, quatinus ut dicti nepotes et amici tui ab adhesione dicti Ludovici discedant penitus prefatoque Lipoldo adhereant et faveant ac eius homines predictos pristine restituant libertati, taliter facias et procures. Predicto Lipoldo nichilominus tuum prestiturus, quantum honeste poteris, auxilium et favorem, quod proinde nostram et apostolice sedis gratiam valeas uberius promereri.

Datum Avinion(e), III. Idus Iunii, anno nono.

68. *Litterae ad regem Franciae.* *Iun. 20.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 13 nr. 115. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 232 nr. 513 ex* c. *(decurtatum).*

Carolo regi Francie illustri.

Ecce fili carissime, quod venerabilis frater noster Petrus episcopus Atrabatensis regalem presentiam visitare desiderans et attendens, quod super negociis, pro quibus ad

sedem apostolicam venerat, ad aliud procedi non poterat in presenti, ad eandem presentiam de nostro beneplacito dirigit gressus suos, quem velut honoris et commodi regii zelatorem fervidum et sedulum promotorem excellentie regie propensius commendamus. Rumores autem, quos de partibus Alamanie recenter audivimus, indicabit sublimitati regie cedula presentibus interclusa[1] et ipse etiam episcopus referre poterit oraculo vive vocis.

Datum Avinion(e), XII. Kal. Iulii, anno nono.

69. FIDELITAS CAPITULI BAMBERGENSIS LUDEWICO PRAESTITA. 1325. Iun. 2.

Originale (or.) in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Contulimus nos. Sigilla quatuor parum laesa pendent loris membranaceis. — Ed. W. Preger 'Der kirchenpolitische Kampf unter Ludwig dem Baier u. s. w.' (= 'Abhandlungen der bayer. Akademie III. Cl.' XIV (1877)) p. 67 nr. 3 ex or.

Num ea quae de scripto simili a. 1325. Ian. 13. dato refert K. Müller 'Kampf Ludwig des Baiern mit der römischen Curie' I, 147 not. 4 Buchnerum secutus, recta sint nescimus; in tabulariis Monacensibus non invenitur; tamen cf. pontificis litteras a. 1325. Ian. 23 datas Mollat 'Lettres communes' nr. 21436.

Wir Leup(olt) tumbrobst, Heinr(ich) techant von Gotes gnaden, Heinrich sanchmaister und Otte von Aufsez ritter pfleger des gotesh(us) ze Bambberg verjehen an disem brief, daz wir unserm genedigen herren hern Lud(wig) dem Romischen kunig geheizen pei unsern trewen, di wir im in aydes weis geben haben, daz wir im mit der pflechnuss des gotesh(us) ze Bambb(erg), di uns von gemainem capitel enpholhen ist, mit landen, mit leuten, mit purgen und mit vesten und mit allem bistûm warten sulen wider aller menichleich, alle di weil und der kriech werdent ist. Und griff den kunich yman an von des pabests wegen oder pot mit wertlichen oder mit gaistlichen schachen, wider den schul wir dem kunig geholfen sein, als wir pest mûgen mit trewen ane geverd. (2) Und wellen noch enschulen auch bischof Heinrich von Sternberch dehein purch noch veste ein antwurten noch anftûn noch deheinen von seinen wegen, di weil der kriech wert. (3) Wir haben im auch pei den selben trewen geheizzen, daz wir niht gestaten und undervaren, als wir verrest und pest mugen, daz dehein prief, pan noch potschaft, process oder dehein urtail, wi di genant ist, wider den kunich oder ze schaden[a] dem capitel oder dem gotsh(us) von dem pabst, von dem pischof oder von iren wegen geoffent, vernômen, behalten oder volfuret werd, als lang der kriech werde in der stat und in dem pistum ze Bambberg. (4) Und gescheh daz wir wider ditz unser gelubde, daz wir dem kunig getan haben, von dem babst, von dem pischof oder von iren wegen erledigt wurden, daz si uns ez abnemen oder uns twingen wolten ez niht ze[b] behalten, daz schol uns wider unser[c] trewe niht helfen, wir halten si stet und gantz. (5) Wir gehaizen im auch pei den selben unsern[d] trewen, daz wir uns der pfleg niht entauzzern âne seinen besundern willen. Und wer unser ainer oder mer niht oder mohten vor kranchait oder vor ehafter not an geverd pei der pfleg niht gesein, so suln di andern von dem capitel oder auz des gotsh(us) dinestmann an ir stat ander setzen nach[e] des kuniges wizzen und willen. Dar uber zu ainen urkund geb wir im unsern prief mit unserr vier insigel versigelt.

69. a) *supra lin. add. or.* b) ze *post add. or.* c) under *or.* d) undern *or.* e) setzen nach *in fine lineae stilo acutiori, atramento fusciori post add. or.*

1) *Servata non est.*

Der geschriben ist ze Bambb(erg), da man zalt von Gotes geburcht dreuzehenhundert jar darnach in dem fumfundzweintzichsten jar, an dem ahten tag nach dem heiligen Pfingstag.

---

70. LUDEWICI PROMISSIO PRO CAPITULO FRISINGENSI. 1325. Iun. 12.

Originale (or.) *in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 301. Descripsimus nos. Pendet sigilli fragmentum loro membranaceo. In dorso legitur:* ℞ta. — *Ineditum. Böhmer, Reg. Ludw. p. 48 nr. 816.*

Wir Ludowich von Gotes gnaden Rômischer chûng ze allen ziten merer dez riches geheizzen und geloben mit disem briefe den erberigen mannen Otten dem techant, dem capitel und dem stift ze Frisingen, daz wir ir schermer wellen sein libes und gûtes und in und den irn rehtes helfen und vor sein wellen wider menchlich und wellen niht gestaten, daz si unbillich îmant leidige noch die irn deheinen wise. Wir wellen in auch uzrihten fûrderlichen, swaz si sache an uns bringent. Were daz der der sich babest nennet oder Chûnrat von Chlingenberch der sich ze Frisingen bischof schribet wider si in der gemeine oder in der besunder mit banne, mit urteil, mit entwernûzze irer gotzgab, irer lehen, irs gûtes oder irer ern oder mit andern sachen mit in iht handelet oder angriffe, dez sûllen und wellen wir in vor sein mit allem unserm gwalte. Wir geben in auch ze schermern und ze rihtern unsern lieben fûrsten und vetern herzogen Otten in Bayrn und swer unser vitztum in Obern Bayrn ist, daz si die von unsern wegen schermen sûllen und reht tûn von menchlichem und den irn, alle die weile und uns daz gevellet und die selben schermer niht abnemen. Wir sûllen uns auch niht mit dem der sich babest nennet noch mit dem vorgenanten Chûnraden von Chlingenberch der sich bischof nennet ze Frisingen rihten noch sûnen, wir nemen si genzlich zû uns in die selben rihtigung und sûn. Dar ûber ze urchûnde geben wir in disen brief mit unserm insigel gesigelten.

Der geben ist ze Frisingen, an der Mitwochen vor sant Viti tag, do man zalt von Christes gebûrte drizehenhundert jar dar nach in dem fûmfundzweinzigsten jar, in dem eylften jar unsers riches.

---

71. LITTERAE REGIS ARAGONUM FRIDERICO ET ELIZABETH REGINAE MISSAE. 1325. Iun. 20.

Copia (c.) *in tabulario regio Barcinonensi 'Registrum nr. 318' fol. 27'. — Ed. Zeissberg 'Das Register Nr. 318 des Archivs der Aragonesischen Krone in Barcelona' ('Wiener Sitzungsberichte Bd. 140' (1898)) p. 80 nr. 80 ex* c. *Editionem repetimus.*

Illustri Frederico Dei gracia Romanorum regi semper augusto Iacobus Dei gracia rex Aragonum etc. salutem cunctis felicitatibus affluentem.

Quia scimus vos ex hiis plurimum congaudere, vobis presencium tenore deducimus, nos et illustrem dominam Elizende consortem nostram karissimam et inclitos in-

fantes karissimos natos nostros Alfonsum, Petrum Raymundum[a] Berengarium et inclitas infantissas Theresiam eiusdem infantis Alfonsi consortem, Mariam, Blancham et Violantem natas nostras karissimas gracia favente divina corporis sospitate vigere, id idem de vobis scire quam plurimum affectantes. Mirantes quoniam quam diu status vestri continenciam vestris litteris minime reserastis, igitur vos rogamus, quatenus nos de prosperi status vestri constancia vestris insinuacionibus velitis, ut cicius poteritis, recreare. De nobis autem non miremini, quia diucius de status nostri prosperitate vos non reddi[di]mus cerciorem. Accidit enim, cum propter plura et ardua negocia, que nobis racione adquisicionis felicis regni Sardinie et Corsice occurrerunt, tum eciam propter locorum distanciam et viarum discrimina, prout scitis, propter que nos excusatos habere velitis, significantes vobis quod deinde Domino annuente, quocienscumque opportunitas se obtulerit, statum nostrum vobis curabimus nostris apicibus intimare. Sane quia perpendimus noviter, quod vos gracias inde refferentes Altissimo a capcione qua detinebamini estis liberatus, cordis nostri intrinseca subiacent gaudio salutari, Regem regum deprecantes, ut vos et vestra negocia faciat de bono in melius prosperari. Ceterum quia fidelis noster Gergoius lator presencium ad partes vestras de presenti accedit, vos rogamus, quatenus honoris nostri intuitu eundem recomendatum habere velitis ipsumque prosequi favoribus graciosis.

Datum Daroce, duodecimo Kalendas Iulii, anno Domini millesimo CCCXX quinto.

B(ere)ng(arius) Sal. m(andato) domini r(egis) facto per G(uillelmum) Oul(omarii) consiliarium.

Similis fuit missa domine Elizabet Dei gracia Romanorum regine filie domini regis. Datum ut supra.

---

72. LUDEWICI RATIFICATIO EMPTIONIS FACTAE.
1325. Iun. 21.

Originale (or.) *in tabulario Meiningensi. Contulimus nos. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. In verso manu coaeva scriptum est:* Confirmacio castri Meyenberg regis Ludewici. — *Ed. Schöppach 'Hennebergisches Urkundenbuch' II, p. X nr. 187 ex* or. *(= Weller 'Hohenlohisches Urkundenbuch' II, 206 nr. 246).*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 48 nr. 819.

Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus omnibus ad quos presentes littere pervenerint salutem et noticiam subscriptorum.

Constitutus in presencia maiestatis nostre nobilis vir Gŏtfridus de Brunekke fidelis noster dilectus nobis pro se et Margareta uxore sua legitima supplicavit, quod non obstante inpeticione, quam dicta Margareta sibi dicebat conpetere contra spectabilem virum Bertoldum comitem de Hennenberch secretarium nostrum dilectum de empcione et occupacione castri Meyenberg, quod ad se a suis asseruit pertinere progenitoribus et de quo alias sibi questionem moverat, licet tamen illud castrum non a fratre predicte Margarete, set ab illo de Barbey emerit, eidem empcioni nostrum preberemus consensum ac ipsam eciam confirmare nostra serenitate dignaremur. Nos igitur eisdem supplicacionibus annuere cupientes predicti castri empcioni pro Bertoldo secretario nostro predicto et heredibus suis nostrum consensum tribuimus eandemque empcionem auctori-

71. a) et *add. c.*

tate regia ratificamus et de certa sciencia presentibus confirmamus. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. in Ulma, feria sexta ante festum beati Iohannis baptiste, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, regni vero nostri anno undecimo.

---

73. LITTERAE ARCHIEPISCOPI SALZBURGENSIS PONTIFICI DIRECTAE.

(1325. m. Iun. — Iul.)

Servantur in codicibus Formularum

1 *bibliothecae Salzburgensis saec. XIV. in. fol. 44; ed. Fr. M. Mayer 'Archiv für österreichische Geschichte' LXII, 182 nr. 5 ex* 1;

2 *Monacensi lat. 97 saec. XIV. m. fol. 108; contulimus nos.*

Reg. Lang 'Acta Salzburgo-Aquilejensia' I, 183 nr. 241 8.

Sanctissimo in Christo[a] etc.

Ea que facta sunt et in facto consistunt et[b] maxime sublimium personarum ad aures vestras deferri[c] convenit. Ex hiis namque providencia vestra, in qua omnia iura clauduntur, multa salubria, que alias succumberent, poterit ordinare. Significo itaque sanctitati vestre, quod dominus [Otto][d] illustris[b] dux [Austrie] et [Styrie][e] cum domina [Elisabeth][f] sorore[g] H(einrici)[h] illustris ducis Bavarie inferioris[h], que sibi in tercio gradu consanguinitatis[i] in linea transversali attinere dinoscitur, hiis diebus publice contraxit matrimonium et eciam consumavit[2]. Ad hec dominus F(ridericus)[f] electus in regem Romanorum nunc est cum Lud(ovico)[k] duce Bawarie superioris[k], sed[l] quid hii simul tractent aut qualis sit vel fuerit eorum composicio et concordia, michi penitus est ignotum, eo salvo quod nunc surrexit publica vox et fama, quod filius ducis Lud(ovici)[m] et filia memorati domini F(riderici)[b] matrimonialiter coniungentur. Qui filius et filia ambo sunt impuberes et in tercio gradu consanguinitatis mutuo sibi attinent in linea transversali.

Datum[b] etc.

---

74. PETITIONES EPISCOPI HERBIPOLENSIS PONTIFICI PORRECTAE.

(1325. m. Iul. in.)

Cum nec minuta nec copia nobis ubilibet[3] *petentibus reperiri possit, repetimus editionem, quam a. 1729. paravit Schannat 'Historiae Fuldensis Codex probationum' p. 239 nr. 134 'Ex Cod. Ms.'*

Mensi Iulio ineunti litteras adiudicandas esse, ex litteris pontificis Liupoldo duci missis supra nr. 56 et 66 et infra nr. 81 coniicere licet.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 416 Reichssachen nr. 420 (Addit. III).

73. a) in Christo *des.* 2. b) *deest* 2. c) deferre 2. d) . . talis 2. e) [Austrie] et [Styrie] *des.* 2. f) . . 2. g) ducis *add. etiam hic* 1. h) *loco* H. — inferioris 2: talis. i) *huic verbo superscriptum est* vel 2. k) *loco* Lud. — superioris 2: domino . . tali duce. l) et 2. m) *loco* ducis Lud. 2 : dicti .

1) *Cf. supra tom. V ad nr. 930.* 2) *Cf. Lang l. c. I, 98 nr. 98, ubi etiam de tempore, cui litterae nostrae vindicandae sint, disseritur.* 3) *Scil. Marburgi, Monaci, Wirzburgi, Fuldae, Kasselii.*

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo domino Iohanni sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici Wolframus Dei et sua gratia Herbipolensis ecclesie episcopus ad humilem recommendationem sui devota pedum oscula beatorum.

1. Noverit sanctissima vestra paternitas, quod propter publicationem processuum a sanctitate vestra contra dominum Ludovicum ducem Bawarie[a] editorum ecclesia mea ab eodem duce suisque fautoribus invasiones hostiles et tribulationes plurimas sustinuit et sustinet omni die. Nam venerabilis dominus Henricus abbas ecclesie Fuldensis fautor dicti domini Ludovici quoddam cimiterium[b] sub quodam castro meo situm in non modicum meum et ecclesie mee gravamen et preiudicium incastellare presumpsit, persequens hostiliter me et ecclesiam meam cum suis et dicti domini Ludovici adiutoribus et servitoribus per incendia et rapinas. Procuratores quoque et capitulum ecclesie Babinbergensis tenentes castra et munitiones ipsius ecclesie in rebellionem contra sedem apostolicam versi, se suo episcopo opponentes dicto domino Ludovico contra ipsam sedem, episcopum suum et contra omnem hominem sedi et sancte matri ecclesie adherentem una cum aliis dicti domini Ludovici adiutoribus, principibus, comitibus, baronibus et terre nobilibus, in quorum medio ipsa ecclesia mea sita est et hostibus undique circumducta, in meum et ecclesie mee malum totis viribus machinantur.

2. Ne igitur dictam ecclesiam meam propter huiusmodi tribulationes et hostiles invasiones ac etiam propter indignationem, quam prefatus dominus Ludovicus contra me et ecclesiam meam pre omnibus aliis sedi apostolice adherentibus gravius concepisse dignoscitur ac ipsius destructioni pre ceteris plus avide innititur et intendit, ad extreme desolationis opprobrium devenire contingeret, oportebat me universis ministerialibus, vasallis et fidelibus ecclesie mee predicte necnon multis comitibus, baronibus et nobilibus, quos a dicti domini Ludovici servitio retraxi et ad adherendum sanctitati vestre et ecclesie mee conquisivi pro presidio michi eo liberalius ac melius exhibendo, ultra summam X milium[c] marcarum argenti stipendia erogare, ita quod in meis munitionibus iam in duplo plures viros armatos magnis dextrariis et spadonibus ac aliis necessariis ad bella decentius expeditos sub valde gravibus expensis teneo, sicut et indigeo, quam aliquis predecessorum meorum unquam habuit a temporibus retroactis. Quibus etiam mediantibus memorato domino Ludovico et suis adiutoribus, licet innumerabilia michi per ipsos sunt irrogata dispendia, divina adiuvante gratia restiti viriliter et potenter. Castrum etiam unum forte et firmum fratris[1] dicti domini abbatis Fuldensis prefato domino Ludovico et suis adiutoribus similiter adherentis pro defensione ecclesie et adiutorum meorum cum meis et eorundem adiutorum meorum servitoribus iam vallavi.

3. Insuper de illustri principe domino Lupoldo Austrie et Stirie duce nil prorsus hesitet vestra sanctitas, quoniam ipse una cum reverendis patribus dominis archiepiscopo Moguntino, episcopo Argentinensi et me, qui propter confederationem ob reverentiam sanctitatis vestre initam[2] unum sumus, sanctitati vestre [et] sedi apostolice etiam usque ad mortem contra prefatum dominum Ludovicum et suos volumus totis viribus adherere. Firmiter quoque credo, quod idem dominus Ludovicus, etiamsi nullam aliam preterquam nos quatuor coniuratos, de quibus iam premittitur, haberet resistentiam, quam diu eidem resistimus, nunquam in terra Allamannorum negotii sui finem consequi valeat concupitum. Memoratus quoque dominus dux Lupoldus, cum nuper in magna tribulatione et pressura constitutus existerem, missis michi nunciis suis volebat michi et ecclesie mee cum magna potencia, etiamsi necesse fuisset, propria in persona in subsidium occurrisse. Sciens ipsum nec metu nec minis nec fratris sui Friderici Austrie ducis precibus flecti posse, quod a sanctitatis vestre favore recedat.

74. a) Bawarorum *ed.* b) coemiterium *ed.* c) millium *ed.*

1) *Videtur esse Eberhardus dominus de Hohenberg.* 2) *Supra nr. 30.*

4. Cum itaque prenotata ecclesia mea cum propter stipendia adiutoribus et servitoribus meis donata, tum propter gravia dispendia michi et ecclesie mee et meis predictis emulis irrogata, tum etiam propter graves expensas, quas continue tenendo servitores meos ad defendendam ecclesiam meam ab incursibus hostium tam potentum facere me oportet, adeo gravibus sit debitorum oneribus irretita, quod ad solutionem illorum absque periclitatione maxima nullo modo sufficiat, nisi sanctitas vestra manum eidem porrigat salubriter subventricem, sanctissime paternitati vestre provolutis genibus supplico humiliter et devote, quatenus humiles petitiones meas sanctitati vestre iam pridem exhibitas, sine quarum subsidiis dicta mea ecclesia propter tenuitatem reddituum et obventionum ipsius ad tam gravia onera supportanda non sufficit, Deo teste, misericorditer admittere dignemini de solite clementia pietatis, michi et ecclesie mee predicte, quam sanctitati vestre una mecum devotissime recommendo, per expeditionem illarum celerem de paterni favoris benevolentia salubriter providendo, ne propter huiusmodi debita ex causis premissis contracta, quorum instat solutio, ecclesia mea ad irrecuperabilis desolationis exterminium deducatur.

5. Ceterum honorabilem virum Lupoldum de Bebenburg canonicum Herbipolensem decretorum doctorem, de nobili prosapia procreatum, cuius amici ecclesie mee vasalli michi et ipsi ecclesie grata ac fructuosa impenderunt auxilia et impendunt ad presens, sanctitati vestre humiliter recommendo. Demum supplico sanctitati vestre, ut inter alias meas petitiones et hanc petitionem meam, quod videlicet preposituram maioris ecclesie Herbipolensis vacantem michi ad X annos vel VIII commendare dignemini, vestra non dedignetur paternitas exaudire.

Datum.

75—77. PROCURATORIA AD COMPROMISSUM INTER DUCEM KARINTHIAE ET CANEM GRANDEM SPECTANTIA.

1325. Iul. 12. — Aug. 23.

Cf. infra nr. 107—110.

75. *Procuratorium Canis Grandis.* *Iul. 12.*

Servatur in Ratificatione regum infra nr. 108, ubi vide.

Nos Canis Grandis de la Scala imperiali auctoritate Verone et Vincentie vicarius generalis notum facimus presentium inspectoribus universis et hiis maxime, quorum interest vel interesse potest, quod nos sapientem virum dominum Nicolaum de Altemano legum doctorem tenore presentium constituimus nostrum specialem nuncium et procuratorem, specialiter ad compromittendum in serenissimos principes dominos Ludovicum Romanorum regem et Fridericum ducem Austrie et Stirie simul cum illustri domino Henrico duce Karintie, Tirolis et Goritie comite vel eius legitimo procuratore tanquam in arbitros, arbitratores et amicabiles compositores cum additione pene vel sine, specialiter et generaliter de omnibus et singulis litibus, controversiis, contentionibus, questionibus et querelis ortis vel que oriri et esse possent inter nos et dominum Henricum ducem predictum quacunque ratione, modo vel causa et ad promittendum parere sententie et arbitrationi ferende per dictos arbitros et ad alias promissiones et renunciaciones

faciendum et recipiendum, que in predictis et circa predicta prefato nostro procuratori opportuna [et necessaria videbuntur. Dantes et concedentes eidem nostro procuratori plenum et generale mandatum cum plena et libera administratione omnia et singula dicendi, faciendi et promittendi, que in premissis et circa premissa sibi opportuna][a] et utilia videbuntur, etiamsi mandatum exigant speciale, et que nos ipsi presentes facere valeremus. Promittentes quicquid per ipsum procuratorem nostrum dictum, factum vel promissum in predictis et circa predicta fuerit, ratum nos perpetuo habituros et non contraventuros aliqua ratione vel causa sub omnium bonorum nostrorum[b] obligatione et etiam ipotheca. In cuius rei testimonium presentes scribi iussimus et nostri sigilli appensione muniri.

Datum Verone, die Veneris XII[c]. Iulii, VIII. indict.

76. *Procuratorium ducis Karinthiae.* *(ante Aug. 23).*

Servatur in Litteris eiusdem ducis infra nr. 77, ubi vide.

Nos Henricus Dei gratia Bohemie et Polonie rex, Karinthie dux, Tirolis et Goritie comes, Aquileiensis, Brixinensis et Tridentine ecclesiarum advocatus et civitatis Padue et districtus vicarius generalis notum facimus presentium inspectoribus universis et hiis maxime quorum interest vel interesse potest, quod nos constituimus et ordinamus sapientem et honestum virum magistrum Henricum prepositum de Volkemargt[a] prothonotarium nostrum tenore presentium[b] specialem nuncium et procuratorem nostrum, specialiter ad compromittendum in serenissimos principes dominos Ludoycum Romanorum regem semper augustum et Fridericum inclitum ducem Austrie et Stirie simul cum Cane de la Scala pro sacro Romano imperio Verone et Vincentie vicario vel eius legitimo procuratore tanquam in arbitros, arbitratores et amicabiles compositores cum adiectione pene vel sine, specialiter et generaliter de omnibus et singulis litibus, controversiis, contentionibus, questionibus et querelis ortis vel que oriri vel esse possent inter nos et Canem predictum quacunque ratione vel modo vel causa et ad promittendum parere sententie et arbitrationi ferende per dictos arbitros et ad alias promissiones et renunciaciones faciendum et recipiendum, que in predictis et circa predicta prefato nostro procuratori opportuna et necessaria videbuntur. Dantes et concedentes eidem nostro procuratori plenum et generale mandatum cum plena et libera administratione omnia et singula dicendi, faciendi et promittendi, que in premissis et circa premissa sibi necessaria et opportuna videbuntur, etiamsi mandatum exigant speciale, et que nos ipsi presentes facere valeremus[c]. Promittentes quicquid per ipsum procuratorem nostrum dictum, factum vel promissum in predictis vel circa predicta fuerit[d], ratum nos perpetuo habituros et non contraventuros aliqua ratione vel causa sub omnium bonorum nostrorum obligatione ac etiam ypotheca. In cuius rei testimonium presentes litteras dedimus nostri pendentis sigilli munimine consignatas.

77. *Litterae eiusdem ad civitatem Paduanam.* *Aug. 23.*

Autographon vel copia non servantur. Repetimus editionem, quam dedit Verci 'Storia della marca Trivigiana' IX, 74 nr. 991 'Ex apographis in tabulario civitatis Tarvisii existentibus' (ed.)[1].

75. a) *uncis inclusa per homoioteleuton exciderunt ed.; supplevimus ex Procuratorio ducis Karinthiae infra nr. 76.* b) meorum *ed.* c) XIII *ed.*

76. a) Vilchemargo *ed.* b) presentis *ed.* c) volumus *ed.* d) fecerit *ed.*

1) *In adnotatione ponimus verba transsumti:* In Christi nomine amen. Hoc est exemplum quarundam litterarum incliti principis domini Henrici Dei gratia Bohemie et Polonie regis etc., Padue

Henricus Dei gratia Bohemie et Polonie rex, Karinthie dux, Tirolis et Goritie comes, Aquileiensis, Tridentine et Brixinensis ecclesiarum advocatus et pro regia maiestate civitatis Padue et districtus vicarius generalis fideli suo dilecto Chûnrado de Ovenstain capitaneo Padue ac discretis et prudentibus viris [. .] potestati, . . antianis, . . gastaldionibus, . . consilio et comuni ibidem, fidelibus suis dilectis gratie sue plenitudinem cum salute.

Ut negotia nostra et vestra, que una cum ambaxatoribus vestris presentibus Mussato poeta et istoriographo Paduano et Petro de Campagnola hoc tempore tractavimus per compromissum ex parte nostra et Canis Grandis de la Scala factum in[a] serenissimos principes avunculos nostros dominos Federicum et Ludoysium in Romanorum reges electos vobis plene pateant, copiam instrumentorum desuper confectorum presentibus subnotamus:

'Nos Henricus Dei — indictione octava.' *supra nr. 76.*

Datum in Inspruch, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto, die Veneris XXIII. Augusti, indictione octava.

---

78. SENTENTIA IUDICII PACIS GENERALIS IN THURINGIA. 1325. Iul. 15.

Originale (or.) *in tabulario civitatis Mulhusensis. Contulimus nos. Pendet sigillum iudicii pacis generalis laesum loro membranaceo; imaginem v. Posse 'Die Siegel der Deutschen Kaiser und Könige' II, tab. 59 nr. (2.) 3. — Ed. Herquet 'Urkundenbuch der Reichsstadt Mühlhausen' p. 383 nr. 807 ex* or.

Nos Guntherus Dei gratia comes de Swarczburg iudex generalis ac . . duodecim pacis conservatores per Thuringiam recognoscimus in hiis scriptis, quod prudentes viri Henricus dictus Cornegil ac universitas civium in Molhusen coram nobis in plebiscito Mittelhusen tribus edictis, pront de iure debuerant, actionem ipsis competentem contra Thilonem de Westhusen dictum Grawe in Guttern morantem, videlicet pro decem marcis argenti sunt racionabiliter prosecuti. Ipsis vero reis hiis tribus edictis minime conparentibus, pro tuicione iuris sui adiudicatum existit actoribus prenotatis eosdem reos iusticialiter evicisse. Unde per nostram diffinitivam sententiam ad solutionem dictarum decem marcarum ipsos reos duximus finaliter nostraque equitate iudiciaria condempnandos. Dantes[a] ipsis actoribus has litteras sigillo generalis officii nostri munitas in evidens testimonium super eo.

Actum Mittelhusen, anno Domini MCCCXXV, feria secunda in Divisione apostolorum.

---

77. a) inter *male ed.*

78. a) *sequ. etiam hic* has *or.*

ac districtus vicarii generalis sui veri sigilli, haben[ti]s in se sculptum humanum caput cum diademate regio superposito et in eius circo certas litteras, appensione munitarum. Quarum tenor talis est.

79—87. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE DIVERSIS MISSAE.

1325. Iul. 21. — 30.

79. *Litterae ad Iohannem regem Bohemiae.* *Iul. 21.*

Copia[1] (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 113 fol. 52 nr. 401. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 235 nr. 523 ex* c. *(decurtatum); Sauerland 'Urkunden und Regesten' I, 385 nr. 829 ex* c.

Iohanni regi Boemie.

Dilectos filios nobiles viros Symonem Philippi et Ernoltum de Pithengis regios nuncios destinatos ad nostram presentiam et missas nobis per eos regias litteras recepimus. Sane inspicientes litterarum huiusmodi seriem et diligenter nunciorum ipsorum proposita coram nobis oretenus audientes, ipsos ex regalis honorificentie meritis, quantum cum Deo potuimus, liberaliter exaudivimus in petitis. Rogamus autem excellentiam regiam, quatinus negocia nostra et sancte Romane ecclesie sic recommendata precordialiter habeas, prout in grata potissime per huiusmodi litteras tue serenitatis oblatione confidimus, quod in favorabili prosecutione illorum regia semper devotio clareat et preter premium retributionis eterne apud nos et apostolicam sedem continuatis effectibus se benemeritum potioris benivolentie perostendat.

Datum Avinion(e), XII. Kal. Augusti, anno nono.

80. *Litterae ad archiepiscopum Moguntinum et episcopum Argentinensem.* *Iul. 25.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 52 nr. 402. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 236 nr. 526 ex* c. *(decurtatum); Hauviller 'Analecta Argentinensia' I, 81 nr. 67 ex* c.
Reg. Löher loco supra ad nr. 2 citato p. 265 nr. 309; Preger-Reinkens p. 181 nr. 243.

Venerabili fratri Mathie archiepiscopo Maguntinen(si).

Quasdam a dilecto filio Bertuldo de Bouchegge ordinis sancte Marie Theotonicorum, germano tuo, recepimus litteras, de quibus te credimus habere noticiam, nobis conditiones et nova ipsarum partium plene multum et particulariter explicantes. Sane cum iuxta illarum huiusmodi seriem quedam sint in eisdem partibus noviter et ferventer exorta, ex quibus nonnullorum corda commoveri et turbari dicuntur, que tamen nobis videntur ceptis negociis oportuna, ne faciliter illa tepescere valeant vel quod absit sinistris eventibus immutari, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, quantum affectuose possumus te obsecrantes in domino Iesu Christo, quatinus huiusmodi exortorum iniciis, quantum in te fuerit, perseveranter insistas et ad illa continuanda ferventius alios, de quibus expedire dinoscitur, solicitis ac efficacibus studiis introducas. Ita quod in premissis et ceteris, que honorem Dei nostrumque respiciunt et exaltationem sancte Romane ecclesie sapiunt ac tranquillum statum requirunt et prosperum partium earundem, tuum

1) *In adnotatione ponimus Notitiam ex Libris 'Introitus et exitus' tom. 65 fol. 79 tabularii Vaticani descriptam:* Die IX. mensis Iulii de mand(ato) d(omini) n(ostri) p(ape) verbothenus nobis facto tradidimus nobili viro Henrico de[a] Schueler germano fratris Henrici de Alamannia pro relevamine expensarum suarum, cum laborasset pluries in Alamannia ut dixit pro domino nostro C flor. auri.
Cf. supra p. 8 not. 1.

a) *an* dicto?

aliorumque nostrorum et ecclesie predicte fidelium, ea liqueant tu edevotionis obsequia, ex quibus preter premium retributionis eterne apud nos et apostolicam sedem tam laudis quam favoris et gratie tibi merita vendices pleniora.

Datum Avinion(e), VIII. Kal. Augusti, anno nono.

Venerabili fratri .. episcopo Argentinensi.

Relatione percepimus fidedigna et ad tuam verisimiliter credimus pervenisse noticiam, quod quedam sunt in eisdem partibus et cetera ut supra.

81. *Litterae ad Liupoldum ducem Austriae.* *Iul. 26.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 52' nr. 405. Contulimus nos.*

Cf. J. Priesack 'Die Reichspolitik des Erzbischofs Balduin von Trier' (1894) p. 175 sqq.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 217 Päbste nr. 39.

Magnifico viro Lupoldo duci Austrie.

1. Tam ex tuarum fili geminarum serie litterarum quam ex relatione earum baiuli, cui fidem super hiis, que ex parte tua nobis referenda duceret, adhibere indubiam petivisti, evidenter percepimus, quid iuxta relata tibi per germanum hiis diebus preteritis a carceribus liberatum inter ipsum et liberantem in ipsa liberatione fuerit ordinatum quidque a te et tuis aliis fratribus ab ipsis fuerit postulatum. Super quo tuam benevolentiam plurimum in Domino commendantes eidem referimus gratiarum uberes actiones. Profecto fili ordinationem ipsorum non indigne reputamus temerariam et insanam velut de hiis, que ad ipsos non pertinent, attemptatam et que in ecclesie Romane, electorum quoque ac totius rei publice preiudicium et iniuriam, si quod absit procederet, redundaret.

2. Petitiones autem predicte fraudulente sunt, per quas sua venantur commoda non sine tuo fratrumque tuorum tam corporali quam spirituali incommodo evidenti. Per primam quidem satagunt te fratresque tuos predictos sue subicere ditioni, quorum alter vester est capitalis emulus quique, si diem illum videre posset, quod avertat Dominus, non posset de vestris dispendiis variis saciari. Per secundam autem petitionem a devotione Dei et sancte matris ecclesie ac nostra, in qua perstitistis viriliter hactenus et, ut tenemus, indubie persistetis, retrahere vos laborant et ad hostis Dei et ecclesie obedientiam inclinare eiusque vos subdere ditioni. Sane fili quia sicut nosti virtuti non minus adscribitur quam acquirere parta servare, circumspectionem tuam providam[a] et providentiam circumspectam duximus exhortandam, tibi nichilominus sano consilio suadentes, quatinus fel et venenum, que sub petitionibus huiusmodi latitant, cogitans et recogitans diligenter ipsas a tuo cures abicere animo et contra illas more serpentis, cuius in hac parte prudentia commendatur[1], aures tui cordis studeas obturare[2] ac amiciciam Dei et ecclesie ac nostram et cunctorum ecclesie fidelium, quas per actus tuos fideles et strenuos merito quesivisti, in ipsis immobiliter persistendo studeas omni diligentia sedula observare, consideranter attendens sapientis[3] consilium suadentis, ne inimico tuo te credere debeas in eternum, quia eius nequicia more heruginat heramenti, sed etsi humiliatus curvus incedat, animum tuum ab illo abice teque ab illo previde custodire. Est enim qui nequiter se humiliat, et interiora eius plena sunt dolo[4]. Sed etsi vocem suam sumpserit, cave ne credas te illi, quoniam septem nequicias in suo, ut te decipiat, corde gerit.[5]

81. a) tuam pro *in loco raso or.*

1) *Cf. Matth. 10, 16.* 2) *Cf. Ps. 57, 4. 5.* 3) *Eccli. 12, 10. 11.* 4) *Ibid. 19, 23.* 5) *Prov. 26, 25.*

3. Qualem autem ad fratrem tuum predictum ante liberationem eius gesserimus animum qualemve ex quo extitit liberatus, ex oblatis per nos tibi et tuis nuntiis et litteris destinatis[1] tuam credimus prudentiam plenius informatam. Quomodo autem tam in liberatione ipsa quam postea nostram et apostolice sedis gratiam conservare ac ampliorem studuerit promereri, que gessit in ipsa liberatione ac postea et que gerere et procurare continue non omittit, hec arguunt que scimus tuam providentiam non latere. In ipsa quidem liberatione cum hoste Dei et persecutore ecclesie execrabili fedus et amicitiam copulavit et insuper ad contrahendum parentelam cum ipso contra statuta canonum se astrixit nec hiis contentus te fratresque tuos, quantum in eo fuit, a devotione nostra subduxit et ecclesie et illi tuo singulari emulo nos coniungere laboravit, communitates et principes ad eius obedientiam verbis et litteris nichilominus pertrahendo ipsumque nominando regem et suum dominum ac eidem favendo et totaliter adherendo, non attendens pericula, que per processus nostros incurrunt talia facientes.

4. Rursus si diligenter attenderis, quantum ipsum post liberationem repereris varium, ne dicamus mendosum, vide quantum nos et tu de eo confidere, quam diu in hiis perstiterit, valeamus, cum indubie supponamus, quod de hiis, que inter ipsos acta sunt, nondum tibi apererint veritatem. Linguas siquidem suas tam liberatus quam liberans videntur docuisse loqui mendacium[2] et ut iniqua perpetrent convenisse. Propterea suum fecerunt conventiculum, omnibus suis necessariis pretermissis, contenti solis suis duobus confessoribus, quibus forsan omnia non panderunt. Hoc enim habent perversa tractantes proprium, ut lucem odiant nec ad lucem libenter veniant, ne forte sua opera arguantur.

5. Deduc itaque fili quesumus premissa omnia in consistorio rationis illaque diligenter examina eorum finem prospiciens, ut paratos tibi laqueos valeas evitare nec eorum consilia verearis. Speramus enim in Domino, quod ipse illa velut exosa sibi merito dissipabit. Persta igitur fili in ceptis tam laudabiliter. Nobis enim videtur indubie, quod continue a suo proposito se elongent quodque ut in foveam, quam tibi et aliis fidelibus paraverunt, incidant, se disponant ac honore, quem ambiunt impudenter assumere, carebunt merito et habitis, si quos habent, reddent, si in ceptis perstiterint, se indignos.

Datum Avinion(e), VII. Kal. Augusti, anno nono.

82. *Litterae ad Heinricum ducem Karinthiae.* *Iul. 26.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 52' nr. 404. Descripsit H. Pogatscher. — Ineditum. Reg. Löher, l. c. p. 265 nr. 310; Preger-Reinkens p. 181 nr. 244.*

Dil. fil. nobili viro Henrico duci Carinthie.

Cepisti fili actore Deo sub signi felicis auspicio contra notos tibi execrandos impetus et conatus ipsarum partium sub Altissimi dextera laudanter assistere dil. fil. nobili viro Lupoldo duci Austrie nepoti tuo, immo nobis in ipso ut spirituali patri et sancte Romane ecclesie matri tue. Rogamus igitur no(bilitatem) tuam et affectuose quantum possumus exhortamur, quatinus ceptis huiusmodi perseveranter insistas[a] sicque laudabilioribus semper successibus inchoata continues, quod preter divine retributionis premium nos et prefatam ecclesiam matrem tuam dictumque Lupoldum ac dil. fil. nobiles viros Albertum, Henricum et Ottonem duces Austrie similiter nepotes tuos versa vice reperias ad tua servicia preparatos.

Datum Avinion(e), VII. Kal. Augusti, anno nono.

82. a) insistat *c.*

1) *Supra nr. 55. 56. 66.* 2) *Ierem. 9, 5.*

83. *Litterae ad Ottonem ducem Austriae.* *Iul. 27.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 53 nr. 409. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 236 nr. 527 ex* c. *(decurtatum).*

Dil. fil. nobili viro Ottoni duci Austriae.

Nuper dil. fil. Lupoldo duce[a] Austrie germano tuo asserente per litteras nobis missas eum quem geris in animo et effective disponis actore Domino gerere erga nos et sanctam Romanam ecclesiam matrem tuam filialis devotionis affectum, nobilitatem tuam exultatione mentis immodica multipliciter commendamus in Domino et actiones tibi fili multiplices referimus gratiarum. Rogantes ipsam nobilitatem tuam et hortantes[b] attente, quatinus circa propositum affectus huiusmodi gratis, prout decet, effectibus incalescens prefato Lupoldo circa honorem Dei et nostrum ac exaltationem ipsius ecclesie sic tam voluntate quam opere ferventer et perseveranter adhereas, ut et tu fili pro voto nostro voluisse in hac parte, quod velit, et fecisse, quod fecerit, lucide patefias nichilominus et preter premium retributionis eterne nostram et apostolice sedis benivolentiam propterea loco et tempore tuis invenias desideriis preparatam.

Datum ut supra[1].

84. *Litterae ad Albertum ducem Austriae.* *Iul. 27.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 53 nr. 407. Descripsimus nos. — Ineditum.*

Reg. Löher l. c. p. 265 nr. 311; Preger-Reinkens p. 182 nr. 245; cf. Riezler l. c. p. 236 nr. 527 not. 1.

Dil. fil. nobili viro Alberto militi duci Austrie.

Nobilitatis tue litteras paterne sinceritatis affectu recepimus de liberatione dil. fil. no(bilis) vi(ri) Frederici ducis Austrie germani tui et eius serie nunciata per te nobis ad gaudium tibi plurimum congaudentes nichilominus et de collatione verbali per te secum, sicut notificas, habita et subiuncta per huiusmodi litteras tue liberalitatis oblatione postremo, quas in honorem Dei, nostrum et sancte Romane ecclesie matris tue verisimiliter cessisse supponimus, devotionem tuam multipliciter commendantes in Domino cum actione multiplici gratiarum, quas pro hiis eo uberius tibi fili nec indigne referimus, quo potius de benivolentia pii patris indubia refertum in te gratitudinis[a] animum reputamus. Propter quod certiori fiducia rogamus ipsam nobilitatem tuam et hortamur attente, quatinus bono et laudabili per te cepto magnifice circa scripta proposito firmiter et perseveranter insistas ac in illis adhereas dil. fil. nobili viro Lupoldo duci Austrie germano tuo et indesinenter eundem, quantum omnimode poteris, fraterno vestigio imiteris[b]. Recursurus ad nos tanquam benemeritus ex premissis nobisque acceptus et ipsi ecclesie in tuis oportunitatibus confidenter.

Datum Avinion(e), VI. Kal. Augusti, anno nono.

In e. mo. dil. fil. nobili viro Henrico duci Austrie.
Datum ut s(upra).

85. *Litterae ad episcopum Pataviensem priores.* *Iul. 27.*

1 *Originale in tabulario generali regni Bawarici 'Hochstift Passau' fasc. 182. Contulimus nos. Pendet bulla plumbea filo canapis. Inscriptio est:* Venerabili fratri Alberto episcopo Pactavensi;

83. a) duci *c.* b) hortamur *c.*
84. a) gratitu|dininis *c.* b) ī|mitteris *c.*

1) *Infra nr. 84.*

2 *Copia* (c.) *in Regestorum Vaticanorum tom. 113 fol. 53 nr. 408. Item contulimus. — Ed. Riezler l. c. p. 237 nr. 528 ex* c. *(decurtatum).*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 217 Päbste nr. 40.

Iohannes[a] episcopus servus servorum Dei venerabili fratri[a] Alberto episcopo Pactavensi salutem[b] et apostolicam benedictionem[b].

Constantie tue devotionis et fidei erga nos et sanctam Romanam ecclesiam matrem tuam fiduciosis affectibus innitentes[c] fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatinus in hiis, que in honorem Dei cedunt et nostrum, favorem insuper sapiunt ipsius ecclesie ac tranquillum statum ipsarum partium cunctorumque fidelium, inmediate adhereas dil. fil. nobili viro Lupoldo duci Austrie sibique realiter et liberaliter in premissis assistas auxiliis, consiliis et favoribus oportunis. Ita ut quod in te speramus, nostra fiducia effective reperiat et preter eterne retributionis premium apud nos et apostolicam sedem tibi frater placidam vendices exuberantiam meritorum.

Dat.[d] Avinion(e), VI. Kal. Augusti, pontificatus nostri anno nono[d].

86. *Litterae ad eundem alterae.* *Iul. 27.*

Copia ibidem tom. 113 fol. 53 nr. 406. Descripsit H. Pogatscher. — Ineditum.

Reg. Löher l. c. p. 265 nr. 312; Preger-Reinkens p. 182 nr. 246; cf. Riezler l. c. p. 237 nr. 529 not. 1.

Cf. Riezler l. c. p. 237 nr. 529.

Venerabili fratri Alberto episcopo Pataviensi.

Dil. fil. Frederici de Ravenspurch clerici et nuncii dil. fil. nobilis viri Lupoldi ducis Austrie relatione percepimus fidedigna, qualiter dicta et facta execrabilia cuiusdam clerici Ludovici ducis Bavarie molesta sunt tibi plurimum et exosa eaque patienter ferre non vales. Super quo predicto Frederico certa tue fraternitati ex parte nostra referenda imposuimus, cui velis fidem credulam super hiis adhibere.

Datum Avinion(e), VI. Kal. Augusti, anno nono.

87. *Litterae ad regem Franciae.* *Iul. 30.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 15 nr. 141. Contulimus nos.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 217 Päbste nr. 41.

Carolo regi Francie.

1. Diligenter percepimus que continebant littere regie et transcriptum littere de Alamania excellentie regie destinate. Et antequam nobis fuissent presentata predicta, illius qui de Alamania predicta scripserat, litteras receperamus. Et non tantum eadem quoad familiaritatem et amiciciam illorum ducum incredibilem continentes adhuc fidedignorum receperamus litteras, quod dictorum ducum ad hoc intentio ferebatur, quod liberatus deberet remanere in Alamania sub titulo regio et illud ab ipso recognoscere liberante, liberans autem sub imperiali titulo deberet ad partes Italie se transferre vel si liberanti esset acceptius, liberatus pro eo deberet ad partes Italie proficisci. Creditur tamen quod spretis periculis liberans eligat Italiam visitare.

2. Profecto, fili carissime, si conceptus iste quod absit perduceretur ad partum, multa possent pericula et utique ampliora, quam considerari valeant, provenire. Ideoque providentia regia tepiditate deposita curet super hoc vigilare. Res enim sic adhuc

85. a) Iohannes — fratri *des.* 2. b) sal. — benedictionem *des.* 2. c) inmittentes 2. d) Dat. — nono *des.* 2.

sunt disposite, ut regium possit ut prius desiderium adimpleri, quod forsan non poterit, si predicti possint suum propositum stabilire. Tepiditas regia multum negotio obfuit, quia et nos reddit et reddidit tepidos et morosos. Litteram illam, per quam de regio thesauro nil emittitur, tenuit magnificentia regia iam fere per annum, licet sepius spes data fuerit transmittendi. Excutiat circumspectio regia quesumus hanc torporem et operetur, si ad hoc intendat, dum dies est, nox enim supervenire poterit, in qua non poterit operari[1]. Solicitatur, sicut intimatum est nobis de illis partibus, is[a] qui regali excellentie insinuavit predicta, ut nostram liberanti debeat gratiam impetrare, quod si non posset fieri, se cum illo velit coniungere et de imperio recipere quicquid volet. Scribenti rescripsimus, prout vidimus expedire. Ex multis que audivimus credimus, quod nondum liberatus de modo liberationis et factis in ea promissionibus suis fratribus exposuerit veritatem.

3. Prior Sancti Supplicii est in potestate nostra et cum diligentia custoditur. Audivimus enm et per certos cardinales audiri fecimus presente venerabili fratre nostro episcopo Vivariensi, qui debet eius dictum providentie regie explicare. In quo negocio procedi non potest, nisi persone haberentur, que de ipso fecerunt in suis depositionibus mentionem.

Datum Avinion(e), III. Kal. Augusti, anno nono.

---

88. 89. TRACTATUS LIUPOLDI DUCIS AUSTRIAE CUM CIVITATIBUS ALSATIAE.

1325. Iul. 22.—27.

88. *Iuramentum civitatis Wissenburgensis pro Liupoldo.* *Iul. 22.*

Copia (c.) in Lehmann 'Pfälz. Urkundenbuch' II, 314 bibliothecae universitatis Heidelbergensis. — Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 790 nr. 1127 ex c. Editionem repetimus.

Wir der meister, der rat und die burgere gemeinlich von Wissenburg verjehen und thun kunt allen den die dissen brief ansehent oder horen lesen, das wir durch zuversicht schirmes, fride und gnaden gesworn und gehuldet hant, als sant Peters lute billiche eime Romischen konige swern und hulden sollent, dem erwurdigen fursten unserm gnedigen herren hertzog Lupolt von Osterich und von Stire aller der rehte, die ein Romischer konig bi uns hat, gehorsam zu sinde bisz uf ein einmutigen kunig ane alle geverde. Und des zu eime urkunde und eime bezugungen so geben wir ime dissen brief besigelt mit unserre stete ingesigel.

Disz geschach und wart dirre brief gegeben an sant Marien Magdalenen tag, von Cristus geburt warent druzehenhundert jare und in dem funfundzwentzigsten jare.

89. *Promissio pro civitate Hagenowensi nomine Liupoldi facta.* *Iul. 27.*

Originale in collectione Habeliana. Descripsit Johannes Schultze. Sigillum, quod loro membranaceo pendebat, desideratur. In verso manu saec. XIV. scripta sunt: Marggrafe von Baden iuravit. — *Ineditum.*

In 'Regesten der Markgrafen von Baden' desideratur.

87. a) his *c.*

1) *Ioh. 9, 4.*

Wir Rudolf von Gotz gnaden marggrave von Baden genant von Phortzheim tůnt kůnt allen den die disen brief gesehent oder gehorent lesen, daz wir von des hochgelobeten herren wegen unseres herren herzoge Lupoldes herzogen zů Öhsterrich und zů Styr mit gůten truwen gelobet hant und gesworen zů den heyligen den erberen und bescheiden . . dem meistere, dem rate und den burgeren gemeinliche von Hagenowe, daz wir sie und ire stat und alle die da inne wonent und alle ire burgere und alle die die zů der stat horent sulent laszen bliben in allen iren rehten und in irre gůten gewonheit, alse sie untze her komen sint. Und sulent in ŏch beholfen sin an allen stetten zů allem irme rehte den burgeren allen und sunderliche ir iegelichem und schirmen gegen menneglichem, so wir best můgent bi gůten trůwen ane alle geverde. und zů rihtende nach der scheffen urteil. Wir gelobent in ŏch zů gebende einen schultheiszen, der ein gemein man si und ein gemein rihter ane alle geverde. Der selbe schultheisze sol den vorgenanten burgeren sweren, daz er in ire gemeine reht und ire gute gewonheit lasze und sie dar ane schirme und in dar zů beholfen si an gerihte und anderswa, und waz die scheffen von der stat zů Hagenŏwe mit urteil bringent, daz er daz stete halte. Wir sulent es ŏch stete halten. Ŏch sol des rihteres schribere, der zů dem gerihte gesetzet wurt, sweren an gerihte und in gerihte zů den heyligen, menneglichem rehte zů tůnde und war zů sagende und daz nůt laszen durch nůtz, liebe noch leide noch durch keine geverde. Und daz wir und unser richtere dise vorgeschriben ding stete haltent, die wile wir ir phleger sint, so han wir den burgeren gemeinliche von Hagenowe disen brief gegeben besigelt mit unserem ingesigele zů urkunde der vorgeschriben dinge.

Dis geschach und wart dirre brief gegeben an dem ersten Samestage nach sante Jacobes tage des zwelfbotten, in dem jare da man zalte von Gotz geburte drůcehenhundert jar und funfundzwenzig jar.

---

90. PROMISSIO ULRICI COMITIS DE WIRTEMBERG PRO DUCIBUS AUSTRIAE.

1325. Iul. 27.

Originale (or.) *in tabulario caesareo Vindobonensi. Descripsimus nos ad imaginem photographicam a socio nostro H. Hirsch paratam. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. — Ineditum.*

Reg. Lichnowsky 'Gesch. des Hauses Habsburg' III p. CCCXCIII nr. 684.

Wir graf Ulrich von Wirtenberg tuen kunt offenlich mit disem briefe allen den di in ansehent, lesent oder hôrent lesen, daz wir gesworn haben einen eyde ze den heiligen mit gelerten worten, daz wir den[a] hohgeborn fůrsten unsern[b] lieben genedigen herren Lupolten, Alb(rehten), Heinr(ichen) und Otten hertzogen ze Ôsterich und ze Stir beholfen sullen sien mit unsern vestinen, mit unsern lůten und gůten getriwlich und endlichen gegen aller menlich an alle geverde, alle dů wile der krieg werdet, der um daz Rômische riche uf erstanden ist, und mit namen gen hertzog Ludwigen von Bayren und sinen helferen und dieneren. Und werre daz der herren deheiner sich satzte wider hertzog Lůpolt[c] sinen brůder, so sullen wir dem vorgenanten hertzogen Lůpolten unserm herren an den beholfen sien. Were ouch daz uns der selb unser herre hertzog Lůpolt hiezze kůnig Friderichen unserm herren sinem brůder

90. a) n *corr. ex* m *or.* b) *ultima* n *corr. ex* m *or.* c) *virga or.; sed potius addendum esse videtur* und.

beholfen sin, dem sullen wir beholfen[d] und gebunden sin in allem rehte, als wir inen allen vieren haft und gebunden sin. Und des ze einem urkunde und zugnůst ist unser insigel gehenket an disen brief.

Der wart geben ze Rotenburg an dem Necker, am Samztag nach sand Jacobes tag, da[e] man zalt von Kristes gebůrt drůtzehenhundert jar darnach in dem fumfund-zweintzigisten jar.

91—95. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE DIVERSIS DIRECTAE.

1325. Aug. 1.—Sept. 1.

91. *Mandatum incolis Marchiae Brandenburgensis missum.* *Aug. 1.*

Copia (c.) in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 113 fol. 177' nr. 1041. Descripsit H. Pogatscher. — Ineditum.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 218 Päbste nr. 42; Schmidt 'Päbstliche Urkunden' I, 166 nr. 191.

Dil. fil. nobilibus viris universis vassallis necnon communitatibus et universitatibus ac populis civitatum, castrorum, terrarum, villarum et aliorum locorum marchionatus Brandeburgensis.

1. Sicut ad vestram et communem aliorum noticiam supponimus indubie pervenisse, nos dudum fidedignis relatibus intellecto, quod Ludovicus dux Bavarie tunc pro rege Roman(o) se gerens, nondum electione discordi, que de ipso in regem Roman(um) promovendum in imperatorem facta fuisse dicebatur, Romane ecclesie, ad quam examinatio ac approbatio seu reprobatio electionis et persone cuiuscunque in regem Roman(um) electi pertinere dinoscitur, presentata nec ea per eandem ecclesiam approbata vel reprobata, eiusdem regni administrationi ambitiose et impudenter et indebite se immiscens, de dignitatibus eiusdem regni seu imperii Romani sicut de marchionatu Brandeburgensi, quem primogenito suo de facto contulerat, disponere presumebat necnon dampnatis hereticis ac rebellibus Dei et ecclesie partium Italie manifestis adheserat et adherebat ac prestiterat et prestabat contra Deum et eandem Romanam ecclesiam auxilia, consilia et favores, adversus eundem ducem diversos processus habuimus, per quos ipsum a dictis excessibus et aliis delictis variis per eum nequiter et horribiliter perpetratis retrahere salubriter et ad viam veritatis et salutis reducere credebamus. Sed quia ipse velut in sensum datus reprobum[1] paternis monitis obauditis obtemperare predictis processibus non curavit, sed potius fastus[a] et superbie currum ascendens peiora peioribus committere non expavit, nos urgente coacti conscientia processus eosdem aggravavimus et exageravimus, prout exigebat iusticia, contra ipsum excommunicationis et privationis a iure, si quod sibi ex eadem electione ad dicta regnum vel imperium competere poterat quoquomodo, aliisque diversis gravibus spiritualibus et temporalibus penis et sententiis tam contra eum quam quoscunque, qui eundem pro rege Roman(o) haberent aut ei ut tali parerent seu obedirent vel prestarent directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem seu de iuribus, redditibus et proventibus ad eadem regnum et imperium quoquomodo pertinentibus responderent aut

90. d) b *in corr. or.* e) *cum rasura unius litterae spatium adaequanti or.*
91. a) *corr. ex* faustus *c.*

1) *Rom. 1, 28.*

quicquam de illis sibi vel alii aut aliis pro ipso solverent, promulgatis nichilominus et inflictis, sicut in eisdem processibus, quos presente copiosa fidelium multitudine habuimus ac affigi ostiis ecclesie Avinionensis, ut ad communem omnium deducerentur notitiam, fecimus et ad diversas mundi partes ex superabundanti transmisimus publicandos, ut nullus circa eos posset ignorantie pretextu velamen excusationis assumere, hec et alia plenius et seriosius continentur.

2. Sane cum idem primogenitus pretextu collationis de dicto marchionatu per eundem ducem patrem suum presumpte de facto, ut premittitur, marchionatum predictum et eius iura, licet certum sit, nullum ius pretextu dicte collationis in eisdem sibi competere, nitatur, sicut asseritur, temerariis ausibus occupare seu occupatum violenter et temerarie detinere, universitatem vestrum monemus, rogamus et hortamur attentius, vobis nichilominus et vestrum singulis in virtute sancte obedientie ac sub predictis penis et sententiis districtius iniungendo mandamus, quatinus eidem primogenito seu alii vel aliis eius nomine vel mandato tanquam marchioni seu super aliquibus iuribus ad dictum marchionatum spectantibus nullatenus pareatis, adhereatis seu prestetis per vos vel per alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem nec de iuribus, redditibus, proventibus seu obventionibus quibuscunque marchionatus predicti sibi vel alii[b] aut aliis eius nomine respondeatis vel aliquid persolvatis. Quod si contrarium quod absit presumpseritis quovis modo, omnes penas et sententias in processibus supradictis contentas plenius et expressas vos incurrere volumus ipso facto, a quibus ab alio quam a Romano pontifice obtinere absolutionis vel relaxationis beneficium, nisi prout continetur in ipsis processibus, nequeatis. Non obstantibus quibuscunque privilegiis, indulgentiis, gratiis et litteris apostolicis vobis seu vestrum aliquibus communiter vel divisim sub quacunque forma vel expressione verborum concessis, de quibus esset in presentibus etiam specialis et expressa mentio facienda, seu si a sede apostolica sit indultum, quod vos ac loca vestra interdici, suspendi vel excommunicari non possitis per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

3. Et insuper dilectis filiis . . abbati de Marienwolde et . . preposito de Gramzenwoe per prepositum soliti gubernari monasteriorum Caminen. dioc. ac archidiacono Paswalcensi in ecclesia Caminensi et eorum cuilibet in solidum nostris damus aliis litteris[1] in mandatis, ut illos ex vobis, quos sciverint propter premissa easdem penas et sententias incurrisse, ad illarum publicationem et executionem contra eos per se vel alium seu alios procedere non omittant.

Datum Avin(ione), Kal. Augusti, anno nono.

92. *Litterae iudicibus directae ad idem spectantes.* *Aug. 1.*

Copia ibidem tom. 113 fol. 178 nr. 1042. Item descripsit Pogatscher. — Ineditum.
Reg. Löher loco supra ad nr. 2 citato p. 265 nr. 313; Schmidt l. c. I, 166 nr. 190.

Dil. fil. . . abbati de Marienwolde et . . preposito de Gramzenwoe per prepositum soliti gubernari monasteriorum Caminen. dioc. ac . . archidiacono Paswalcensi in ecclesia Caminensi.

1. Sicut ad vestram et communem aliorum noticiam etc. ut supra usque detinere[2], nos dil. fil. nobiles viros, universos vassallos necnon communitates et universitates ac populos civitatum, castrorum, terrarum, villarum et aliorum locorum marchionatus

91. b) aliis *c.*

1) *Infra nr. 92.* 2) *Supra l. 11.*

predicti per alias nostras litteras[1], quas inde sibi dirigimus, monemus, rogamus et hortamur attentius, eis nichilominus et eorum singulis in virtute sancte obedientie ac sub predictis penis et sententiis districtius iniungendo mandamus, ut eidem primogenito vel alii seu aliis eius nomine vel mandato tanquam marchioni aut super aliquibus iuribus ad dictum marchionatum spectantibus nullatenus pareant, adhereant seu prestent per se vel per alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem nec de iuribus, redditibus, proventibus seu obventionibus quibuscunque marchionatus predicti sibi vel alii aut aliis eius nomine respondeant quoquomodo. Quod si contrarium quod absit presumpserint, omnes penas et sententias in processibus nostris predictis contentas plenius et expressas eos incurrere volumus ipso facto, a quibus ab alio quam a Romano pontifice absolutionis vel relaxationis beneficium, nisi prout continetur in eisdem processibus, nequeant obtinere. Non obstantibus etc. ut supra[2].

2. Quocirca discretioni vestre in virtute sancte obedientie ac sub excommunicationis pena districte precipiendo mandamus, quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios processus predictos, quos vobis una cum presentibus mittimus, in locis partium illarum, de quibus vobis expediens videbitur, publicantes omnes illos et singulos, [qui] parendo, adherendo seu prestando per se vel alium seu alios dicto primogenito vel alii seu aliis eius nomine et mandato tanquam marchioni aut super aliquibus iuribus ad dictum marchionatum spectantibus sibi respondendo aut quicquam solvendo de illis, penas et sententias incurrerint supradictas, in locis, de quibus vobis videbitur, penas et sententias incurrisse predictas et eis subiacere illisque ligatos existere tam diu publice nuncietis et alias ad ipsarum executionem contra ipsos procedere studeatis, quousque ipsi a premissis omnino destiterint et ab eadem sede meruerint absolutionis beneficium obtinere. Nos et ipsam sedem reddituri de hiis, que super premissis egeritis, nichilominus certiores.

Datum ut supra[1].

93. *Litterae ad duces Slaviae.* *Aug. 10.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 54 nr. 414. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 237 nr. 532 ex* c. *(decurtatum); 'Pommersches Urkundenbuch' V, 286 nr. 3868 ex* c.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 218 Päbste nr. 43.

Dil. fil. nobilibus viris Othoni et Barnym[a] nato suo ducibus Slavie[3].

Letanter audivimus filii, quod vos honorem sancte Romane ecclesie matris vestre velut ipsius fervidi zelatores diligitis ipsamque studetis promptis et devotis affectibus revereri, existentes eorum que sibi sunt placita operatores soliciti ac eius rebelles et hostes tanquam proprios abhorrentes. Super quibus Deo ac nobis et eidem ecclesie gratis admodum et acceptis devotionis vestre sinceritatem cum gratiarum actionibus uberibus plurimum in Domino commendantes, nobilitatem vestram rogamus et hortamur attentius, quatinus in premissis, ex quibus favorem et gratiam sedis apostolice vobis et vestris posteris multipliciter vendicastis, constanter et immobiliter persistentes, Ludovico filio Ludovici ducis Bavarie excommunicati, Dei et eiusdem ecclesie adversarii manifesti super marchionatu Brandeburgensi, que[m] occupare nititur indebite, sicut fertur, tanquam marchioni nullatenus pareatis, sed vos opponatis, si necesse fuerit, potius super hoc contra eum, presertim cum nullum ius, ut vestram prudentiam latere non credimus,

93. a) Baraym *c.*

1) *Supra nr. 91.* 2) *pag. 63 l. 22.* 3) *de Stetin.*

sibi competat in eodem nec dictus dux de illo potuit aliquid disponere, sicut in nostris processibus contra eum suis culpis gravibus exigentibus [habitis], per quos revocare debuisset, quicquid de facto et indebite attemptaverat super hiis, plenius continetur. Scituri quod obedientes dicto Ludovico seu sibi prestantes super dicto marchionatu auxilium, consilium vel favorem excommunicationis et alias graves spirituales et temporales penas et sententias contentas in eisdem processibus incurrere dubium non existit.

Datum Avinion(e), IIII. Idus Augusti, anno IX.

Item in e. m. nobili viro Wratilao[b] duci Slavie[1].
Item in e. m. nobili viro Iohanni duci Glogoviensi.

94. *Litterae ad archiepiscopum Coloniensem.* *Aug. 13.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 54 nr. 415. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 238 nr. 533 ex* c. *(decurtatum); Sauerland 'Urkunden und Regesten' I, 387 nr. 837 ex* c.
Reg. Löher l. c. p. 265 nr. 314; Preger-Reinkens p. 182 nr. 247.

Venerabili fratri Henrico archiepiscopo Coloniensi.

Litteras nuper nobis a tua fraternitate transmissas consueta benignitate recepimus et que continebantur in eis intelleximus diligenter. Sane considerato frater erga Deum et apostolicam sedem tue gratitudinis debito, sic consequenter erga nos et sanctam Romanam' ecclesiam' devotione sincerum te verisimiliter esse supponimus et firma fidei stabilitate fundatum, quod nulla te nebula morbitatis inficiat nec procella turbinis aliqua te pervertat, sed sic in treugis per te initis, prout insinuas, cunctisque tuis et ecclesie tue negociis recte agas atque fideliter, quod in illis, prout a nobis, qui tuos obaudiremus in hac parte maliloquos, firmiter et indubie creditur, Dei iusticia, honor noster et sedis eiusdem ac favor ipsius ecclesie preferatur. Quocirca eandem fraternitatem tuam excitando rogamus et hortamur attente, quatinus in devotione ac fide huiusmodi sic illibate ac immobiliter maneas, quod apud Deum, nos et prefatam sedem spiritualiter et temporaliter tibi prosit ad meritum et in tanta pro dolor dissimilitudine[a] regionis proficias aliis per exemplum. Petitiones vero pro parte tua per nuncium tuum exhibitorem presentium nobis oblatas expediendas duxeramus abantea, licet declaraverimus aliqua postmodum, sicut idem[b] nuncius tibi oretenus poterit explicare.

Datum Avinion(e), Idus Augusti, anno IX.

95. *Litterae ad archiepiscopum Salzburgensem.* *Sept. 1.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 180 nr. 1056 et tom. 79 fol. 319 nr. 2144. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 240 nr. 540 ex* c. *(decurtatum); Lang 'Acta Salzburgo-Aquilejensia' I, 92 nr. 88 ex* c.

Reg. Löher l. c. p. 266 nr. 316 et p. 270 nr. 366 (male ad a. 1326); Preger-Reinkens p. 183 nr. 248 et p. 197 nr. 281 (male ad a. 1326).

Venerabili fratri Frederico archiepiscopo Salzeburgensi salutem.

Apostolice potestatis auctoritas conditionem pie respiciens fragilitatis humane interdum culpe lapsu cadentibus propitia subvenit et quod iuris negat rigiditas, sua benigni-

93. b) Wratilac *c.*

94. a) dissimilitu *in loco raso c.* b) id *in loco raso c.*

1) *de Wolgast.*

tate gratiose concedit. Sane auxiliatores, consiliatores et fautores Ludovici ducis Bavarie olim discorditer in regem Romanum electi iure, si quod sibi competebat in electione huiusmodi, exigentibus suis demeritis iam privati aut quomodolibet adherentes eidem seu prestantes sibi tamquam in regem Romanum electo auxilium, consilium vel favorem ex nostris, quos tu frater nosti, processibus contra eos habitis incurrerunt latam per nos in ipsos propterea excommunicationis sententiam et ipsorum terre sunt ecclesiastico supposite interdicto. Verum quia, sicut apostolatui nostre nuper innotuit, nonnulli ex ipsis ad cor inspirante Domino iam conversi et usi saniori consilio pravas eiusdem Ludovici semitas declinare volentes derelicto eius errore ad gremium sancte matris ecclesie, ad veram obedientiam et mandata nostra et ipsius ecclesie redire desiderent, nequaquam ipsi Ludovico tanquam in regem Romanum electo adhesuri de cetero aut prestituri eidem auxilium, consilium quomodolibet vel favorem, nostre super hiis et dicte sedis misericordie gratiam humiliter implorantes, nos absolvendi eos iuxta formam ecclesie ab huiusmodi excommunicationis sententia et interdictum in predictis eorum terris, tue dumtaxat diocesis, appositum relaxandi, recepta[a] ab eis de non adherendo eidem Ludovico vel prestando quomodolibet sibi ulterius tanquam in regem Romanum electo auxilium, consilium vel favorem cautione ydonea, ita tamen quod si secus attemptare presumpserint, ipso facto in eandem relabantur sententiam et ipsorum terre prefate simili subiaceant interdicto, plenam hac vice concedimus tibi et liberam auctoritate presentium facultatem.

Datum Avinion(e), Kal. Septembris, anno nono.

96. 97. LUDEWICI SCRIPTA PRO CIVITATE NORIMBERGENSI.

1325. Aug. 14.—26.

96. *Scriptum prius.* *Aug. 14.*

Originale in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 303. Descripsimus nos. Pendet sigillum secretum loro membranaceo. — Ineditum.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 48 nr. 828.

Nos Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus.

Cum fideles nostri dilecti . . cives Nurembergenses ad nostrum speciale mandatum et preceptum in negocio et expedicione rei publice et imperialis iusta impugnacione castrum dictum zů dem Tůrm proprietatis et possessionis Cunradi senioris pincerne de Rycheneck et heredum suorum funditus destruxerint et deiecerint ac fuerint in obsidione castri Hertenstein, quod Cunradus Mayr dicti Cunradi filius tenebat per suos homines et armatos, iusticia et racione pensatis de potestate regia ipsos et posteros suos ac civitatem Nurembergensem ab omni exaccione, instancia, iudicio et vindicta, que pro hiis sibi possent fieri vel inferri a predictis Cunradis, eorum heredibus vel quibuslibet eorum consanguineis, fautoribus vel amicis, absolvimus et absolutos dicimus. Testimonio presencium litterarum, quas super eo conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Monaci, in vigilia assumpcionis Marie, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, regni vero nostri anno undecimo.

95. a) receptis *c.*

97. *Scriptum alterum.* *Aug. 26.*

Originale ibidem KLS nr. 307. Item descripsimus. Sigillum maiestatis fere illaesum pendet loro membranaceo. — Ineditum.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 49 nr. 835.

Nos Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus.

Cum fideles nostri .. cives Nurembergenses de speciali mandato nostro castrum dictum zů dem Tůrm situm intra vallem Widental Cunrado seniori pincerne de Richenecke et suis heredibus attinens deiecerint et funditus destruxerint suis sumptibus et làbore, eo quod eius inhabitatores officiosi et nocivi erant terre et strate publice insidiis, rapinis, incendiis et aliis multis modis, que diucius exposcente iudicio nequaquam poterant sustineri, ideoque civibus supradictis promittimus per presentes, quod non concedemus nec eciam paciemur in futurum ipsum castrum reedificari vel in pristinum quomodolibet reformari. Quin immo eciam cives ipsos et civitatem Nurembergensem in specie et communi ab omni instancia, iudicio et vindicta dictorum Cunradi et heredum suorum et quorumlibet aliorum, que sibi propterea moveri possent vel quocumque modo inferri, dictante iusticia absolvimus ac de potestate nostra reddimus ac dicimus absolutos. Harum testimonio litterarum.

Dat. Monaci, feria secunda post Bartholomei, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, regni vero nostri anno undecimo.

---

98. EIUSDEM SCRIPTUM PRO MONASTERIO EBERSBERG. 1325. Aug. 15.

Originale (or.) *ibidem KLS nr. 304. Contulimus nos. Sigillum secretum pendet loro membranaceo. — Ed. Riezler 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XX, 254 nr. 26 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 48 nr. 829.

Wir Ludwich von Gotes gnaden Romischer chunich ze allen ziten merer des reiches verjehen an disem brief offenlich und tuen chunt allen den die in sehent oder horent lesen, besunderlich unsern viztům, rihtter und andern amptleuten, daz wir den gaistlichen leuten .. dem abbte und dem convente ze Ebersperch unsern angetæhttigen ze ergetzůng und wide[r]legůng der chost, di si unserm lieben oheim hertzogen Fridrich von Osterreich und seinem gesinde auf und abe[1] nach unserm haizze, bet und bot gegeben habent, abelazzen und gegeben haben von nu Weinnahtten vier gantziu jar Dec. 25. allen den vogtmůtthabern und vogtlemper, die si uns und ir leute in den selben vier jaren alle jar geben solten. Und sagen si der selben vogthabern und vogtlemper ledich alle die vorgescriben zeite mit disem brief und gebieten unsern vorgenanten viztům, rihtteren und amptleuten, daz si die vorgenanten habern und lemper in der zeit weder von in vodern noch nemen noch in dar umb chainen ungemach tuen. Dar uber ze urchunde geben wir in disen brief versigelten mit unserm insigel.

Der geben ist ze Munichen, an unserer Frawen tach als si ze hymel enpfangen ist, do man zalt von Christes geburt driuzehenhundert jar dar nach in dem fumfundzwainzigstem jar, in dem ainliftem jar unsers reiches.

1) *A Trausnitz castro Monacum proficiscendo et redeundo, ut videtur; cf. notam apud Riezler l. c. adiectam.*

99. LITTERAE CAPITULI ORDINIS MINORUM AD PONTIFICEM.
1325. Aug. 15.

Originale (or.) *in tabulario Vaticano 'Arm. C fasc. 58 nr. 19' signatum. Descripsimus nos. Pendent loris membranaceis septem sigilla, quorum primum, tertium, caetera plus minusve laesa sunt; secundum desideratur loro relicto. — Ineditum.*

Reg. ep. Constant. nr. 4049; Mollat 'Lettres communes' nr. 23360.

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Iohanni divina providentia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici frater Hainricus vicarius fratrum ordinis Minorum per Alamanniam superiorem ac etiam[a] totum capitulum congregatum Constantie anno Domini MCCCXXV, in assumptione Virginis gloriose cum prompta obedientia pedum oscula beatorum.

Sollempnis publicatio processuum vestre beatitudinis privationis videlicet iuris, si quod magnifico viro domino Ludewico duci Bawarie per electionem de se in discordia ad Romanum imperium celebratam competebat, ac ceterorum in eisdem processibus contentorum dudum per venerabilem in Christo patrem dominum Růdolfum Constantiensem episcopum in omnibus finibus civitatis et dyocesis Constan(tiensis) divulgata sic est manifesta, quod eosdem processus nullus de dictis civitate et dyocesi et circa ipsam potest probabiliter ignorare. Et ideo de huiusmodi publicationibus et obedientia prefati domini episcopi coram sanctitate vestra presentibus veritati testimonium perhibemus. Et ideo ego frater Hainricus vicarius predictus sigillum meum, nos vero frater Hartmannus custos Laci[b], frater Waltherus custos Basilien(sis), frater Iohannes custos Alsatie, frater Burch(ardus) custos Reni, frater Ůlricus custos Swevie, frater Cůnradus custos Bawarie provincie[c] memorate nostrorum officiorum sigilla duximus presentibus appendenda in testimonium predictorum.

Dat. anno, loco et tempore capituli memorati.

---

100. PROMISSIO FRIDERICI MARCHIONIS DE BADEN SUPER PACE GENERALI SERVANDA.
1325. Aug. 27.

Cf. supra nr. 49—51.

Originale (or.) *in tabulario civitatis Argentinensis. Contulimus nos. Sigillum fere illaesum pendet loro ex ipsa membrana exsecto. In dorso legitur:* R. — *Ed. 'Urkundenbuch der Stadt Strassburg' II, 410 nr. 461 ex* or.; *cf. notam l. c. adiectam.*

Regesten der Markgrafen von Baden nr. 804.

Wir margrave Friderich herre von Baden tůnt kunt allen den die disen brief gesehent und gehŏrent lesen, daz wir globent bi gůten truwen und uns darzů verbindent mit diseme gegenwertigen brieve zů schirmende disen lantfriden gegen mengelicheme ane gegen allen unsern vettern den margraven von Baden, den die stetde von Meintze, von Strazburg, von Wormesz, von Spire und von Oppinhein gemaht hant und gesworn in alle wise alse die brieve stant, die darůber gemaht sint und besigelt mit

99. a) *in loco raso or.* b) *sic evidentissime or. contra Reg. ep. Constant. l. c.* c) provin *in loco raso or.*

der vorgenanten stetde ingesigel[1], von diseme tage do dirre brief gegeben wart untz zû sante Martins tage danach aller nehst und von dem selben sante Martins tage über Nov. 11.
ein jar ane alle geverde. Und dez zû eime urkünde so haben wir unser ingesigel an disen brief gehenket.

Der wart gegeben an dem Zinstage vor sante Adolfes tage, dez jarz do man zalte von Gotz gebürte trûzehenhundert und fünfeundzwenzig jar.

101—106. CONTINUATIO TRACTATUUM INTER REGES HABITORUM.

1325. (Sept. 1. vel ante). Sept. 1.—6.

101. *Scriptum confessorum super compromisso regum.* *(Sept. 1. vel ante).*

Copia (c.) in Litteris (Ferrarii de Apilia) ad Alfonsum primogenitum regis Aragoniae infra ad a. 1326. Febr. 3 edendis; v. infra. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' p. 937 sub nr. 275 a. Textum latinum esse versionem documenti Germanici omnino deperditi pro rege Aragoniae confectam, ipsa verba docent; cf. in cap. 1 altenati principis regis Ludovici de Roma (= des hochgebornen fursten kunig Ludwiges von Rom) *etc., itemque versionem similem infra nr. 103.*

In Dei nomine amen.

1. Nos ego frater Conrardus prior in Monacho ordinis sancti Augustini Heremitarum indignus confessor nobilis et altenati principis regis Ludovici de Roma et ego frater Godefredus prior Vallis Omnium sanctorum in Maurbach ordinis Cartusiensis confessor altenati principis ducis Frederici de Austria confitemur et facimus notum omnibus illis qui istam litteram viderint seu audiverint legi, quod de superfluenti gracia sancti Spiritus, de quo omnis veritas et honor venit, idem altenati principes nostri domini rex Lodovicus de Roma et dux Fredericus de Austria de integro corde unam perpetuam concordiam et integram unionem sine omni fraude cum integro compromisso et cum iuratis iuramentis in nos simpliciter et sincere compromiserunt, sic quod quicquid nos desuper pronunciaverimus, hoc integrum perpetuo remanebit et illesum.

2. Nos igitur pronunciamus primo, quod ipsi ambo sedi Romane debeant esse obedientes secundum rectam fidem et secundum christianam consuetudinem et iuvare ac apponere eidem in omnibus iustis causis. Et debet noster dominus de Austria cum integro conatu et cum amicorum adiutorio ac consilio laborare pro concordia inter nostrum sanctum patrem dominum papam et regem Ludovicum de Roma. Et debet rex de rationabili concordia contentari secundum nostri domini ducis Frederici consilium, prout consueta et racionabilis emenda ostendet et demonstrabit.

3. Etiam debent ipsi ambo Romano imperio sua iura acquirere et tenere cum omni ipsorum potencia et hoc sicut iura Romani imperii locuntur et ostendunt, sicut ipsi antea promiserant et iuraverunt[a].

4. Etiam debent ipsi inter semet ipsos integram et iustam pacem ac unionem servare usque in mortem ipsorum amborum et hoc in suis heredibus continuare et nullum hominem in isto mundo sequi, qui eos in dicta unione facere vellet errare seu vellet impedire.

101. a) *sic c.*

1) *Supra nr. 49.*

5. Et si ibit eorum unus ad partes Gallicas seu Latinas, tunc sit alius in terris Theoutonicis vel aliter, sicut eis videbitur expedire secundum iura Romane sedis et imperii. Et eleccio de remanendo[b] in Alamannia vel eundi extra apud regem predictum residebit.

6. Etiam debent ipsi in ipsorum propriis terris et in tota christianitate cum corporibus ipsorum propriis et omnibus ipsorum hominibus concordiam et pacem ordinare et iustum iudicium servare et obtinere cuilibet toto nisu suo.

7. Etiam debent ipsi ambo ignoscere omnibus, qui verbis vel factis unquam fecerunt contra eos usque ad diem hodiernum, ita quod de hiis nunquam vindictam captent aliquam seu requirant.

8. Etiam debent ipsi omnia iniusta theolonia, sturas et exacciones in omnibus terris dimitere et deponere, sicut ipsi unquam perfeccius poterunt.

9. Etiam debent ipsi omnibus episcopis, prelatis, ecclesiasticis et clericis iura sua et emunitates servare et eorum homines defendere et pacificare, ubicumque habent potestatem, sicut ipsi perfeccius poterunt.

10. Etiam debent ipsi dampna et despoliationes in exereitibus ipsorum et expedicionibus factas ecclesiis, monasteriis, terris et hominibus resarcire secundum graciam et ius secundum consilium melius[c] confessorum suorum et sicut ipsi perficere melius poterunt et adimplere.

11. Etiam debent ipsi omnia pronunciata servare, quia ipsi ambo corpus Christi super[d] hoc receperunt.

Hoc ponimus nos super ipsorum consciencias et animas, sicut ipsi de hoc in die novissimo velint Deo respondere.

102. 103. PROMISSIO FRIDERICI PRO LUDEWICO.

1325. Sept. 1.

102. *Forma originalis.* *Sept. 1.*

Autographon Monaci in tabulario civitatis 'Privil. 211' signatum. Contulimus nos. Pendet sigillum secretum laesum loro membranaceo.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 177 Friedrich nr. 207.

Wir Frider(ich) von Gotes gnaden hertzog in Osterich und in Steyr verjehen an disem brief offenlichen, daz wir uns underwunden haben in triwes mannes hant unsers lieben herren kunig Lud(wiges) von Rôm wirtinne vrowen Margareten der kuniginne unnd sein kunig Lud(wiges) chinder und ires landes ze Bayern und alle ir ander lande, lut und gut, swa si daz habent, daz wir ir und der, ob er bei dem lande nicht ist, phlegen sullen in unsers vorgenanten herren des kuniges namen und von seinen wegen als ir phleger getriwelich und als wir aller beste mugen. Und wellen auch und sullen si versprechen und ir lant, lut und gut an aller stat und beschiermen, befriden und besorgen wider menlichen. Und ob er nicht ist, so wellen und sullen wir dannoch ir phleger sein und si versprechen, untzen si zů iren tagen chomen, und in beholfen sein zu allen irem rechten und in die vodern nach der brief sag, die zwischen im und seinem bruder hertzog Rudolfen seligem unserm ôhem gegeben sint. Auch sullen si uns lant und lut als einem phleger warten, undertenich und geholfen sein ze allen sachen, als wir wenen und versten in, lant und luten aller best sein, auch gen menich-

101. b) romanendo *c.* c) meliorum *c.* d) sub *c.*

lichen. Und sullen auch iedem man bei seinem rechten lazsen beleiben. Und dar uber geben wir disen brief ze einem offen urchunde versigelten mit unserm insigel.

Der ist geben ze Munichen, da man zalt von Christes geburde drutzehenhundert jar und darnach in dem funfundzwaintzigsten jar, an sant Egidii tag.

103. *Versio latina.* *Sept. 1.*

Copia (c.) *in eisdem litteris ac supra nr. 101. — Ed. Finke l. c.*

Nos Fredericus Dei gratia dux Austrie et Styrie confitemur in ipsis litteris publice, quod nos constituimus[a] in fidelis viri seu in fidelitatis manus nostri dilecti domini regis Ludovici de Roma coniugis[b] domine Margarite regine et ipsius regis Ludovici puerorum[c] et terre ipsorum in Bawaria[d] et omnium terrarum aliarum eorum, hominum ac bonorum, in quibuscumque sint locis, quod nos ipsorum et illarum terrarum, si ipse non fuerit in terra, tutor esse debemus nomine domini nostri regis prenominati et ex parte nostri tuendo fideliter ipsos, sicut unquam melius possumus. Et volumus etiam ac debemus pro ipsis respondere et eorum terris, hominibus et bonis ubicumque locorum ac defendere, pacificare et curam eorumdem habere contra quemlibet. Et si ipse decederet, tunc volumus et debemus nos adhuc ipsorum tutor esse et pro ipsis respondere, donec perveniant ad annos adulcionis, et ipsos iuvare ad omnia iura sua et ipsis illa iura requirere secundum litteras inter ipsum et fratrem eius ducem Rudolfum bone memorie avunculum nostrum ordinatas et datas. Etiam debent ipsi nobis terre et homines sicut viri muntbaro et tutori subesse et obedire in omnibus causis, sicut nobis secundum nostrum intellectum extimacione nostra [ipsis][e], hominibus et terris videbitur expedire, et hoc contra quemlibet. Et nos debemus etiam quemlibet permittere in suo iure remanere. Et super hiis omnibus pro testimonio publico presentem litteram damus sigillo nostro sigillatam.

Dat. in Monako, anno Domini MCCCXXV, in die sancti Egidii.

---

104. *Protestatio regum.* *(Sept. 1).*

Copiae 1 *olim in 'Collectaneis Rudolfi Losse' saec. XIV. in. tabularii Darmstadiensis; sed folium iam deperditum est. Descripsit olim Julius Ficker, publici iuris fecit a. 1856. Kopp 'Geschichtsblätter aus der Schweiz' II, 113 ex* 1; *cf. 'Westdeutsche Zeitschrift' VIII, 85 et J. Priesack 'Die Reichspolitik des Erzbischofs Balduin von Trier' p. 179 sqq.; Koppii editionem adhibere oportet;*

2 *in eisdem litteris ac supra nr. 101 et 103, ubi haec verba praecedunt:* Iste sunt protestaciones, quas principes predicti eadem die et in eodem loco fecerunt. — *Ed. Finke l. c.*

Apud Böhmer, Reg. Ludw. Addit. III desideratur.

1. Protestantur[a] serenissimus dominus Ludewicus[b] Romanorum rex et illustris Fredericus dux Austrie, quod sanctam Romanam ecclesiam matrem suam semper venerari volunt et eius sacra instituta reverenter servare.

2. Item quod Stephanum et Elizabet liberos suos prohibito consanguinitatis gradu coniunctos matrimonio volunt coniungere et usque ad[c] thori copulam volunt sociare. Item quod predicti Stephanus puer nondum sextum, sed[d] Elizabet nuper

103. a) nobis *c.* b) coniugem *c.* c) pueros *c.* d) B *corr. ex* W *c.* e) *excidit c.*

104. a) Protestatur 2. b) Lud. 2. c) *deest* 2. d) set *semper* 2.

octavum etatis sue annum[e] perfecerunt. Item quod predicti matrimonii copulam non ex temeritate et[e*] contemptu, sed bono zelo faciunt, ut scilicet inter eos, qui erant inimicissimi licet consanguinei, ut est notorium, vere[f] amicicie et amoris vinculum Dei solius gracia factum[g] solidius confirmetur, item ut ambiguitas et suspicio de cordibus sinistre credencium[h] tollatur, item ut pax fiat patrie et mundo, item ut gaudium dilatetur, item ut sancta Romana ecclesia inde honoretur et gloria eius magnificetur[i].

3. Item quod diuturnam guerram et brigam, quam inter se ad multorum incomodum habuerunt[k], uno spiritu et una fide in bonum publicum[l] convertant. Item quod per hoc et per omnem[m] alium modum, sicut oportet et sicut vere intendunt, pacem et quietem fidelium procurent.

4. Item protestantur, quod sancte Romane ecclesie institutionibus[n] et consuetudini generali christianitatis in contrahendis matrimoniis per hoc derogare nolunt nec scandalum suscitare, sed dissidia tollere et amiciciam propagare. Item quod ipsius sancte Romane ecclesie, cuius[o] sunt et semper esse volunt devotissimi, dispensacionis[p] beneficium oportunitate temporis, antequam predicti puer et puella ad annos nubiles perveniant, volunt cum effectu operis impetrare[q].

5. Protestantur premissa omnia et singula coram vobis principibus ecclesiasticis et secularibus ac prelatis et clericis necnon spectabilibus comitibus, proceribus, baronibus, nobilibus et aliis qui presentes estis, vestrum super hiis testimonium invocantes dictis et scriptis, sicut opus fuerit, afferendum.

6. Et vos magistrum Martinum Liberum civem Monachensem publicum imperiali auctoritate notarium petunt, requirunt et monent, ut de[r] hiis conficiatis unum vel plura, sicut requisitus fueritis, publica[1] instrumenta.

105. *Unio inter reges habita.* *Sept. 5.*

Originale (or.) *in tabulario caesareo Vindobonensi. Descripsimus nos. Pendent sigilla Ludewici fere illaesum, Friderici laesum loris membranaceis.*

Eadem manu exaratum est, quae Scriptum arbitrorum supra nr. 29 conscripsit.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 49 nr. 839 et p. 177 Friedrich nr. 211.

1. Wir Ludowich und Friderich von Gots gnaden Romische chunige ze allen zeiten merer dez riches tůn chůnt allen die disen brief sehent oder horent lesen, daz wir in dem namen Gots, Got und seinen heiligen ze lobe, der chirchen zů Rome ze eren, Romischem riche ze frům und der heiligen cristenheit ze fride und ze schirm, nach weiser und gelerter læute, pfaffen und leyen rat und wisůng uns mit ein ander verainet und verbunden haben ewiclich, daz wir daz Romische riche, darcz̊ wir bede erwelt und geweihet sein, mit allen seinen wirden, eren, rechten, læuten und gůten und swaz ez hat und darcz̊ gehôrt uber al die werlt mit ein ander glich als ein persone, einem nicht baz dann dem andern, ietwederm mer noch minre, besitzen, haben, pflegn und handeln sullen. Und sullen uns mit ein ander beholfen sein mit staeter triwe, mit ræten, mit arbeit, mit vleizzicheit, mit reden und werchen und mit allen und an allen sachen, als verre uns leip und gůt weret wider aller maenniclich. Und sullen einer den andern nicht lazzen noch im entwichen, ob einen sunderliche sache angienge wertlich oder geistlich, sunder swaz eins sache ist, die sol sein dez andern auf alle ort und auf alle not und sullen ubel und gůt, frům und schaden glich tragen an allen dingen.

104. e) sue etatis annos 2. e*) *deest* 1. f) verum 1. g) *loco* Dei — factum 1: dicti solius gracia sacrum. h) sin. cred. de cordibus 2. i) manifestetur 2. k) hab. incomodum 2. l) *deest* 2. m) *loco* per omnem 1: conventum *male lectum ut videtur.* n) institutioni 2. o) omnes *male* 2. p) dispensationisque 2. q) inpetrare 2. r) *deest* 1.

2. Wir sullen auch gliche ere haben ze strazzen, ze chirchen und an aller stat und uns bede Romische chunige und merer dez riches schriben und nennen und uns brůder heizzen und schriben an ein ander und auch als brůder haben. Und swer under uns dem andern schribet, der sol in fůr setzen. Schriben aver wir bede mit ein ander hantvest oder briefe, so setze sich der heute der morgen fůr, daz daran dhain vorganch sei. Handelt unser einer icht, do der ander nicht engagen ist, an swelherlay sache daz ist, der sol daz tůn in jenes und in seinem namen und sol in fůr werfen, daz man icht wæne, daz die handelůng dez baz sei der si tůt dann dez andern, wann unser werch von beder wegn unteilich geschehen sullen an allen dingen. Wir sullen zwei niwe insigel machen, in den ietwederm unser beder namen gegraben sein und in unserm chunig Ludowiges insigel sol chunig Frideriches name vorsten, alsam in unserm chunig Frider(iches) insigel sol chunig Ludowiges name vor steen, unde sullen die insigel glicher grôzze, forme und bůchstab sein.

3. Swaz grozzer lehen als chunichriche, furstentům, grafschaft, herschaft und die anders grozze lehen seint dem riche ledich werdent, die sullen wir bede mit ein ander leihen und einer an den andern nicht. Ander wertliche lehen und geistliche, probestey, chirchen und swie si genant seint werdent die ledich, swer die e leihet under uns, daz sol der ander stæte haben und hat fůrganch. Leihen wir aver glich, wer die gewere e gewinnet, der gewinnet. Und nach wertlichen lehen die ledich werdent swelher die under uns leihet, der sol den ayt nach den lehen næmen, daz uns beden gesworn werde und der fůr gesetzet an dem ayde, der nicht engagen ist, und sol er den lehenman zů dem andern wisen, so er schirest zů im chůmen mach, daz er si auch von im enphahe. Sam ist ob ein geistlicher oder wertlicher furste, prelate oder herre, der seine lehen von dem riche naemen sol, von unserm einem enphienge, der sol den ayt von im naemen unde in zů dem andern wisen, als vor geschriben stet.

4. Unser entweder an den andern sol noch mach dez riches stete, bůrg, vestn, herschaft, lant und læute und swaz so grozzes ist nicht enpfremden noch verchůmmern noch gar grozze sache handeln.

5. Vert unser einer ein gein Wælischen landen, dem sol der ander seinen gewalt hin ein geben und jener disem hie auz lazzen volliclich.

6. Swaz auch unser einer furbaz tůt, daz sol der ander stete haben und bestetigen mit seinen briefn. Swaz aver vor her unser ietweder getan hat mit gabe, mit lehen, mit versetzen, verchůmmern und swelherley anders daz ist, ez sei an wertlichen oder an geistlichen sachen, do er gewalt hett, daz sol stæte sein iedem manne, ez sei danne daz wir mit gemainem rat und willen dem riche daz gebezzern mogn. Und mit namen swaz wir chunig Ludowich gein unserm sůne dem marchgrafen von Brandembůrch und gein unserm eydem dem marchgrafen von Mysne mit lehen irre furstentům und mit andern sachen getan haben, daz sol gantz und stæte sein. Haben wir bedersit ein gůt oder dinch swaz daz ist zwein oder mer gegeben, verlihen, versetzet oder verchummert, swelher dez in nůtz und gewere sitzet, dem sol daz beliben.

7. Allez auch daz unser ietweder dez riches inne hat oder noch ein gewinnet lant, læute und swie daz genant ist, daz sol er dem andern undertenich machen. Und swer einem gesworn hat oder sweret, der sol dem andern auch sweren, er sei furste wertlich oder geistlich, grafe, vreye, dinstman, stete, maercht, pfaffe oder leye. Und swer unser eins vreunt und gůnner ist, daz der dez andern vreunt und gůnner sei. Swer aver sich dez sætzte, wider den sullen wir uns an ein ander beholfen sein mit aller macht, daz der oder die sein benôtet werden.

8. Wir sullen auch bede einen hofrichter und einen hofschriber haben, daz unser gericht ungeteilet sei. Und die sullen halbs jar oder ein vierteil jares bei unser einem, daz ander teil bei dem andern sein. Und swaz vor unser einem gerichtet wirt, daz

ist vor dem andern staete, und daz angevenget wirt vor einem, daz mach geendet werden vor dem andern und her wider und hin chůmen, als dicke sich die zil verloufen. Und swer vor unser einem geaechtet wirt, der mach vor dem andern da von chůmen, wann ez ein gericht und richter ist. Swaz auch vor uns gerichtet ist zwischen den die uns fůr chunige hetten, daz sol bedersit stæte sein und volfůrt werden. Swaz aver wir chunig Frider(ich) gein den, di an chunig Ludowigen jahen nach der unsern clage, und wir chunig Ludowich hin wider gein den, die an chunig Frider(ich) jahen nach der unsern clage, gerichtet haben, daz ist bedersit abe und sol ieder man fůrbaz von dem andern recht naemen und tůn.

9. Uber daz allez an allen sachen, wirden und eren, in allen landen, uber al die werlt, ze allen rechten und wirden und ze allen dingen gein fursten geistlich und wertlich, grafen, vreyen, steten, gein richen und armen, edeln und unedeln sein wir gliches gewaltes und herschaft, daz entweder der vorder noch der hinder, der ober noch der nider ist in allem daz daz riche hat. Und sullen uns bede setzen als ein man, ob man wider uns oder wider unser einen mit geistlichen oder wertlichen sachen, ez sei pfaffe oder leye ichtes icht handeln oder tůn wolt oder vor gehandelt oder getan hett uns oder dem riche zů geverde oder ze schaden, swelherley weis daz ist. Und sullen uns dez an ein ander nicht lazzen důrch dhain not geistlich oder wertlich.

10. Und wanne wir in Got und mit Got allez daz vor geschriben ist einmůticlich getan haben, geheizzen wir bei unsern eyden und triwen, die wir dar uber leiplich gesworn und gegeben haben, und bei aller verbundniůz, der wir uns gein Got zwischen uns vor unsern pichtigern vor verbunden haben[1], daz wir ez allez von worte ze worte als oben geschriben ist biz an unser beder ende untzerbrochenlich, stæt und gantz halten lieplich und getrewelich und volfůren an allen seinen stůcken. Und[a] besunderlich daz wir in der ayniůz dem Romischen riche sein ere, sein gůt und wirde vodern, weren, halten und meren mit aller macht als wir verrest můgn leibes und gůtes, nach rechtem gelouben und cristenlichem leben.

11. Dar uber zů urchůnd geben wir disen brief mit unsern hangenden insigeln, der wir ietz walten, versigelten und geheizzen bei aller der verbundniůz, als nů vor geschriben ist, daz wir in verniwen und versigeln mit unsern niwen insigeln, als si schirest gegraben werdent.

12. Aller der vorgeschriben sache seint gezeuge grafe Bertolt von Hennemberg, Frider(ich) burgrafe von Nuremberg, brůder Chůnrat von Gundolfingen maister dez Deutschen ordens in Deutschen landen, Herman von Lichtemberg cantzeler, maister Ulrich der Wilde oberster schriber unser chunig Ludowiges, Dytrich von Pilichtorf, Hans Truchtsaetze von Dyezzenhofen, Weignant von Trausnicht, brůder Cunrat prior von Můnchen und brůder Gǒtfrit prior zů Mowerbach in Allerheiligental unser beder pichtiger, die alle do bei gewesen seint.

Der brief ist geben zů Munchen, an dem Pfintztag vor unser Vrowen tag als si geborn wart, do man zalt von Crists gebůrt dreutzehenhůndert jar darnach in dem fumfundzweintzigistem jare, in dem eyliften jare unsers riches.

106. *Privilegium Friderici pro civitate Monacensi.* *Sept. 6.*

Originale Monaci in tabulario civitatis 'Privil. 106' signatum. Contulimus nos. Pendet sigillum secretum fere illaesum loro membranaceo.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 177 Friedrich nr. 212.

105. a) V *corr. ex* v *or.*

1) *Supra nr. 101.*

Fridericus Dei gratia dux Austrie et Styrie universis . . iudicibus, . . mutariis et officialibus nostris per Austriam constitutis, fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Indulsimus prudentibus et discretis viris . . civibus in Monaco sincere nobis dilectis et presentibus indulgemus, ut de gracia ipsis a dive recordacionis domino Rudolfo Rom(anorum) rege avo nostro karissimo et nobis iuxta continenciam litterarum suarum ipsis per ipsum et nos desuper datarum[1] facta inantea nulla inhibicione obstante tam in aqua quam in terra libere frui debeant et gaudere, qua viri prudentes . . cives Ratisponenses a nobis et nostris predecessoribus gaudent seu hactenus sunt gavisi. Quare vobis universis et singulis tam in genere quam in specie seriose precipimus et mandamus volentes, quatinus eosdem cives de Monaco seu de illis aliquem contra graciam ipsis factam non presumatis quovis impedimento aliqualiter aggravare, sicut vobis nostram graciam conservare et indignacionem volueritis evitare. Harum testimonio litterarum.

Dat. in Monaco, sexta feria proxima ante diem nativitatis beate Marie virginis, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto.

107—110. ARBITRATIO REGUM INTER DUCEM KARINTHIAE ET CANEM GRANDEM.

1325. Sept. 3. 4.

Cf. Procuratoria partium supra nr. 75. 76.

107. *Declaratio regum pro duce Karinthiae. Sept. 3.*

Originale in tabulario caesareo Vindobonensi. Descripsimus nos. Pendent sigilla secreta parum laesa loro membranaceo. Imaginem sigilli Friderici ('Königssekret') v. apud Posse 'Die Siegel der Deutschen Kaiser und Könige' I tab. 53 nr. 8.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 49 nr. 836 et p. 177 Friedrich nr. 208.

Wir Ludwich von Gotes gnaden Romischer chunich ze allen ziten merer des reiches und wir hertzog Fridrich von Osterrich verjehen an disem brief offenlichen, daz wir an der schidůng, die zwischen unserm lieben ôheim hertzog Heinreichen von Kerenthen und des Hundes von Beren an uns lazzen ist, als ir brief[2] sagent, die wir von in dar uber haben, unsern vorgenanten oheim vor allen sachen halten und besorgen wellen, daz er bei der pflege ze Badawe beleiben und si von dem reiche innen haben sol. Auch verjehen wir, daz wir diu selben schidůng tuen sullen, ee daz wir chunich Ludwich ein ze Welischen landen chomen sein[3]. Und dar uber ze urchunde geben wir im disen brief versigelten mit unsern insigeln.

Der geben ist ze Munichen, des nehsten Eritags nach sand Egidii tach, do man zalt von Christes geburt driuzehenhundert jar darnach in dem fumfundzwainzigstem jar, in dem ainliftem jar unser chunig Ludwiges reiche.

108. *Eorundem ratificatio procuratorii Canis Grandis. Sept. 4.*

Originale deperditum. Dedit Verci 'Storia della marca Trivigiana' IX, 79 nr. 997 'ex apographis in Tabulario civitatis Tarvisii existentibus'. Editionem repetimus.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 49 nr. 837 et p. 177 Friedrich nr. 209.

1) *Reg. imp. VI nr. 1188 (1280. Apr. 12). Litterae Friderici servatae non esse videntur.* 2) *Supra nr. 75. 76.* 3) *Cf. infra ad a. 1327. Mart. 13.*

Nos Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et Fridericus dux Austrie et Stirie profitemur, quod sapiens vir Nicolaus de Altemano legum doctor procurator ad infrascripta[a] litteras mandati nobilis viri Canis Grandis de la Scala Verone et Vincentii vicarii generalis sigillatas pendenti sigillo Canis Grandis predicti nobis exhibuit scriptas per omnia in hec verba:

'Nos Canis Grandis — VIII. indict.' *supra nr. 75.*

In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda.

Anno Domini ut supra, in civitate Monaci, pridie Nonas Septembris, regni vero nostri Ludovici regis Romanorum predicti anno undecimo.

109. *Scriptum procuratorum super compromisso in reges facto.* *Sept. 4.*

1 *Originale in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Pendent sigilla fere illaesa loris membranaceis. Exaratum est eadem manu qua Scripta supra nr. 29 et 105. — Iam edidimus 'Neues Archiv' XXIII, 333 nr. 50 ex* 1. *Editionem nostram hic repetimus.*

2 *Editio quam 'ex apographis existentibus in Tabulario civitatis Tarvisii' paravit Verci l. c. IX, 80 nr. 998. Tamen paucissimas lectiones adnotavimus.*

Sapiens et honestus vir dominus magister Henricus prepositus de Volkenmarcht[a], illustris domini Henrici ducis Karynthie, Tyrolis et Goricie comitis prothonotarius, procurator et procuratorio nomine ipsius domini Henrici, ut constat in litteris patentibus[1] mandati domini sui predicti, ex parte una et sapiens et honestus vir dominus Nycolaus de Altemano legum doctor, procurator et procuratorio nomine magnifici viri domini Canisgrandis de la Scala pro sacro imperio Romano Verone et Vincencie vicarii, ut constat in litteris[2] dicti domini Canis in presencia infrascriptorum principum visis et lectis[3], ex altera unanimiter et concorditer simul compromiserunt sese in serenissimos principes dominum Ludowicum Romanorum regem semper augustum et Fridericum illustrem Austrie et Styrie ducem tamquam in arbitros, arbitratores et amicabiles compositores specialiter et generaliter de omnibus et singulis litibus, controversiis, contencionibus, questionibus et querelis ortis vel que oriri possent et esse inter dominos prefatos . . ducem et Canem quacumque racione, modo vel causa, ita quod ipsi arbitri, arbitratores et amicabiles compositores simul possint sentenciare et pronunciare, dicere et arbitrari inter ipsas partes, quitquid eis videbitur et placebit, partibus presentibus et absentibus seu una presente et altera absente, citatis et non citatis, stando et sedendo, die feriata et non feriata, semel et pluries, et omnibus iuris sollempnitatibus pretermissis et hoc usque ad annum a festo nativi-
1326. Dec. 25. tatis Domini proxime adventura[b]. Promittentes sibi invicem dicti partes nominibus quibus supra stipulacione sollempni, quitquid per dictos arbitros et arbitratores simul et concorditer dictum, arbitratum, sentenciatum, declaratum et pronunciatum fuerit, inter ipsas partes attendere et observare et firmum et ratum habere et tenere et non contravenire aliqua racione vel causa, cum obligacione et ypotheca omnium bonorum suorum sub pena et in pena mille marcarum argenti ponderis curie regalis applicanda parti servanti per partem non servantem et tociens committenda quociens contrafactum fuerit et pro quolibet capitulo non servato. Qua soluta vel non soluta nichilominus predicta omnia et singula teneantur dicte partes attendere et observare. Et quod dictam sentenciam, pronunciacionem et arbitracionem non dicent nullam vel iniquam nec eam petent reduci ad arbitrium boni viri,

108. a) infrascriptas *ed.*

109. a) Valchenmargo 2. b) *sic* 1. 2.

1) *Supra nr. 76.* 2) *nr. 75.* 3) *nr. 108.*

renunciant dicte partes expresse et speciali pacto omnibus legibus, iuribus et racionibus eis vel alteri eorum competentibus vel competituris, per que seu quorum vigorem contra predicta vel aliquod predictorum possent modo aliquo facere vel venire. Hoc eciam adiecto pro efficaciori observacione omnium predictorum, quod si qua parcium contrafaceret, predicti ambo arbitri et arbitratores sint et esse debeant contrarii parti contrafacienti et favorabiles parti observanti totis suis propriis viribus et posse. Promittentes eciam dicte partes sub pena predicta, quod interim infra terminum compromissi et promulgacionis arbitrii et sentencie aliqua dictarum parcium alteri vel confederatis et subditis suis et amicis dampnum non dabit in rebus nec personis per se vel per aliquos confederatos, subditos vel amicos, intelligendo, si dampna darentur per predictos, haberi perinde[c] ac si factum foret per ipsos dominos principales. Et in testimonium premissorum nos magister Henricus prepositus de Volkenmarcht et Nycolaus de Altemano legum doctor procuratores prefati sigilla nostra presentibus appendimus ad plenam roboris firmitatem cum annotacione testium, qui hiis interfuerunt, dominorum scilicet Bertoldi de Hennemberg et Friderici bůrgravii de Nuremberg comitum, fratris Cunradi de Gundolfingen magistri generalis ordinis domus Theuton(ice) per Alem(aniam), Hermanni de Lichtemberg cancellarii, magistri Ulrici Wildonis prothonotarii, Henrici de Hausen clerici dicti domini Ludowici regis Romanorum, Dytr(ici) de Pilichtorf marschalci et dapiferi de Dyezzenhofen magistri curie Austrie et plurium aliorum.

Actum et dat. Monaci, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, prid. Non. Septembr., indictione octava.

110. *Pronuntiatio regum super pace tenenda. Sept. 4.*

Originale deperditum. Dedit Verci 'ex apographis existentibus in Tabulario civitatis Tarvisii' l. c. IX, 82 nr. 999 (1), *itemque in Zanetti 'Nuova Raccolta delle Monete e zecche d'Italia' III, 385 (2; = Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 517 nr. 507). Editiones inter se collatas hic illic correximus.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 49 nr. 838 et p. 177 Friedrich nr. 210.

Nos Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et Fridericus eadem gratia dux Austrie et Stirie in causa compromissi per illustrem Henricum ducem Karinthie avunculum nostrum ex una et nobilem virum Canem de Scala Verone et Vicentie vicarium ex parte altera in nos facti, ut in[a] ipsorum litteris continetur[1], dicimus in primis et arbitrando pronunciamus, quod pax sive tregue dudum cum Uolricho[b] de Valse tunc capitaneo Padue et cum Cane predicto facta seu facte hinc inde inter dictos ducem et Canem necnon Paduanos firmiter teneri et servari debent per omnes suas clausulas et articulos, donec ipsum arbitrium nostrum finaliter promulgemus[2]. Et quod Canis prefatus Paduanis restituat et relaxet, quicquid post pacem et treguas prescriptas de ipsorum terris, bonis, possessionibus et iuribus occupavit, remanentibus eidem Cani fortiliciis quibuscunque, quorum quod[c] a tempore pacis et treguarum ipsarum curam habuit, obtinuit et evicit, usque quod inter ipsos finalis nostri arbitrii sententia sit prolata. In cuius rei testimonium presentes sigillis nostris iussimus communiri.

Datum Monaci, II.[d] Nonas Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto, regni vero nostri Ludovici[e] regis predicti anno undecimo.

---

109. c) parinde 1; proinde 2.

110. a) *deest* 1. b) Volsicho 1. 2. c) *loco* quorum quod 1. 2: que. d) secundo 1. 2. e) Lodovici 2.

1) *Supra nr. 75. 76.* 2) *Cf. infra ad a. 1327. Mart. 13.*

111—114. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.

1325. Sept. 6.—8.

111. *Credentiales Iohanni de Claromonte missae.* *Sept. 6.*

Copia in codicibus Anonymi Chronici Siciliae vel Siculi cap. 96. Adhibemus editionem (ed.), *quam paravit Rosarius Gregorio 'Bibliotheca Scriptorum Siciliae' II (1792) p. 223, quae nititur editionibus antiquioribus Marteniana (Thesaurus novus anecdotorum III (1717) p. 95) et Muratoriana (Scriptores Rerum Italicarum X (1727) p. 898), collatis codicibus Messanensi et Panormitano.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 49 nr. 840.

Cf. infra Scriptum unionis a. 1326. Mart. 17. initae.

Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Iohanni de Claromonte militi, suo et imperii fideli devoto gratiam suam et omne bonum.

Ad illustrem Fredericum regem Sicilie amicum nostrum generosum virum fratrem Albertum de Swarczburch[a] ordinis sancti Iohannis Ierosolymitani per Alamanniam preceptorem, secretarium nostrum dilectum pro quibusdam secretis et specialibus causis nostris nuncium destinavimus. Quem nostri contemplatione preferas et promoveas efficaciter in agendis, ut abinde tibi obligemur ad merita gratiarum. Cui etiam petimus, ut fidem plenariam adhibeas in dicendis.

Datum Monaci[b], VIII. Idus Septembris, regni nostri anno XI.

112. *Quitatio sturae.* *Sept. 6.*

Extractum in Registro cancellariae Ludewici, de quo v. supra ad nr. 4—14, fol. 114'. Descripsimus nos. — Ineditum.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 49 nr. 841.

Nota quod dominus rex quittat cives in Pæwern de steura consweta per ipsos singulis annis danda a festo Michahelis proxime venturo per sex annos continuo se sequentes.

Dat. Monaci, feria sexta ante nativitatem beate Marie virginis gloriose, anno Domini MCCCXXV, regni vero sui anno undecimo.

113. *Computatio cum burcgravio Norimbergensi facta.* *Sept. 8.*

Extractum l. c. fol. 115'. Contulimus nos.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 49 nr. 844.

Anno Domini millesimo CCCXXV in nativitate beate Marie virginis gloriose dominus rex per rectam computacionem concordavit cum burchgravio de Nuremberch de omnibus, in quibus sibi tenebatur ex dampno et expensis, que pertulit in bello cum duce Austrie et in obsidione castri Burgowe, inclusis quinque milibus quingentis et sexaginta lib(ris) Hallen(sium), de quibus habuit litteram regis, sicut supra scriptum est in registro[1], et mille ac quinquaginta lib(ris) H(allensium), quas habuit super Windesheim

111. a) Avareeburch *ed.*; Avaretburch *Mart.* b) Menaci *ed.*

1) *Supra nr. 5.*

per litteras regis[1], et ceteris omnibus debitis suis usque in predictum diem computacionis. Finaliter facta hinc inde conplanacione receptorum et debitorum, dominus rex remansit sibi in novem milibus et trecentis lib(ris) Hallen(sium), pro quibus obligavit sibi civitatem Windesheim cum steura et pertinenciis suis pro tribus milibus librarum Hallen(sium) in pingnus. Et si absolvet officium scultetatus addentur mille lib(re) H(allensium), sicut dicit instrumentum suum super eo sibi datum[1]. Item pro tribus milibus libr(is) Hallen(sium) obligavit sibi similiter in pignus civitatem in Weizzenburch cum steura et ammanatu ac aliis pertinenciis, sicut littere sue dicunt[2]. Item pro aliis tribus millibus et trecentis lib(ris) H(allensium) habet litteras recongnicionis et nudi promissi[1]. Et sic plana sunt omnia inter eos.

Dat. Monaci, anno et die ut supra, anno vero regni undecimo.

114. *Promissio eidem super litteris consensus impetrandis data.* *Sept. 8.*

Transsumtum (tr.) *in Ratificatione a. 1328. Febr. 9 habita infra edenda. Contulit H. Herre.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 49 nr. 843.

Wir Ludewig von Gots gnaden Romischer chunig ze allen ziten merer des reychs verjehen an[a] disem brieve offenlich[a], daz wir dem edeln manne Friderichen burchgraven von Nurenberg unserm lieben getriwen gehaizen habn und uns gen im versprochen, daz wir uber alle satzunge des reychs gutes, die wir im getan haben nach unserr brieve sage, mit allem vlize als wir beste mugen im gewinnen sullen des reychs kurfursten brieve und insigel, do mit si besteten und stet haldent di selben satzunge und pfantschaft dem vorgnanten burchgraven und sinen erben ane widerrede. Dar uber zu urkunde geben wir im disen brief versigelten mit unserem insigel.

Der geben ist ze Munchen, an unsrer Frawen tag ze der gepurde, do man zalt von Cristes gepurt dreutzehenhundert jar dar nach in dem funfundzwaintzigstem jare, in dem eylften jare unsers reychs.

---

115. LITTERAE SUPER RECEPTIONE PROCESSUUM PONTIFICIS IN ECCLESIA TREVIRENSI.

1325. Sept. 14.

Originale (or.) *in tabulario Vaticano 'Arm. C fasc. 59 nr. 6' signatum. Descripsimus nos. Pendebant loris membranaceis sigilla tria, quorum primum desideratur, secundi, tertii fragmenta adsunt. — In forma integra ineditum. Extr. apud Sauerland 'Urkunden und Regesten' I, 389 nr. 841 ex* or.

Reg. Mollat 'Lettres communes' nr. 26478.

In Dei nomine amen.

Sanctissimo ac beatissimo in Christo patri domino Iohanni divina providentia pape vicesimo secundo sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici nos Sanctorum Maximini et Mathie monasteriorum extra muros Treveren. . . abbates ordinis sancti Benedicti, [. .] prepositus et Pirzevallus de Elz canonicus ecclesie Treveren(sis), humiles filii et devoti cum omni reverencia devotissima pedum oscula beatorum.

114. a) an — offenlich *evanida tr.*

1) *Litterae servatae non sunt.* 2) *Servatae non sunt; sed cf. infra ad a. 1325. Nov. 18.*

Vestre sanctitati significamus, quod anno Domini MCCC vicesimo quinto, in die exaltacionis sancte Crucis reverendo patri domino nostro Balduyno archiepiscopo Treveren(si) per Galliam sacri imperii archicancellario litteras vestras cum veris bullis plumbeis et filis canapis, prout prima facie apparebat, nuper cum reverencia qua decuit recepisse[a]:

'Iohannes episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Sancti Maximini et Sancti Mathie extra muros Treveren. monasteriorum . . abbatibus ac . . preposito necnon Pirzevallo de Elz canonico ecclesie Treveren(sis) salutem et apostolicam benedictionem. Volentes quod processus — pontificatus nostri anno nono.' *supra tom. V nr. 1019 sub* 2.

Item aliam cuius principium sequitur in hec verba:

'Iohannes episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus . . archiepiscopo Treveren(si) eiusque suffraganeis salutem et apostolicam benedictionem.

Propter excessus varios et enormes — inter cetera continentes. Quorum tenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum:

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Sicut ad curam — contra eum. Primo namque videlicet VIII. Idus m. Octobris proxime iam elapsi' et cet[1]. Que sic finitur: 'Volumus tamen — anno octavo.

Quocirca fraternitati vestre in virtute obedientie — anno octavo'. *supra tom. V nr. 945.*

presentavimus, quas prius bono modo propter diversas occupationes ipsius reverendi patris commode presentare non potuimus. Quas quidem litteras idem reverendus pater reverencia qua decuit recepit et penes eum reservari fecit[b]. Facta fuit predicta presentacio in civitate Treveren(si) in palacio episcopali, presentibus ibidem discretis viris magistro Iohanne de Celtanch advocato et Sancti Symeonis ac Ioffrido Iakelonis beate Marie maioris Treveren. ecclesiarum canonicis, Iohanne dicto Canonicus presbitero capellano in ecclesia Treveren(si), Hermanno de Sancto Symeone et Ludewico de Cleberch clericis Treveren(sibus) publicis imperiali auctoritate notariis, Petro de Monasterio in Euflia, Conrado de Moguncia et Thilmanno de Lorche eiusdem Mogunt(ine) dyocesis clericis ac quam pluribus aliis tam laicis quam clericis personis fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. In quorum omnium testimonium sigilla nostra presentibus apposuimus.

Datum anno Domini et die supradictis.

Item ad maiorem certitudinem et verificationem predictorum premissa quidem omnia et singula per nos ut premittitur acta in publicam formam redigi fecimus signisque discretorum virorum Lůdewici de Cleberch et Hermanni de Sancto Symeone clericorum publicorum auctoritate imperiali notariorum per nos ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum ac manu ipsius Ludewici conscriptam signari rogavimus. Cuius quidem publice forme instrumentum publicum[2] una cum presentibus litteris transmittimus vestre sanctitati.

Datum anno Domini et die predictis ut supra.

---

115. a) *sic pro* receptas *or.* b) penes — fecit *in loco raso or.*

1) *Supra tom. V, 780 lin. 24.* 2) *Servatum non est; quae notat Sauerland l. c. in nota, erronea sunt.*

116. (FERRARII DE APILIA) LITTERAE AD REGEM ARAGONUM. (1325.) Sept. 19.

Originale (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi CRD nr. 4110. Sigilli vestigia adsunt. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' II, 629 nr. 400 ex* or. *Editionem repetimus. De tempore cf. apud Finke notam l. c. additam.*

Sacre regie magestati.

(1) Noverit excellencia regia hiis diebus venisse duos ambaxiatores pro parte Ianuensium intrinsecorum ad dominum papam, . . . quorum unus est pro parte nobilium et iste vocatur Coraldus Mallon, alter vero est pro parte popularium et hic vocatur Cavallinus. Dictus Corraldus Mallon . . . est perfidus Guelfus, alter vero Cavallinus . . . est unus bonus popularis diligens bonum statum et paciffieum civitatis. Propter quod reputatur in civitate, quod senciat de Gebellino. Et de hoc Ianuenses qui sunt continue in curia pro intrinsecis et specialiter dominus Nicholinus cognomento Cardinalis super condicione istius Cavallini dictum dominum informavit, quod ipse non esset purus Guelfus. Ex hoc autem exortum est, quod prefatus dominus misit pro prenominato Conrado perfido Guelfo, quod sine dicto socio suo iret ad eum, quia secum vellet aliqua loqui. Ivit iuxta factum sibi mandatum. (2) Cui hec dixit: 'O miseri Ianuenses, recolimus a puericia nostra, quod in toto mundo non erat princeps nec eciam comune aliquod citra nec ultra mare, qui non timeret comune Ianue, ipsum comune regentibus Gebellinis, et per eorum potenciam co[e]gerunt regem Karolum auferre vobis Guelfis unum solum fortalicium, quod in tota Riparia tenebatis, scilicet castrum quod vocatur Monachus. Nunc autem ipsis Gebellinis exulibus a civitate et vobis Guelfis tenentibus eam et favorem huius ecclesie et regis Roberti habentibus, ipsi vos propter miseriam vestram superant nec de eis vos scitis iuvare nec potestis.' Ad que ille respondit: 'Pater sancte, hostes nostri sunt hodie magis potentes quam unquam fuerint propter magnos amicos et potentes, quos habent in Lombardia et Tuscia. Habent enim Mediolanenses ex una parte, qui veniunt usque ad civitatem nostram, habent eciam ex alia Castruchium, qui multas terras et castra occupavit nostri comunis. Habent eciam multa alia latera et auditoria magna, que nos non habemus, videlicet regem Fredericum et imperatorem Constantinopolitanum. Et ipsi ita liberi vadunt per mundum ad lucrandum, sicut unquam fecerunt. Nos autem vix audemus nec per terram nec per mare exire civitatem.' Ad quem respondit: 'Totum hoc procedit ex vestra maxima vilitate, quia nescitis nec vultis habere amicos. Nam amici hostium vestrorum, de quibus vos loquimini, tantum habent de se ipsis facere, quod vestros hostes iuvare non possunt. Et hoc non est propter bonitatem nec potenciam vestram, set propter nos qui usque nunc dedimus eis satis facere. Vos autem adiutores habere non vultis. Nam tanta fuit vestra vilitas, quod noluistis iuvare Pisanos in deffensione Sardinie et Corsice, de quibus vos plus eratis domini quam Pisani, nec eciam Florentinos contra Castrucium vestrum hostem pessimum adiuvistis.' Ad quod ille replicavit, quod licet ipsi teneant civitatem, tamen tota Riparia tenetur per hostes eorum et pro parte per Castruchium supradictum usque prope civitatem, ita quod satis habent se posse deffendere. Cum Pisanis autem non habebant aliquid nec unquam receperunt ab eis, propter quod brigam eorum deberent brigis ipsorum cumulare et principaliter totam domum Aragonie sibi constituere hostem, in qua erant tres corone regie. Ex quibus verbis comotus in furiam incepit dicere: 'Vilissimi omnium hominum, bene certe in verbis vestris vestram ostenditis vilitatem. Modo ergo bene statis, ut vos decet stare, cum iam per perdicionem Sardinie et Corsice in civitate vestra habeatis remanere obsessi et revendemini tanquam servi.'

Ad quod etiam respondit: 'Certe satis erat nobis guerre portare hostilitatem solius regis Frederici et regni sui, sine quod adderetur[a] potencia regum et regnorum Aragonie et Maioricarum.' Ad quod papa: 'Bene ergo statis, ut decet.' Et postea aliquantulum quieciori animo et voce subiunxit: 'Certe adhuc si essetis boni et valentes homines, posset negocium Sardinie reparari. Bene enim scimus, qualiter dicta insula de gentibus et de aliis est dimissa munita, et ideo in istis aliquid iam incipimus operare.' Ad quod ille respondit, quod ipse erat unus solus homo de Ianua non habens aliquid a suo comuni super istis, ita quod per se ad ista respondere non poterat nec debebat. Et in hoc fuit finis verborum.

(3) Quare considerare habet sapiencia regia et multum prudenter avertere, quod dicta insula, que cum tot et magnis expensis, laboribus, dampnis et periculis est feliciter, magnifice et ad magnam gloriam et exaltacionem corone regie aquisita, perdi non possit per incautelam et co[n]temptum, precipue ubi tanta iniquitas habundat et perseverat. Aliqua enim amicus et ego, antequam ista sciremus, de eadem materia audiveramus, set nullo modo poteramus credere, quod predictus dominus adhuc in predictis maliciis perseveraret. Incredibile eciam nobis videbatur, quod Pisani tam cito vellent facere novitatem. Nuncii Pisanorum secundum modum eorum satis sollempnes destinantur ad regiam magestatem, set primo debent transire et loqui cum isto domino. Venit eciam cum eis ad dictum dominum syndicus qui continue ex parte Pisanorum consuevit in curia morari, qui est multum familiaris dicto domino et mediante ipso per totum annum immediate preteritum tenuit illos tractatus quos scitis, et non debet venire nomine syndici nec ambaxiatoris, set nomine suo. Quare omnia ista non carent magna suspicione. Dicitur eciam quod archiepiscopus Pisanus, qui est una falsa persona et talem amicus reputat et invenit, missus fuit nuper per dictum dominum ad Pisanos ad tractandum et ordinandum in predictis. Cardinalis Ostiensis hiis diebus fuit traditus sepulture.

Recomendo me gracie regie. Similem litteram domino Infanti scribo.

Dat. XIX. die presentis mensis Septembris.

---

117. LUPOLDI DUCIS AUSTRIAE PROMISSIO ADOLFO COMITI PALATINO FACTA.

1325. Sept. 20.

Originale (or.) *in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Contulimus nos. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. — Ed. Riezler 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XX, 255 nr. 27 ex* or.

Regesten der Pfalzgrafen nr. 2019.

Cf. infra ad a. 1326. Febr. 10.

Wir Lupolt von Gotes genaden hertzog ze Ôsterich und ze Stir verjehen und tuen kunt offenlich an disem briefe, daz wir uns unserm lieben oheim Adolfen phallentzgraven bi dem Rin und hertzogen in Beyren mit guten truwen an eides stat verbunden haben, daz wir uns an in mit hertzogen Ludwigen von Beyren und sinen helferen niht rihten sullen und im an geverde zůlegen und helfen sůllen, daz im sin erbteil wider werde. Und des ze einem gezûge und urkunde haben wir unser insigel gehenket an disen briefe.

Der wart geben ze Sekingen, an sand Matheus obent, da man zalt von Kristes gebûrt drútzehenhundert jar dar noch in dem fumfundzweintzigisten jar.

---

116. a) addaretur *or.*

118. CASTRUCCII DE ANTELMINELLIS LITTERAE AD AMBASIATORES LUDEWICI REGIS.

1325. Sept. 22.

Cum originale Belluni nacti non simus, editionem (ed.) *repetere oportet, quam paravit Verci 'Storia della marca Trivigiana' IX, 90 nr. 1004 'ex autographo penes illustrissimum virum Lucium Doleoneum canonicum et decanum ecclesiae Bellunensis'.*

Cf. R. Davidsohn 'Geschichte von Florenz' III (1912) p. 736 sqq. et ea quae de nominibus Teutonicis notat K. H. Schäfer 'Deutsche Ritter und Edelknechte in Italien' (= 'Quellen und Forschungen aus dem Gebiete der Geschichte' XV. 1911) II, 154.

Spectabilibus dom(inis) Iohanni apothecario regie camere procurationum et magistro Henrico, nunciis et ambaxiatoribus serenissimi domini Romanorum regis semper augusti Kastrucius de Antelminellis imperiali gratia Luce, Pistorii et Lune vicarius generalis honorem et gaudium cum honore votivum.

Cum hostibus sacri imperii, cuius iura occupare nituntur et nos illa toto posse defendere, in medio inter campos ipsorum et nostros utraque parte omni sui multitudine congregata prelium habuimus. Quod obtinuimus et victoriam percepimus Domino benedicto, ipsos hostes confligentes et fugantes usque ad campos ipsorum, in tantum quod nisi fuisset reparatio fovearum, ipsos campos elevavissemus in totum. Et hoc fuit proxima die hesterna[1]. Ubi de ipsis inimicis caporales remanserunt quasi pro maiore parte aut Sept. 21.
mortui vel captivi, ita quod quantitas fuit ultra numerum equitum et etiam resignatos notis denunciamus ultra descriptos. Et sicut videtis, de eis est ille dominus Durombach, de quo vos magister Henrice contulistis nobiscum, quem valde bene facimus custodiri, ut[a] sicut imposuistis nostro domino Romanorum regi representemus et personaliter consignemus eundem vel quod aliud melius voluerit disponamus. De qua victoria principali, post quam maiorem absque dilatione expectamus et talem, quod erit totalis expeditio guerre sacri imperii rebellium totius Italie, letitiam et gaudium assumatis. Et nostra negotia semper placeat recomendata habere, ut confidimus et speramus. Et litteras, quas premisso domino nostro dirigimus de predictis[1], sibi placeat destinare, recomendando nos sibi tanquam sue maiestati fedelissimum et subiectum, prout videritis convenire.

Dominus Dorimbach capitaneus Theotonicorum

Dominus Wibertus de Riveroy, dominus Pabul de Hencorth et dominus Thomas de Lorene capitanei gentis Francigene

Dominus Franciscus dictus Beti de Brunaleschis et Iohannes de Rossi de la Tosa nobiles Florentini

Paienus de la Sella
Arrigus de Baveria
Dietrichus de Hosterich
Iohannes de Ridonor
Ottolinus de Maretrem
Ottolinus de Mongrasso
Hermannus de Baveria
Heufer de Forimberg
Iohannes de Ragonia
Forbaccher de Norimbergh

118. a) et *ed.*

1) *Servatae non sunt.*

Annechinus de Lambach
Ioachim de Reistan
Henricus de Restriff
Nies de Strasborg
Rainaldus de Francia.

Dat. in exercitu nostro inter Porcari et Montemclarum, die XXII. Septembris, VIII. indictione.

---

119. (FERRARII DE APILIA) LITTERAE AD ALFONSUM INFANTEM. (1325.) Sept. 26.

Originale (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi CRD nr. 12708. Sigilli vestigia adsunt. In verso leguntur:* Excellenti domino infanti Alfonso speciali domino suo, *itemque* Ex parte amici curie Romane. — *Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, 416 nr. 274 ex* or. *Editionem repetimus.*

De tempore cf. apud Finke notam l. c. adiectam, itemque Davidsohn l. c. III, 738 not. 2.

Excellenti domino Infanti speciali domino suo.

1. Nova certa que nunc in curia habentur sunt ista, videlicet quod amicus XXIII.
Sept. 23. die presentis mensis Septembris recepit nuncium et litteras a comite Hanonie, qui significabat sibi, quomodo Bavarus perfecte erat pacificatus et concordatus cum duce Austrie et cum omnibus fratribus suis, excepto Lippoldo qui propter promissiones et conventiones, quas cum papa et rege Frantie habebat, dictam concordiam comode facere
1326. Mart. 23. non poterat. Set dictus Lippoldus, ut credebat, venire debebat citra festum Resurrectionis [ad] curiam et ibi tractare si posset de concordia inter dominum papam et dictum Bavarum. Sed quia dicitur, quod dictus Lippoldus ad curiam venire debebat cum CCC galeatis, adventus suus hic aliquantulum est suspectus.

2. Significabat etiam dictus comes, quomodo predictus Bavarus debebat intrare
Dec. 25. Ytaliam ante festum nativitatis Domini cum MD galeatis, et hoc fiebat de voluntate et consilio devotorum imperii, qui ordinaverant et requisiverant, quod plures secum non duceret. Et istis intendebant dicti devoti, quam diu essent in Ytalia, de stipendiis providere et ultra hoc assignare sibi ad proprias expensas tantam gentem, quanta indigeret, cum ipsi devoti possint sibi de aliis stipendiariis, quos continue tenebant et habebant ultra Ytalicos, de tribus milibus militum Theutonicorum providere. Et ex hoc dictus Bavarus iam miserat in Ytaliam quendam principem de maio[ribus][a] et melioribus quos secum habebat, qui de die in die[m] a Bavaro spectabatur, qui debebat portare centum viginti milia florenorum, quos dicti devoti nuper pro introitu suo in Ytaliam promiserant. [Conti]nebat[a] etiam, quomodo dimitebat vicarium suum generalem in Alamannia dictum Australem, cum quo etiam novam parentelam contraxerat. Dimitebat etiam sibi filios suos et filias cum [tota][a] terra sua patrimoniali, quia ita confidebat de eo, sicut pater faceret de unico filio.

3. Nova de Tuscia certa que hic habentur sunt ista, videlicet quod hiis diebus exercitus Florentinorum voluit movere castra sua versus Lucham, set quia Castruchius cum toto exforcio suo est castra metatus coram eis ad unum miliare et tenet eis passum, per quem libere itur Lucham, voluerunt et deliberaverunt dicti Florentini divertere dictum passum et transire per alium locum. Set quia hoc etiam comode facere non

119. a) *uncis inclusa evanida or.*

poterant, deliberaverunt occupare quendam montem oppositum exercitui Castruchii et illum munire, ut libere possent victualia et alia necessaria habere et recipere. Intendebant enim in dicto monte unam magnam partem exercitus sui dimittere, ne dictus Castruchius possit dicta victualia nec redditum eorum impedire. Unde ut [eo t]utius[a] dictum montem possent habere, miserunt subito quingentos milites ut dicitur simpliciter meliores et quingentos pedites, ut dictum montem subito reciperent. Quod cum ad noticiam dicti Castruchii pervenisset, statim misit obviam eis quadringentos equites et duo milia pedites, qui hoc impedirent. Qui statim fuerunt dictos quingentos agressi et ibi fuit inter eos fortis congressus et debellati fuerunt turpiter dicti Florentini et multi probi viri ex eis capti et mortui. Et fuissent quam plures, nisi quia fuga et reditus ad exercitum eorum erat brevis. Multum desiderarem, quod dicta nova ad dominum regem Fredericum pervenirent. Me vestre gracie humiliter recomendo.

Dat. XXVI. presentis mensis Septembris.

---

120. LUDEWICI LITTERAE AD IANUENSES EXTRINSECOS. 1325. (Oct.) 1.

Copia (c.) *in cod. hist. nr. 247 (Peutinger.) saec. XV. fol. 184' bibliothecae Stuttgardiensis. Contulimus nos. — Ed. Winkelmann 'Acta imperii' II, 305 nr. 489 ex* c.
Kalendis Octobr. potius quam Novembr. adiudicandae sunt.

Ludovicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobilibus viris consilio credencie fidelium imperii de Ianua et ceteris extrinsecis Ianuensibus, fidelibus suis graciam suam et bonam voluntatem.

De multa fidelitate et constancia, quibus circa sacrum et nos veneratis[a] imperium et pro quibus non formidatis insidias deportare, vos ut plurimum commendamus, vobis ad gaudium specialiter nunciantes concordiam habitam inter nos et karissimum avunculum nostrum Fre(dericum) ducem Austrie, qui et nostra et imperii negocia tanta sinceritate assumpsit, ut cum eo qui se papam dicit fratres suos et omnes rebelles nostros querat ad concordiam revocare. Et iam cum eo et aliis principibus et nobilibus Alamannie[b] nostrum in Ytaliam instauramus introitum ad imperialis dyadematis infulam assumendam, ad pacificandam cristianitatem et fideles nostros imperiali clemencia reducendos, quominus[c] consueta fidelitatis servicia exibere [recusent][d]. Quare animum vestrum sic disponatis, ut cum nostrum quod in proximo est senseritis introitum, cum ceteris sacre corone fidelibus nobis occurrere aliosque[e] ad occurrendum provocare valeatis, ut ex hoc exultacionis premia cum eisdem mereamini non inmerito reportare.

Dat. Monaci, Kalendas [Octobr.][f], regni nostri anno XI.

---

121. (FERRARII DE APILIA) LITTERAE AD REGEM ARAGONIAE. (1325.) Oct. 3.

Originale (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi CRD nr. 12766. Sigilli vestigia adsunt. In verso legitur:* Ex parte amici curie Romane. — *Ed. Finke 'Acta Aragonensia' II, 633 nr. 401 ex* or. *Editionem repetimus.*

120. a) *sic* c.; versatis *legendum esse videtur.* b) ad *add.* c. c) c9 c. d) *excidisse videtur* c. e) aliisque c. f) *excidit* c.

1. Hodie que est tercia dies presentis mensis Octobris venerunt de Pisis et de Sept. 25. Florencia certa nova, quomodo XXV. die mensis Septembris proxime preteriti Castruchius vicit et debellavit Florentinos et ut dicitur fuerunt inter utrasque partes septem milia equitum. Castruchius habuit in subsidium suum filium domini Gualeacii cum octingentis equitibus. Habuit etiam eadem die trecentos equites a domino Passerino de Mantua, item a marchionibus de Ferrara ducentos, habuit etiam a Saonensibus[1] aliquos equites et tria milia ballistarios, et omnes predicti applicuerant in una et eadem nocte cum predicto Castruchio. Et mane ipsi fuerunt coram dictis Florentinis, qui prescientes adventum predictorum retrocedebant, set dictus Castruchius posuit se inter ipsos et passum, per quem libere recedere intendebant. Et ibi mortui fuerunt multi valentes viri de Florentia et multi capti. Inter quos capti sunt dominus Raymundus de Cardona et filius suus, qui primam scalam tenebant, et totam resistentiam, quam dictus Castruchius habuit, a dicto domino Raymundo et suis recepit. Illi autem qui primo fugerunt fuerunt Gallici. Creditur quod infiniti sint capti et mortui. Set quia ista sunt prima nova que venerunt, numerus predictorum adhuc qui capti et mortui dicuntur ignoratur. Magnus planctus et dolor est de dicto conflictu in curia apud multos curiales et precipue apud principalem. Dicitur hic comuniter, quod iam sunt centum anni quo non fuerit conflictus in partibus Ytalie, ubi tot homines preliantes fuerint sicut in isto.

2. Noviter narratur quod magnificentia vestra recepit ad manus suas totam decimam regni Aragonie. De hoc plures cardinales valde gaudent, specialiter amici, precipue cum dominus noster voluisset eam habere sine consilio et scitu eorum et ponere ad destructionem et mortem christianorum. Videretur michi salvo meliori consilio, quod si ita est ut dicitur, quod aliquam causam rationabilem ad dominum nostrum de[sig]naretis, videlicet quod hoc factum est pro necessitate regni et maxime regni Sardinie, unde cum predicta peccunia fuisset de regno vestro collecta et acquisita, voluistis vos iuvare de ea in utilitate et conservacione regni ecclesie, id est Sardinie. Iterum etiam cum dictus dominus[a] a regno Frantie et Anglie decimas regnorum eorum nec ab aliis regnis temptaverit extra[h]ere, decens videbatur vobis et rationabile, quod illud quod aliis regibus et principibus non fiebat[b], fieret vobis, cum vos dominus essetis regni vestri, sicut quicunque alius rex regni sui.

Dat. die III. predicta mensis Octobris.

---

122. 123. LUDEWICI SCRIPTA DIVERSA.
1325. Oct. 9.—23.

122. *Ratificatio infeudationis.* *Oct. 9.*

Originale (or.) *in tabulario Greiziano. Contulimus nos. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. — Ed. B. Schmidt 'Urkundenbuch der Vögte von Weida' (= 'Thüringische Geschichtsquellen. Neue Folge' II) p. 282 nr. 589 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 50 nr. 849.

Nos Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus recognoscimus publice per presentes, quod illustris Fridericus marchio Missenensis princeps et gener noster karissimus de nostro consensu, voluntate ac beneplacito nobili viro Henrico iuniori advocato de Plawen dicto Ræuzz fideli nostro dilecto castrum dictum Waldekk et villas Boboch et Rechayn contulit pleno iure et ipsum infeodavit libere de eisdem. Habentes eandem

121. a) *addendum* nec. b) *addendum* non.

1) *Sunt Ianuenses extrinseci.*

collocationem sic liberaliter predicto Henrico factam gratam penitus et acceptam. Dantes sibi presentes nostras litteras sigillo maiestatis nostre regie roboratas in testimonium super eo.

Dat. in Nûrenberch, quarta feria ante Galli, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, regni vero nostri anno undecimo.

123. *Scriptum ad Hallenses super iudicio civitatis.* Oct. 23.

Originale (or.) *in tabulario regio Stuttgardensi. Contulimus nos. Sigillum secretum cerae rubeae dorso impressum fere illaesum est. — Ed. Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 495 nr. 723 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 50 nr. 853.

Wir Lud(wich) von Gots gnaden Rômischer chûnich ze allen ziten merer des riches enbieten den bescheiden leûten Hermann dem Lôcher schultheizzen, dem rat und der gemain der purger ze Halle, unsern liben getrewen unser huld und allez gût.

Wir haben vernomen, daz man ze Wirtzpurch daz gericht in ewrer stat versmæhe und gehe, daz ez ze nicht sei von pannes wegen, den ir haben sûllt von unsern wegen. Und wann der selbe pan unredelich und unzeitlich ist, als wir uns des beruffet haben[1], wellen wir und gebieten eu ez vestichlichen, daz ir des nicht trachtet und fûr euch richtet und daz gericht volfûret gar und gæntzlich, also daz ewereu gericht chein irrung oder stoz da von gewinnen. Des wellen wir nicht geraten.

Der brief ist geben ze Amberch, an der næhsten Mitichen vor Symonis und Iude, in dem eyliften jare unsers riches.

---

124. COMITIS PALATINI COLLATIO FEUDI NOMINE IMPERII FACTA.

1325. Oct. 14.

Originale in tabulario caesareo Vindobonensi. Descripsimus nos. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 248 Reichssachen nr. 138. Regesten der Pfalzgrafen nr. 2021.

Nos Adolfus Dei gratia comes palatinus Reni dux Bawarie tenore presencium profitemur, quod dominium Triburch cum castris et municionibus ac aliis bonis universis eidem pertinentibus, quod ad presens per mortem nobilis viri Burchardi domini de Triburch ad collacionem imperii devolutum est, karissimo avunculo nostro Rud(olfo) spectabili comiti de Hohenberch auctoritate et iure nobis ab imperio in hac parte dum vacat competentibus tenendum et possidendum feodali tytulo ipsius imperii nomine, quod ad presens vacat, contulimus et presentibus conferimus pleno iure. Dantes sibi has nostras litteras nostri sigilli munimine roboratas in testimonium super eo.

Datum in Nekerburch, anno Domini MCCC vicesimo quinto, feria secunda proxima ante diem beati Galli.

---

1) *Cf. Appellationes regis supra tom. V nr. 824. 836. 909. 910.*

125. DUCIS CALABRIAE LITTERAE AD FRIDERICUM ET DUCES AUSTRIAE.

1325. Oct. 15.

Copia (c.) in Registrorum Andegavensium tabularii regii Neapolitani tom. 263 f. 20'. Dedit a. 1865. J. Ficker 'Urkunden zur Geschichte des Roemerzuges Kaiser Ludwig des Baiern' p. 23 nr. 38 ex c. Editionem repetimus.

Cf. alias litteras Friderico et fratribus suis ab eodem duce a. 1326. Mart. 2 missas, quibus super liberatione Florentinorum quorundam a Castruccio captorum nonnulla proponuntur, apud Davidsohn 'Forschungen zur Geschichte von Florenz' III, 173 nr. 856.

Inclito principi domino Frederico Dei gracia in regem Romanorum electo honorabili fratri suo Karolus etc. votivam salutem vestris semper successibus habundantem.

Sicut vobis iam pridem scripsisse recolimus, exauditis per nos placidis de liberacione vestra rumoribus noster gavisus est animus, exultavit affectus. Amamus enim valde omne vestrum serenum et prosperum et abhorremus ex corde omne vestrum quod absit nubilum vel adversum. Sic ergo de successibus vestris, quos votiva Dominus prosperitate fecundet, frequentem habere certitudinem affectantes, ex affectu petimus et rogamus, ut quociens vobis habile fuerit, per vestras nos exinde reddatis si placet litteras cerciores. Et quia tenemus a certo, quod de status nostri continencia rumores prosperos libenter auditis, ad noticiam vestram perferimus, quod post depopulaciones, incendia et excedes plenarias in insula Sicilie adversus eius indigenas, rebelles paternos et nostros per gentem armigeram nobiscum illic militantem illatas [ad] partes regni huius omni exercitu et armata maritima et terrestri regressi sumus, sani per Dei graciam corpore, leti mente, ubi cum principe inclito genitore nostro et domino reverendo in statu, benedictus Deus, prospero permanentes, offerimus nos ad omnia que vestra respicient incrementa.

Data Neapoli, die XV. Octobr., VIIII. ind.

Eodem die scriptum est illustribus viris domino Lupoldo duci Austrie, item domino Ottoni duci Austrie et domino Alberto duci Austrie et Stirie verbis competenter mutatis narrando de liberacione dicti domini Frederici etc. ut in precedenti.

126—128. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD LIUPOLDUM DUCEM ET ARCHIEPISCOPUM MOGUNTINUM.

1325. Nov. 3.—17.

126. *Litterae ad Liupoldum priores.* *Nov. 3.*

Copia (c.) in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 113 fol. 250 nr. 1468. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 250 nr. 570 ex c.

Reg. Löher loco supra ad nr. 2 citato p. 267 nr. 327; Lang 'Acta' I, 97 nr. 96, cuius nota conferenda est.

Lupoldo duci Austrie.

Circumspectionis tue desiderio per tuas nobis litteras intimato, quid scilicet intendamus de illo canonico, qui contra processus nostros[a] palam adhesit Bavaro sibique favere multipliciter ingratitudinis incurrendo vicium non expavit quique adhuc a premissis, sicut intelleximus, cessare non desinit, breviter respondemus, quod si realiter ab hesione et favore se retraxerit antedictis, si ipsum a suis concanonicis conti[n]gat eligi in prelatum, contemplatione tui eidem nostram gratiam intendimus non negare. Caveat tamen tua prudentia quesumus super retractione predicta taliter providere, quod promotus ecclesie, nobis ac tibi illudere ac contra nos et contra te calcaneum erigere nequeat, sed in retractione huiusmodi potius persistere debeat fideliter et constanter. Optamus tamen fili nichilominus, quod que alias circa materiam istam tibi scripsisse diffuse meminimus, revidere tua providentia deberet et que continentur in ea sedule ponderare, ne sera penitentia, quod tali graciam nostram impetraveris, te penitere contingat.

Datum Avinion(e), III. Non. Novembr., anno X.

127. *Litterae ad eundem alterae.* *Nov. 6.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 249 nr. 1463. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 251 nr. 571 ex* c.

Reg. Löher l. c. p. 267 nr. 328.

Cf. Riezler l. c. p. 253 sq. nr. 580. 581, itemque Lang l. c. I, 100 nr. 102 not.

Luppoldo duci Austrie et Styrie[a].

Consueta fili benignitate recepimus magnitudinis tue litteras nobis per dil. fil. nobilem virum Rodulfum de Artburg et magistros Nicolaum de Kentzingen ac Fredericum de Ravenspurg Constancien(ses) canonicos tuos secretarios, ambaxatores et nuncios presentatas. Per quas quidem nobis tua nobilitas nunciabat, quod sicut prefati ambaxatores et nuncii a nobis pridem recesserant, sic ipsos plena munitos auctoritate et mandato una cum tuis fratribus ducebas ad nostram presentiam remittendos, nobis nichilominus supplicando, ut cum magnis extitisses et arduis negociis prepeditus, de mora nunciorum ipsorum haberemus te benignius excusatum, petens insuper nunciis antedictis super referendis nobis pro tua fratrumque tuorum parte per eos aurem benignam per nos ac fidem credulam adhiberi. Quibus quidem lectis litteris ac nunciis benigne auditis, obtulerunt nobis prefati nuncii quasdam alias litteras[1] facientes de concessa eisdem potestate huiusmodi mentionem, quas cum cedula illa, quam ipsis nunciis dedimus super hoc, dum novissime recesserunt, examinari fecimus et diligentius comparari. Et cum repertus fuerit utriusque tenor in plerisque non levis ponderis valde dissimilis et diversus, in negocio huiusmodi nequivimus ulterius procedere cum eisdem. Quocirca nobilitatem tuam attente requirimus et rogamus, quatinus super hoc nos habeat probabiliter excusatos, gratis admodum in Domino laudibus de oblatis per alias litteras[1] tue nobilitatis promptitudinem attollentes et excusationes pretentas super mora nunciorum ipsorum paterna benivolentia admittentes, parati super tractatis procedere, quam cito huiusmodi litteras in forma condicta duxeris transmittendas. Devotionem tuam, de qua licet multi loquantur varie, confidimus plurimum, rogantes nichilominus attentius et exhortantes, ut in oblatis sepius persistere studeat indefesse.

Datum [Avinion(e)], VIII. Idus Novembris, anno X.

126. a) *in loco raso c.*

127. a) Scyrie *c.*

1) *Deperditae sunt.*

128. *Litterae ad archiepiscopum Moguntinum.* *Nov. 17.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 250. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 255 nr. 583 ex* c.

Reg. Löher l. c. p. 267 nr. 331; Preger-Reinkens p. 185 nr. 253.

Mathie archiepiscopo Maguntin(o).

Fraternitatis tue litteras nobis per dil. fil. Ulricum de Lensburch[a] ordinis Heremitarum sancti Augustini tuum nuncium presentatas consueta benignitate recepimus et ea que idem nuncius pro parte tua nobis prudenter exposuit dictarumque litterarum intelleximus seriem diligenter. Super quibus eidem nuncio duximus, sicut expedire vidimus, respondendum, petitionibus tuis nobis oblatis, prout secundum Deum et nostram decentiam fieri potuit, nichilominus ad gratiam exauditionis admissis favorabiliter, ut in litteris inde confectis continetur[1] et idem nuncius, qui ad tuam presentiam cum nostre benedictionis gratia dirigit gressus suos, tue poterit prudentie plenius explicare. Qui licet solerter et provide coram nobis negocia, pro quibus missus fuerat, prosequendo frequenter apud nos oportune et etiam importune institerit pro licentia recedendi, nos tamen, quia multi multa et diversi diversa loquntur de rumoribus illarum partium, super quibus cum eo valeamus plenius informari, ipsum retinuimus usque modo, moram eius, quam gratam admodum habuimus, excusantes. Sane frater, quia te in devotione nostra et ecclesie percepimus delectabiliter inconcussa soliditate fervere, inde fraternitatem tuam multipliciter in Domino commendantes illam attentius exhortamur, quatinus consideranter attendens, quod inter virtutes currentes ad bravium sola perseverantia coronatur, in illa persistas stabiliter et ad idem al(ias) verbis pariter et exemplis non desinas, sicut expedire cognoveris, exhortari, ut inde preter mercedis eterne premium nostram et apostolice sedis gratiam uberius merearis. Rescripturus nobis fideliter que de illis partibus noveris rescribenda.

Datum Avinion(e), XV. Kal. Decembr., anno X.

---

129. BURCGRAVII NORIMBERGENSIS PROMISSIO PRO CIVITATE WEISSENBURGENSI.

1325. Nov. 18.

Originale (or.) *in tabulario generali regni Bawarici. Contulit H. Herre. Pendet sigillum fere illaesum loro membranacco. — Ed. 'Monumenta Zollerana' II, 393 nr. 605 ex* or.

Wir Friderich von Gotes gnaden purcgrafe zu Nuremberch verjehen offenlichen an disem briefe, daz wir mit verdachtem mute und mit gutem rate den weisen leuten dem rate und der gemeine der stat zu Wizzenburch und besunderlich der selben stat zu Wizzenburch, die uns mit allem rechte, gewonheit und nůtze recht und redelichen von dem heiligem riche versatzt ist zu rechtem phande, alle die recht und alle die freiunge und alle gute gewonheit, die sie von alter biz her bracht haben, bestetegen und stet haben wellen. Und verjehen des an disem offen briefe und geloben sie zu

128. a) Lensburclg *c.*

1) *Cf. Riezler l. c. p. 255 sq. nr. 584—586.*

furdern, zu schirmen als unsere eygen leute an allez geferde. Und daz diz stete blibe, geben wir in disen brief zu einer bestetegunge der gescriben sache versigelt mit unserm insigel daz dar an hanget.

Der brief ist gegeben zu Chadoltspurch, do man zalte von Cristes geburte dreuzehenhundert jar und dar nach in dem fiunfundzwentzigestem jare, an dem achtem tage sente Mertines.

---

130. LUDEWICI INFEUDATIO KRAFTONIS DE HOHENLOCH. 1325. Nov. 30.

Originale (or.) *in tabulario Oehringensi. Pendet sigillum loro membranaceo. — Ed. Weller 'Hohenlohisches Urkundenbuch' II, 213 nr. 251 ex* or. *Editionem repetimus.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 50 nr. 857.

Wir Lud(owig) von Gots gnaden Romischer kunig alle zit ein merer des richs verjehen offenlich an disme briefe und tun kunt allen den die in sehen oder horen lesen, daz Bertholt von Zymern unser getruwer für uns kam und mit willeklich verdachtem mûte uf gab in unser hant allez sin gut, erbe, lehen und eigen und wie ez genant ist. Daz verlihen wir da ze hant dem edeln manne Kraften von Hohenloch unserm getruwen und sinen erben mit allen nuzzen und mit allem rechte ze rechtem lehen ze haben von uns und von dem riche eweklich. Dar uber ze urkunde gebe wir ime disen brief versigelt mit unserm insigel.

Der geben wart zu Gundelvingen, do man zalt von Gots geburt druzehenhundert jar do nach in dem funfundzweinzigestem jar, an dem Sameztag nach sante Katerinentag, in dem zwelften jar unsers richs.

131—137. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE DIVERSIS MISSAE.

1325. Dec. 5. — 1326. Ian. 21.

131. *Litterae ad Lubicenses super stura imperii.* *1325. Dec. 5.*

Originale (or.) *in tabulario civitatis Lubicensis. Contulimus nos. Pendet bulla plumbea filo canapis. In plicae parte dextera leguntur:* · de Cur̄ · Gaucelmus Martini. — *Ed. 'Codex diplom. Lubecensis' II, 417 nr. 472 ex* or. *(male ad a. 1326).*

Copiam in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 113 fol. 288 nr. 1693 servatam non contulimus. — Reg. Löher loco supra ad nr. 2 citato p. 267 nr. 335; Preger-Reinkens p. 187 nr. 257.

Iohannes episcopus servus servorum Dei dilectis filiis consulibus et universitati Lubicensi salutem et apostolicam benedictionem.

Cum Ludovicus dux Bavarie olim discorditer in regem Roman(orum) electus et per nos suis gravibus culpis exigentibus iure, si quod sibi ex eadem electione competebat, privatus sexcentas libras Lubicenses, quas vero Romanorum imperatori pro tempore solvere, ut asseritur, tenemini annuatim, a vobis nitatur exigere, sicut fertur, universi-

tati vestre districtius inhibemus et mandamus expresse, quatinus premissas libras sexcentas prefato Ludovico vel alii pro eodem[a] nullatenus exolvatis.

Dat. Avinion(e), Non. Decembr., pontificatus nostri anno decimo.

132. *Litterae ad rectorem patrimonii in Tuscia.* *1325. Dec. 18.*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tom. 113 fol. 282' nr. 1667. Descripsit H. Pogatscher. — Ineditum.*

Reg. Löher l. c. p. 268 nr. 336; Preger-Reinkens p. 187 nr. 258.

Dilecto filio . . patrimonii beati Petri in Tuscia rectori.

Offensa spiritualis patris affectione non modicum et lesa dominica pietate turbamur in intimis cordis nostri, quod sicut fidedigna relatio nuper ad nostri apostolatus perduxit auditum, communia et nonnulli homines seu speciales persone Viterbien(ses) et castri Corneti variato nature proposito de fidelium genere facti degeneres et mutati de filiis in privignos, ut hostes efficiantur cum hostibus et cum rebellibus sint rebelles, iam cum nonnullis, qui adversus nos et sanctam Romanam matrem ecclesiam adversa rebellione deserviunt, contra fidem ac reverentiam nostram, apostolice sedis et ipsius ecclesie statumque pacificum regionis ordinationes fecerunt, coniurationes et ligas in favorem dampnati hominis Ludovici ducis Bavarie olim discorditer in regem Roman(orum) electi, quem in ipsis partibus velut adventum Messie dicuntur vanis cogitationibus expectare, ipsum nichilominus contra latam rite per nos in eum inter cetera super privatione sui iuris in electione huiusmodi et tam in ipsum quam nominantes eundem Roman(orum) regem suo dampnabili exigente demerito excommunicationis sententiam imperatoris nomine nuncupant sub anathemate interdicto quodque iam contra dil. fil. populum, commune ac homines seu speciales personas Urbevetan(as) ac terrarum et castrorum aliorum, nostros et ecclesie predicte fideles, cavalcatas fecerunt prohibitas multasque intulerunt eis in personis et rebus offensas, iniurias pariter et iacturas non sine animarum suarum periculo in offensam Dei, nostram et ipsius ecclesie manifestam. Quia vero, ne delinquentes et excedentes huiusmodi excogitate nequitie glorientur impunes et alii sumant audaciam in similibus delinquendi, ausus tante temeritatis et presumptionis illicitos preteriri non decet bono modo cum Deo nec expedit impunitos, discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus contra delinquentes et ex[c]edentes ipsos facias pro excessibus et delictis[a] huiusmodi iusticie complementum dictisque Urbevetanis et fidelibus aliis de dampnis per ipsos illatis eisdem emendam fieri facias competentem. Ad quam ipsos compellere iuris remediis non omittas, contradictores etc., non obstante si eis vel ipsorum aliquibus etc.

Datum Avin(ione), XV. Kal. Ianuarii, anno decimo.

133. *Litterae ad custodem ecclesiae S. Petri Moguntinae.* *1325. Dec. 18.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 290 nr. 1704. Item descripsit Pogatscher. — Ineditum.*

Reg. Löher l. c. p. 268 nr. 337; Preger-Reinkens p. 187 nr. 259.

Dilecto filio Salamanno custodi ecclesie Sancti Petri Maguntin(e).

Cum illius vices geramus in terris licet immeriti, qui non mortem, set conversionem et vitam peccatorum inquirit, de salute omnium, quos cultus christiane religionis

131. a) *sequitur rasura unius verbi spatium adaequans or.*

132. a) debitis *c.*

includit, soliciti[a] libenter apostolice solicitudinis studium ad[h]ibemus, ut illi quos hostis humani generis fraudibus suis traxit in devium, omissis erroris et peccatorum minis ad veritatis redeant unitatem. Sane ad nostri apostolatus auditum perduxit nuper infeste relationis assertio, quod nonnulli partium Alamannie dampnabili deceptione seducti Ludovico duci Bavarie excommunicato ac sancte matris ecclesie rebelli et hosti contra processuum nostrorum dudum adversus eum suis gravibus culpis et enormibus excessibus exigentibus habitorum prohibitionem et tenorem adheserunt seu prestiterunt auxilium, consilium et favorem, excommunicationis et alias penas et sententias adversus tales inflictas in eisdem processibus deducentes non absque suarum animarum periculis dampnabiliter in contemptum. Nos autem eorum periculis huiusmodi obviari salubriter cupientes ac de tue circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus te ad Maguntin(am) et alias civitates et loca partium earundem, de quibus tibi videbitur expedire, conferens quos in devium declinasse huiusmodi repereris, ut ab adhesione, consilio, auxilio et favore dicti Ludovici iuxta processuum predictorum continentiam penitus desistentes eisdem processibus deinceps efficaciter pareant et ad eiusdem ecclesie redeant unitatem, exhortari et efficaciter inducere viis et modis, quibus expedire videris, secundum datam a Deo tibi prudentiam non postponas. Processus eosdem publicaturus nichilominus per te vel alium seu alios in locis, [in] quibus non fuerint forsan publicati, teque super predictis taliter habiturus, quod preter mercedis perennis premium nostram et apostolice sedis gratiam valeas uberius promereri.

Datum ut supra [= Avinion(e), XV. Kal. Ianuarii, anno decimo].

134. *Litterae ad archiepiscopum Coloniensem priores.* *(1326. Ian. 15.)*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 253' nr. 1491. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 268 nr. 622 ex* c. *(decurtatum); G. Brom 'Bullarium Trajectense' I, 304 nr. 668 ex* c.*; Sauerland 'Urkunden und Regesten' I, 409 nr. 890 ex* c.

Reg. Löher l. c. p. 268 nr. 343 et Preger-Reinkens p. 188 nr. 262 (ad Febr. 1); Fayen 'Lettres de Iean XXII' II, 70 nr. 1830.

Eidem tempori ac infra nr. 136 litteras nr. 134 et 135 vindicandas esse, ex ordine Regesti apparet; cf. etiam Brom l. c. in nota.

Archiepiscopo Coloniensi.

Ex fraternitatis tue litteris, quas consueta benignitate recepimus, accepta letanter diligentia sedula, quam impendisti et proponis impendere erga venerabilem fratrem nostrum Iohannem episcopum Traiectensem et alios suffraganeos tuos super nostrorum execucione processuum contra Ludovicum de Bavaria iusto iudicio habitorum, devocionem tuam, de qua fiducia illibata confidimus, sinceris in Domino laudibus commendamus. Rogantes ipsam fraternitatem et hortantes attente, quatinus huiusmodi laudando proposito constanter insistens sic in premissis et aliis, in quibus Dei, nostra et apostolice sedis reverentia colitur, noster quoque ac sancte Romane ecclesie honor exigitur, incessanter te diligentem prebeas et devotum, quod preter premium retributionis eterne et perseverantibus tue devotionis obsequiis apud nos et dictam sedem prosecutione continua gaudeas gratie pariter et favoris.

133. a) solicita *c.*

135. *Litterae ad suffraganeos eiusdem archiepiscopi.* *(1326. Ian. 15.)*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 253' nr. 1492. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 268 nr. 622 in nota ex* c.; *Brom l. c. I, 305 nr. 669 ex* c.; *Sauerland l. c. I, 409 nr. 891 ex* c. *(ad Febr. 1.).*

Reg. Fayen l. c. II, 70 nr. 1831.

Iohanni episcopo Traiectensi ceterisque suffraganeis H(enrici) archiepiscopi Coloniensis.

Veridicis intellecta relatibus vestra promptitudine debita in nostrorum executione processuum contra Ludovicum de Bavaria iusto iudicio habitorum et contra rebelles ac hostes nostros et sancte Romane ecclesie vestri constantis animi voluntate, devotionem vestram, de qua etc. ut supra verbis competenter mutatis.

136. *Litterae ad eundem archiepiscopum alterae.* *1326. Ian. 15.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 253' nr. 1493. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 264 nr. 608 ex* c.; *Sauerland l. c. I, 405 nr. 881 ex* c.

Reg. Löher l. c. p. 268 nr. 339; Preger-Reinkens p. 188 nr. 260.

Henrico archiepiscopo Coloniensi.

Solita benignitate recepimus tue fraternitatis litteras nobis missas. Sane super eo quod de mutatione Susaciensis provincie ratione loci ordinis fratrum Predicatorum ibi degentium in provinciam Theotonie per easdem litteras petiisti, ut tuis quantum bono modo possumus condescendamus affectibus, dil. fil. Barnabe dicti ordinis generali magistro, motivis circa id per te nobis expositis sibi narratis, ut si expedire viderit, mutationem huiusmodi faciat, dirigimus litteras oportunas. Verum frater de uno miramur inmodice, quod cum ea, que in partibus ipsis gesta sunt hactenus, te ibi velut in rerum medio positum[a] verisimiliter latere nequiverint, nichil nobis de congregationibus principum Alamannie intimasti. Super istis et aliis igitur honorem Dei, nostrum et ecclesie Romane tangentibus sic prudenter de cetero suppleas per te commissos[b] hucusque defectus, quod de talibus non sis amodo increpandus.

Datum Avinion(e), XVIII. Kal. Febroarii, anno X.

137. *Litterae ad archiepiscopum Moguntinum.* *1326. Ian. 21.*

Copia ibidem tom. 113 fol. 252 nr. 1483. Descripsimus nos. — Ineditum.

Reg. Löher l. c. p. 268 nr. 341; Preger-Reinkens p. 188 nr. 261.

Mathie archiepiscopo Maguntin(o).

Dil. fil. Ulricum de Lenzeburg de ordine fratrum Heremitarum sancti Augustini et Iohannem de Fontanis canonicum Maguntin(um) nuncios tuos ad presentiam nostram proxime destinatos iam audivimus et sicut tibi frater suis patebit oraculis, celeriter quantum bono modo potuimus, ipsos expedivimus in commissis. Sane cum de successibus ipsarum partium continuam cupiamus habere noticiam, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatinus in scribendo nobis manum sepe mittas ad calamum, quotiens maxime videris oportunum. Circa quod providentiam tuam merito commendamus in Domino, cum sicut tua nobis scriptione prenuncias, nisi vera dumtaxat nobis scribere non intendas.

Datum Avinion(e), XII. Kal. Febroarii, anno decimo.

---

136. a) psitum *c.* b) commissis *c.*

138. 139. PETITIONES ARCHIEPISCOPI SALZBURGENSIS PONTIFICI PORRECTAE.

(1326. in. 1326.)

138. *Petitiones priores.* *(1326. in.)*

Servantur in codicibus Formularum

1 *bibliothecae Salzburgensis saec. XIV. in. fol. 45; ed. Fr. M. Mayer 'Archiv für österreichische Geschichte' LXII, 183 nr. 6 ex* 1;

2 *Monacensi lat. 1726 saec. XIV. fol. 113; contulimus nos.*

Reg. Lang 'Acta Salzburgo-Aquilejensia' I, 183 nr. 241_{9}.

Sanctissimo in Christo etc.

Inportuna[a] in ewangelio[1] mulier tandem audiri meruit et clauso cum[b] seris hostio media licet nocte ab amico amicus panes accipit[2], quanto amplius a patre filius, a creatore creatura, ab ortulano plantula in necessitatibus suis auxilia debent capere vel recipere oportuna. Sane quot et quanta a tyranno crudeli et hoste vestro publico Lud(ovico) duce Babarie[c] dampna receperim et incomoda, pro eo quod vestris obedivi mandatis, quibus usque ad mortem sum obedire paratus, qualiter eciam ecclesia mea tantis oppressionibus et molestiis est obruta, quod absque vestro auxilio ulterius subsistere non poterit, iam dudum multiplicatis vicibus auribus vestris insinuare curavi[3] et quia urget necessitas et cottidiana me stimulat indigencia, sicut devotus filius, sicut creatura et plantula vestra ad viscera pietatis vestre confugio[d] et recurro, supplicans s(anctitati) v(estre), quatinus peticiones meas[e] per . . de . . nuncium meum in vestra curia constitutum vobis oblatas admittere vel saltem, ne omnino vacuus remaneam, exigendi subsidium moderatum in mea provincia a personis ecclesiasticis exemptis et non exemptis necnon recipiendi dimidiam partem fructuum primi anni beneficiorum ecclesiasticorum vacancium et vacaturorum in mea dyocesi per triennium certis super hoc executoribus deputatis michi concedere dignemini facultatem. Et quia[f] illustris dominus . . dux talis[4] ad presenciam vestram, ut firmiter creditur, personaliter accedet, supplico ut illi me et meam ecclesiam favorabiliter recommendare curetis eique committatis, ut ad recuperandum castrum meum tale[g], quod cepit et tenet prefatus Lud(ovicus)[h] dux Babarie[i] malo modo, adhibeat opem et operam diligenter.

Datum etc.

139. *Petitiones iteratae.* *(1326.)*

Servantur item in 1 *fol. 43'; ed. Mayer l. c. LXII, 183 nr. 7 ex* 1;

2 *fol. 112; contulimus nos;*

3 *Monacensi lat. 97 saec. XIV. m. fol. 106; contulimus nos; cf. Simonsfeld 'Münchener Sitzungsberichte philos.-philol. Classe' 1890 II, 243; ex* 2 *et* 3 *potiores tantum lectiones adnotavimus*[5].

Reg. Lang l. c. I, 183 nr. 241_{10}.

138. a) Importuno 2. b) *deest* 2. c) Bavarie 2. d) refugio 2. e) nostras 1. f) vir *add.* 2. g) *deest* 2. h) L. 2. i) dux Babarie *des.* 2.

1) *Cf. parabolam Luc. 18, 3 sqq.* 2) *Cf. Luc. 11, 5.* 3) *Cf. supra nr. 73.* 4) *De Liupoldo agi videtur.* 5) *Cf. supra tom. V ad nr. 930.*

Sanctissimo etc.[a]

Inter fortes impugnaciones, quibus ille[b] . . dux talis[c] hostis vester[d] publicus, pro eo quod[e] intrepide[f] mandata vestra exequor et precepta, me et ecclesiam meam concutit, persequitur et conquassat[g], post Deum miseracionis solum vestre[h] michi superest auxilium, quod tanto imploro vehemencius, quanto hostis illius contra me sevicia crudelius exardescit. Sane resistendo tyrannidi eiusdem in stypendiis et aliis necessariis[i] impensis facultates meas expendi, gravia debitorum onera[f] contraxi, redditus mei per hostiles incursus desolati[k] sunt multipliciter et vastati[l], propter quod nuper supplicavi sanctitati vestre, ut in subsidium et relevamen tante necessitatis fructus primi anni beneficiorum vacancium mee dyoc(esis) iuxta moderamen vestre nove constitucionis[1] michi meisque[m] successoribus usque ad beneplacitum sedis apostolice concedere dignaremini de gracia speciali[2], supplicacione autem huiusmodi non admissa, ut moderatum subsidium ab exemptis et non exemptis mee civitatis et dyocesis possem[n] exigere, michi concedere curavistis. Verum in hoc quia[o] revera modica[f] michi utilitas resultaret, urgente necessitate et venia petita supplico denuo, ut supplicacionem prius non admissam adhuc admittere aut de alio remedio oportuno, quo subsistere valeam, iuxta solite pietatis et liberalitatis vestre michi consilium[p] dignemini providere, ne super ruina ecclesie mee filie vestre devote vester[q] gaudeat inimicus, sed pocius sub umbra alarum vestrarum illam protegi[3] et ope auxilii vestri hanc contra se fortificari videat et pavescat[r].

Datum etc. anno etc.[s].

---

140. 141. PACTUM ALTERUM INTER REGES FIRMATUM.

1326. Ian. 7.

140. *Scriptum Ludewici.* *Ian. 7.*

Originale deperditum[4]. *Cum in tabulario caesareo Vindobonensi nonnisi copiae saec. XVI. existant, repetimus editionem quam paravit Cuspinianus 'Austria' (Basil. 1553) p. 640 sumptam a. 1527. 'ex archivis principum Austriae'. Orthographiam correximus.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 50 nr. 858.

Wir Ludwig von Gotes gnaden Rômischer kůnig alle zeit merer des reichs verjehen und tůn kund allen den die disen brief sehend oder hôrend lesen, das wir durch gemainen frid der cristenhait uns des bedacht haben, das wir mit gůtlichem willen und mit freiem můt unserm lieben oheim und brůder kůnig Friderich von Rom entweichen wellen an dem kůnigreich von Rom und alles das dar zů tůn mit mund oder mit briefen, der er notturftig ist und im nutz und fůrderlich mag sein zů dem reich an alle geverde, also beschaidenlich ob er von dem babst bestâtiget wirt an dem kůnigreiche, es sei mit der fůrsten willen oder an iren willen. Und geloben diz ze tůn bei gůten trewen

139. a) *inscriptio in* 3: Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Urb. sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici . . divina miseracione . . episcopus talis cum sui recommendacione devota pedum oscula beatorum. b) quibus ille *des.* 2. 3. c) talis dux 2. 3. d) vir 1; nr̄ 3. e) *deest* 2. f) *deest* 1. g) cum *add.* 2. h) vestre mis. (solum *deest*) 1. i) negociis 2. k) desoluti 3. l) devastati 3. m) que *deest* 1. 2. n) possim 1. o) quia in hoc 2. 3. p) cons. michi 2. 3. q) nr̄ 3. r) *cetera des.* 1. s) anno etc. *des.* 2.

1) *c. un. Extrav. Ioh. XXII. 3.* 2) *Supra nr. 138.* 3) *Cf. Ps. 16, 8.* 4) *Cf. Kurz 'Oesterreich unter Friedrich dem Schönen' p. 499 not. ad nr. 29.*

an alle geverde. Und des zu ainem offen urkund henken wir unser kuniclich insigel an disen brief.

Der wart geben ze Ulme, do man zalt von Gotes gepurt dreitzehenhundert jar und in dem sechsundzwaintzigisten jar, an dem Eritag nach dem Zwelften tag, in dem zwelften jar unsers reichs.

141. *Reversales Friderici.* *Ian. 7.*

Originale deperditum. Copia in Transsumto (tr.) *a nobilibus et cancellario a. 1327. Mart. 9 Tridenti dato, quod infra nr. 264 proponemus, ubi haec leguntur:* . . . gelesen haben einen brief der nich gefelschet waz noch geschaben mit gantzem insigel dez Rômischen chunig Frid(eriches), *quamvis in eschatocollo sigillum regis non commemoretur. — Ed. Preger 'Die Verträge u. s. w.' (cf. supra ad nr. 2) p. 128.*

1. Wir Frid(erich) von Gotez gnaden Rômischer chunig ze allen [zeiten][a] ein[b] merer dez richez verjehen und verbinden uns bi der sicherheit, die wir unserm lieben bruder chunig Ludewigen von Rom gedan haben, da er uns ledich lie, stete ze halden allez daz hernach gescriben stat:

2. Ist daz uns der babest bestedet zů chunige, so sullen wir bi im und bi sinen kinden und dem von Michssen bliben und beholfen sin wider aller mängelich mit gutten truwen an alle geveͣrden und sullen auch mit unsern bruderen schaffen, daz sich die dez selben zu in verbeinden.

3. Wer auch daz uns der babest nich besteden hė zuischen und sant Jacobes Iul. 25.
dach der nu cumt, so sullen wir beide bi dem riche bliben, als unser briefe sagent, die wir dar uber geben haben[1], und sullen mit unsern brůdern schaffen, daz sie bi uns bliben und uns beiden beholfen sin.

4. Wir sullen im auch und sinen kinden iru lant und mit namen die march zu Brandenburg, als si die marchgrafen her habent brach[t], verlihen und besteden. Wir sullen auch dem marchgrafen von Michssen verlihen und besteden sin lant, als er im die verlihen hat und versezet hat dez richez gut.

5. Wir sullen auch den hirat unser kinde durch[c] kainnerslachde ding ab lazzen gen und sullen ez werben von einem babest an den andern, biz ez erlaubet wirt.

6. Wir sullen uns auch kain gut lazzen irren, wir gewinnen den berg den Nons zu einim closter, ez wer dan daz sich unser bruder chunig Ludewich einz andern mit uns beriede.

7. Wir sullen auch alles daz stete haben, daz er gedan hat mit lihen und mit versetzen und waz er den clôsteren durch Got gedan hat.

Der brief ist geben ze Ulme, da man zalt von Gotez gebůrde[d] druzehenhundert jar und in dem sechsundzuainzichstem jare, an dem Eridache nach dem Zuelfdem dache, in dem zuelfdem jare unsers richez.

---

141. a) *deest tr.* b) *bis scriptum tr.* c) durah *tr.* d) gebůtde *tr.*

1) *Supra nr. 105.*

142. FRIDERICI PROMISSIONES PRO BERTHOLDO COMITE DE HENNEBERG.

1326. Ian. 8.

Originale in tabulario Meiningensi. Contulit W. Füsslein. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 178 Friedrich nr. 213.

1. Wir Friderich von Gotes gnaden Romischer chunig zu allen zeiten ein merer des riches bechennen offenlichen an disem brife, daz wir mit gutem willen und von gnaden und ouch durch liebe, die wir zu dem edelem manne grafen Bertolde von Henninberg unserm liben getruwen haben, und zů vorderst durch den dinst, den er vormals dem riche hat getan und noch tun mag, gelobt haben und geloben an disem gegenwertigem briefe zu bestetigen alle briefe und hantvesten von worte zů worte also sie geschriben stent von unser rechten gewizzen, swenne sie fur unser gesichte chumen und bracht werden, die er von chunigen und von keyseren hat, die vor uns gewest sin, und beӱ namen die briefe, die im kunig Ludewig unser bruder hat gegeben, mit underschiet des er uf der stat zů Swinfurte, an daz er vor dar uf hat, tusent march silbers sol haben, dar nach die gulte, die daz riche uf der stat zů Lubecke solte haben, daz er die zu sinem libe sol haben und die wile daz er lebet.

2. Dar zů sulle wir im bestetigen die brife uber alle sine lehen von vesten zu vesten, die im unser vorgenanter bruder kunig Ludewig hat gegeben, und sullen im ouch bestetigen die briefe, daz nieman decheinen sinen man sol noch mag uf dechein gerichte laden, er habe in von erst vor dem vorgenanten grafen Bertolde von Henninberg beclaget. Und wer denne daz er nicht rechtes hulfe, so sol man sie nirgen anderswa beclagen denne vor uns oder vor unserm hoverichter.

3. Wir wellen ouch und geloben, ob sich sin sun grafe Heinrich unser swager mit im wolte zweien oder in an sinem gute, an sinen lande, an sinen luten oder an siner herschaft bei lebintigem sinem libe wolte dringen, des Got nicht welle, des sullen wir im nicht gesten noch gestendig sin, sunder wir sullen und wellen dem vorgenantem grafen Bertolde von Henninberg beholfen sin und schirmen vor dem vorgenantem Heinriche sinem sune unserm swager mit hilfe, mit rate, mit libe und mit gůte also verre also ez uns geweren und gelangen mag. Daz dise vorgeschriben dinch stete und unvorbrochen bliben, dar uber so geben wir im disen brief vorsigelt mit unserm kuniclichem insigel.

Der ist gegeben nach Christes geburte dreutzehenhundert jar dar nach in dem sechsundzweintzigestem jare, an dem nehestem Mitwochen nach dem Oberistem tage, in dem zweliften jare unsers riches.

---

143. LUDEWICI QUITATIO PRO REGE DACIAE.

1326. Ian. 13.

Originale (or.) *ibidem. Item contulit Füsslein. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 50 nr. 860.

Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus illustri Christoforo Danorum Sclavorumque regi fratri suo sincere diligendo fidei et amoris continuum incrementum.

Quia spectabili viro Berchtoldo comiti de Hennenberg secretario nostro dilecto duo milia marcarum et ducentas marcas minus viginti duabus marcis argenti de pecunia nobis et illustri Lud(owico) marchioni Brandemburgensi primogenito nostro ac genero tuo karissimo pro dote filie tue ac nostre marchyonisse Brandemburgensis debita ac promissa in festo epiphanie Domini, in quibus una cum marchyone prefato obligati sibi Ian. 6. fuimus[a], integraliter persolvisti, te de eisdem duobus milibus ducentis minus viginti duabus marcis argenti quittamus et presentibus quittum dicimus penitus, liberum et solutum. Dantes tibi presentes sigillo maiestatis nostre regie roboratas in testimonium super eo.

Datum in Nuremberg, in octava epiphanie Domini, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, regni vero nostri anno duodecimo.

---

144. 145. LITTERAE (FERRARII DE APILIA).
(1326.) Ian. 17.—Febr. 3.

144. *Litterae ad regem Aragonum.* *Ian. 17.*

Originale (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi CRD nr. 10410. Sigilli vestigia adsunt. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' II, 635 nr. 403 ex* or. *Editionem repetimus.*

Quintadecima die mensis Ianuarii venerunt littere societatum diversarum de Pisis, Ian. 15. in quibus continebatur quod gualee Pisanorum et Ianuensium fuerunt debellate in Sardinia per gualeas regias et gualee regie retinuerunt in dicto prelio de dictis gualeis quinque Ianuensium et tres Pisanorum. In quibus dicunt quod erant de melioribus viris Saonensium[1] et Pisanorum, quos ipsi haberent. Narratur etiam in dictis litteris, quod plura dampna dicte gualee Pisanorum et Ianuensium passe sunt, quam in civitate Pisana diceretur. Nam gualee eorum nondum venerant et credebatur quod plures alias amiserant. Hic sunt nuncii seu ambaxatores omnium Guelforum[2] Thuscie et Lombardie et querunt subsidium et succurssum a domino nostro summo pontifice. Sunt enim in pessimo statu et sperant[ur] de propinquo esse in peiori. Florentini recipiunt ducem Calabrie in dominum ad decem annos, ita tamen quod personaliter veniat in auxilium eorum, et tenentur sibi dare ducenta milia florenorum pro mille equitibus citramontanis. Dicitur quod dominus noster et rex Robertus multum vellent treugam domini Frederici et in tali statu sunt devoti eorum de Ytalia, quod bene expediret eis habere eam. Et bene credo etiam quod si fieri posset, faceret pro dicto rege Frederico pax vel saltim treuga triginta annorum, quia esset una competens pax. Treuga autem brevis non videtur michi quod faciat pro eo, considerando periculum, in quo creditur quod dictus rex Robertus est propter malum statum partis Guelfe de Ytalia et propter adventum Bavari, qui expectatur in proxima primavera. Et creditur quod directe dirigat gressus suos versus Romam et per consequens immediate contra Regnum.

Gratie regie me recomendo.

Dat. die XVII. mensis predicti Ianuarii.

143. a) sibi fuimus *in loco raso or.*

1) *Ianuenses extrinseci.* 2) *Cf. notam apud Finke l. c.*

145. *Litterae ad Alfonsum infantem.* *Febr. 3.*

Originale (or.) *chartaceum duabus petiis constans ibidem CRD nr. 7934. In verso leguntur:* Domino infanti Alfonso precipuo domino suo, *itemque* Amicus[1]. — *Ed. Finke l. c. I, 418 nr. 275 ex* or. *Editionem repetimus*[2].

Febr. 1. 1. Prima die presentis mensis Febroarii recepit quidam magnus, qui honorem et exaltationem domus Aragonie desiderat et affectat, quandam litteram, in qua continebantur multa adversa partis Guelfe et multa prospera partis Gebeline et in fine predicte littere dimisso aliquo spacio erat scriptum quod sequitur:

'Post prescripta noveritis quod quidam nuntius proprius regis Roberti et regine transivit per partes istas, qui portabat litteras pro parte ipsorum domino pape inter alia continentes, quod ex fidedigna persona presentialiter perceperunt, quod rex Aragonum et eius filius primogenitus se parant potenter ad intrandum et occupandum regnum Maioricarum et specialiter Perpinianum. Quod si esset, posset esse periculum nepoti suo . ., qui nunquam haberet aliquid facere in dicto regno. Item ipse bene novit quod pacta inita in tractatu matrimonii non sunt servata, ymo primo deberet duci filia d[omini] primogeniti per dictum nepotem suum, quam aliqua novitas fiat in regno. Etiam dictus infans primogenitus, cum interrogaretur de [mis]sione dicte filie sue, habuit pluribus respondere, quod illam non daret infra octavum annum. Super quibus, cum ipse sit dominus et deffensor orfanorum et pupillorum, quod ipsi supplicant, quod ipse debeat super premissis providere et maxime in non concedendo dispensationem consanguinitatis, que est inter eos, non obstante etiam quod dominus Philippus frater eius ad ista ex aliquorum consilio et maxime malignorum condescendat. Hec et alia plura scribunt contra regem, quorum copiam habere non potui ex causa, set ipsas litteras vidi et legi.

Dat. Aretii, die XII. Ianuarii.'

Predicta verbo ad verbum, ut in predicta littera continebatur, transcripsi et per meas speciales litteras excellentie vestre incontinenti significare curavi.

2. Hic dux Calabrie, qui dominium Florentinum ad decem annos recepit, misit pro quingentis militibus de Proviacia et pro Amalrico de Narbona, quod veniat cum centum. Mittit etiam Karolo cognato suo, quod debeat venire cum quadringentis, et si non potest personaliter venire, quod dictos quadringentos milites debeat sibi mittere. Est enim in pactis cum dictis Florentinis, quod habeat mille equites citramontanos et quod personaliter dictus dux debeat incontinenti venire Florenciam et triginta mensibus continuis personaliter remanere.

3. Mitto excellentie vestre convenciones et pacta facta et firmata in concordia[a] Bavari et Frederici Australis infra presentes interclusas, que supplico quod domino regi

145. a) concorcia *or.*

1) *Cf. notam apud Finke l. c. additam.* 2) *In adnotatione ponimus enuntiata quaedam ex litteris Ferrarii die 3. mensis Martii regi Aragoniae missis Finke l. c. II, 636 nr. 404:* Dicunt Florentini quod facit dictus rex *(scil. Robertus)* armari, ut per terram et per mare faciat guerram Castruchio. Quod non est bene credibile, cum dictus Castruchius ex ista parte versus Rippariam Ianuensem habeat terram inexpugnabilem. Dicunt nuntii regis Roberti, qui noviter venerunt et ad regem Francie vadunt, quod rex Robertus debet habere CXX galeas contra regem Fredericum et cum dictis galeis debet mittere dominum Iohannem principem Acaye . . . in Siciliam ad devorandam eam. Nec etiam istud est bene credibile, cum dictus rex multum dubitet de adventu Bavari, qui pro constanti est in Ytaliam breviter venturus. Quem adventum in tantum dictus rex dubitat, quod dicitur ab hiis, qui de Regno veniunt, quod ipse non observare intendit Florentinis illud quod eis promisit, specialiter de mittendo filium suum.

Frederico per excellenciam vestram incontinenti mittantur, cum ex festinancia presencium portitoris domino genitori vestro nec dicto regi Frederico dicta significare ad presens potuerim. Vestre gracie me comendo.

Dat. die tercia presentis mensis Febroarii.

Hec[b] sunt conventiones et pacta inita et firmata inter Bavarum et Australem[b]:

'In Dei nomine amen.

Nos ego frater Conrardus prior — velint Deo respondere.' *supra nr. 101.*

'Nos Fridericus Dei gracia — in die sancti Egidii.' *supra nr. 103.*

Iste sunt protestationes, quas principes predicti eadem die et in eodem loco fecerunt:

'Protestatur serenissimus dominus Lud(ovicus) — requisiti fueritis, instrumenta.' *supra nr. 104.*

---

146. PROVISIONES CIVITATIS TERVISINAE.
(1326.) Febr. 3. 4.

Edidit Verci 'Storia della marca Trivigiana' IX, 95 nr. 1009 'tratta dal Codice documenti Trivigiani Co: Scotti N. 6.' — Editionem (ed.) *repetimus.*

Item eodem millesimo, indict(ione) et die[1] curia antianorum predicta in camino antianorum dicti comunis coram discreto et sapiente viro domino Ziliolo predicto etc. Proposuit dictus dominus Ziliolus vicarius predictus petens sibi consilium exhiberi, quid sit faciendum super eo quod videtur esse requisitum et requiritur, quod dominus Ugo de Duyno predictus debeat ire sociatus ambaxatoribus comunis Ter(visii) ad parlamentum, quod fit et fieri debet per dominos de Baveria, Boemia, Austria et Carinthia ad videndum et tractandum ibidem, quod per dictum dominum de Duyno et ambaxatores predictos comunis Ter(visii) habeat fieri pro honore et statu comunis Ter(visii) conservando et ampliando et potissime quod existentibus treguis per emulos et inimicos comunis Ter(visii) facte fuerunt multe et varie novitates in districtu Ter(visii) contra formam dictarum treguarum[2].

Item eodem millesimo et indict(ione), die Martis[a] IV. Februarii, consilio maiori comunis Ter(visii) etc. Dominus Thomasius de Galvello iudex antianus comunis Ter(visii) pro se et aliis suis sociis antianis dicti comunis consuluit, quod remaneat in discretione et arbitrio dominorum antianorum cum sapientibus eligendis per eos et sine sapientibus, secundum quod eis videbitur conferre et firmare cum dicto domino de Duyno id quod in predictis et circa predicta pro bono statu et pacifico comunis conservando crediderint expedire. Et quidquid per dictum dominum de Duyno et per dictos antianos cum sapientibus vel sine in predictis et circa predicta factum, ordinatum et firmatum fuerit, auctoritate presentis consilii plenam obtineat firmitatem, statuto vel reformatione in contrarium loquentibus non obstantibus[3]. Febr. 4.

---

145. b) Hec — Australem *in dorso cedulae annexae scripta sunt.*

146. a) Veneris Martis *ed.*

1) *Scil. a. 1326. ind. 9. die 3. m. Febr.* 2) *'Fu remissa a' consigli di XL e maggiore' additur in codice.* 3) *'Fu presa' additur in codice.*

147—150. FRIDERICI SCRIPTA VARIA.

1326. Febr. 8.—10.

147. *Litterae super civitate Gruningen.* *Febr. 8.*

Originale (or.) *in tabulario Turicensi. Descripsit iam olim Ph. Jaffé. Pendet sigillum loro membranaceo. — Ed. a. 1856. Kopp 'Geschichtsblätter aus der Schweiz' II, 303 nr. 1 ex* or.; *Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 280 nr. 443 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 333 Friedrich nr. 293 (Addit. II)[1].

Fridericus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus, ad quos presentes pervenerint gratiam suam et omne bonum.

Ad regie maiestatis fastigium sacrique Romani regni gubernaculum clemencia Creatoris erecti affectanter, sicut nostri interest, quoslibet nostros ac imperii principes et fideles in suis iuribus, que sibi in bonorum regni quorumcumque obligationibus seu quomodolibet aliter rationabiliter dinoscuntur conpetere, confovemus. Cum igitur ex notitia plurimorum publica conprobetur, quod illustres Lupoldus, Albertus, Heinricus et Otto duces Austrie et Stirie principes et fratres nostri karissimi pro parata ac prompta eorum peccunia de ipsorum ducatu Austrie allata, videlicet pro quatuor milibus marcarum argenti Basiliensis ponderis, opidum regale dictum Grůningen a felicis memorie Eberhardo comite de Wirtenberg, cui idem opidum per inclite recordationis dominum Albertum Romanorum regem patrem et predecessorem nostrum karissimum obligatum extitit, liberarunt, nos eisdem nostris fratribus prefatum opidum cum universis suis pertinentiis, iuribus, cons[u]etudinibus et obvencionibus nobis et imperio pertinentibus tam diu per eos et eorum heredes tenendum et utifruendum libere, quousque per nos aut nostros in regno successores eandem peccunie summam plene et integraliter persolutam rehabuerint, auctoritate regia et ex certa scientia tenore presencium pro dicti argenti summa ratione pignoris obligamus, nolentes quod si quid de hoc usi fuerint, in eadem summa ipsis in toto restituenda ut premittitur debeat defalcari. Promittentes insuper, quod ipsos in eiusdem opidi possessionem inducamus et inductos in eadem contra quemlibet tueamur quodque privilegia vel instrumenta contra hec venientia, si qua cives vel incole eiusdem opidi tenuerint, cassari facultate habita ordinemus. In quorum omnium evidentiam sigillum nostrum regale presentibus est appensum.

Datum in opido nostro Selssa, VI. Idus Februarii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, regni vero nostri anno duodecimo.

148. *Litterae super bonis imperii in Burgundia.* *Febr. 10.*

Originale (or.) *in tabulario caesareo Vindobonensi. Sigilli fragmentum pendet filis sericis flavi viridisque coloris. — Imaginem heliographicam 'Kaiserurkunden in Abbildungen' fasc. XI tab. 5 b contulimus; cf. 'Text' p. 468. — Ed. Kopp l. c. II, 304 nr. 2 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 178 Friedrich nr. 214.

[F]Ridericus[a] Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus, ad quos presentes pervenerint graciam suam et omne bonum.

148. a) *littera initialis exarata non est or.*

1) *Reg. Lichnowsky 'Gesch. des Hauses Habsburg' III p. CCCXCIV nr. 693 ad a. 1325.*

Serenitatis regie munificenciam semper decet eos uberioribus gracia et beneficiis sublevare et prosequi, quos ad sui status exaltacionem et obsequia reperit prompciores. Nos idcirco, cum illustres Lupoldus, Alb(ertus), Heinricus et Otto duces Austrie et Stirie principes et fratres nostri karissimi ad nostri exaltacionem ac conservacionem sacri Romani regni, dum esset in periculoso constitutum amfractu, totis suis voluntate et opere indesinenter et imperterrite pre ceteris laborarint, eisdem fratribus nostris eorumque heredibus castra, municiones, opida et villas ac iura patronatus ecclesiarum que ipsis insunt ac omnia alia bona, quocunque nomine censeantur, cum universis suis pertinenciis, iuribus, consuetudinibus et obvencionibus quibuscunque nobis et imperio ex morte felicis memorie Hartmanni comitis in Kyburch ac de homicidio seu fratricidio in eodem Hartmanno per fratrem suum Ebehardum perpetrato in Burgonia quod vulgariter Burgunden nuncupatur vacancia pro aliquali relevaminis consolacione et laborum recompensa libere in feudum conferimus de regie plenitudine potestatis, ipsos ad eorundem bonorum omnium possessionem tenore presencium ex certa sciencia auctoritateque regia inducentes. Promittendo insuper ipsis, si qua deinceps bona ibidem sentencialiter et ex[b] actione legitima vacaverint, quod ipsos de eisdem infeodare et in possessionem eorundem inducere ac inductos defendere debeamus. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum regale presentibus est appensum.

Datum in Selsa, IIII. Id. Febr., anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, regni vero nostri anno duodecimo.

149. *Litterae super obligatione civitatum imperii.* *Febr. 10.*

Originale (or.) *ibidem. Sigillum parum laesum pendet filis sericis viridis rubeique coloris. — Imaginem heliographicam l. c. fasc. XI tab. 5a contulimus; cf. 'Text' p. 468. — Ed. Kopp l. c. II, 305 nr. 3.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 178 Friedrich nr. 215.

Fridericus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus, ad quos presentes pervenerint graciam suam et omne bonum.

Sacri Romani regni regimini ordinacione deifica presidentes libenter, sicut tenemur ex debito, principes eiusdem regni, a quibus idem tamquam per bases egregias et columpnas immobiles sustentatur, extollimus ipsorumque fructuosa et famosa merita condignis retribucionibus eo liberius conpensamus, quo exinde iidem ad extollenciam regalis culminis ac imperialis decoris magis redduntur habiles necnon ipsorum exemplo ceteri ad devocionem eiusdem imperii animosius provocantur. Quocirca cum inter periculosos amfractus et turbaciones innumeras, quibus idem regnum a tempore, quo ei presedimus, a diversis ipsius emulis persuasione diabolica instigante multipliciter invasum et adeo desolatum existeret, quod quasi, sicut omnibus patuit, ultimam sui ipsius dissipacionem et excidium minaretur nec haberet quempiam suis repugnantem emulis et tribulacionibus succurrentem nisi illustres Lůpoldum, Albertum, Heinr(icum) et Ottonem duces Austrie et Stirie fratres et principes nostros karissimos, qui soli dumtaxat pre ceteris nostris et imperii principibus scuto bone voluntatis et galea debite fidelitatis, qua nobis et imperio tenebantur, armati ausi fuere abiectis quibusvis terroribus ad restringendam tam effrenatam nostri et eiusdem imperii controversie seviciam se et sua exponere dampnaque et expensas intollerabiles sustinere, sic quod Deo volente per ipsorum obsequia idem regnum ad statum tranquillum et pacificum est perductum, nos habito maturo consilio principum et sapientum nostrorum et imperii ipsis tamquam benemeritis

148. b) *corr. ex* exa *or.*

pro aliquali reformacione dampnorum et recompensa laborum suorum viginti sex milia marcarum argenti puri Constanciensis ponderis ex parte nostra et eiusdem imperii dare et expedire tenore presencium pollicemur. Obligantes et assignantes eisdem fratribus nostris pro eadem summa argenti de nostris et eiusdem imperii bonis, primo videlicet opidum Schafhusen, item opidum et advocaciam monasterii Sancti Galli, item opidum et ius patronatus ecclesie in Phulndorf, item opidum et castrum in Rinvelden, item opidum et ius patronatus ecclesie[a] in Mulhusen, item castrum et opidum in Cheisersberg, item opidum et ius patronatus[b] ecclesie[c] in Ehenheim, item opidum et advocaciam monasterii in Selsa, item vallem in Ure et advocaciam monasterii in Tysentis cum omnibus aliis iuribus patronatus ecclesiarum nobis et imperio pertinentium, si que predictis bonis inesse noscuntur, ac cum omnibus Iudeis et eorundem steuris nunc in predictis opidis residentibus necnon universis predictorum bonorum iuribus, proventibus et pertinenciis, quocunque nomine censeantur, per eos et ipsorum heredes, sicut a nobis et a nostris in imperio predecessoribus habita sunt, tam diu nomine pignoris a nobis et imperio tenenda et possidenda, quousque eadem a nobis aut nostris in imperio successoribus ab ipsis seu ipsorum heredibus pro predicta argenti summa fuerint absoluta, fructibus exinde obligacione predicta pendente perceptis, quos eciam pro obsequiis ipsorum eis libere donavimus, in sortem principalem minime computatis. Et quia de predictis bonis castrum Rinvelden, advocacia Tysentis et quedam alia prius aliis personis fore noscuntur ex parte imperii obligata, damus et tradimus predictis fratribus nostris plenam auctoritatem redimendi et absolvendi eadem bona pro illa summa, pro qua obligata instrumentis evidentibus edocentur, quam summam summe principali viginti sex milium marcarum superaddi volumus et asscribi, ita quod bona predicta eciam ipsis sint pro summa superaddita obligata quodque illi, qui predicta bona obligata retinent, predictos fratres nostros cum eisdem bonis respiciant eadem libere resignando, quandocunque iidem fratres nostri redimere voluerint bona predicta personis aliis obligata. Et ut predictorum bonorum obligacio ut premittitur salva et inconvulsa[d] a nobis et nostris in imperio successoribus permaneat nostris fratribus prenotatis, ipsis presentes litteras in evidens testimonium omnium premissorum tradidimus maiestatis nostre sigilli munimine roboratas.

Datum apud Selsam, IIII. Idus Februarii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, regni vero nostri anno duodecimo.

150. *Arbitrium inter Ludewicum et comites Palatinos.* *Febr. 10.*

Originale (or.) *in tabulario secreto domus regiae Bawarieae. Contulimus nos. Sigilla desiderantur, quae loris membranaceis pendebant. — Ed. Riezler 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XX, 255 nr. 28 ex* or.

Cf. supra nr. 117 et infra nr. 151.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 387 Friedrich nr. 382 (Addit. III).

Wir Friderich von Gotes gnaden Rŏmischer kúnig alle zit ein merer des riches verjehent und tůnt kůnt offenlich an disem briefe, daz wir mit sampt unserm lieben brůder und fúrsten herzoge Lupolte von Österich und von Styre von dem gwalte, den uns beiden unser lieber brůder kúnig Ludewig einsit und unser lieber fúrste und ŏheim herzoge Adolf von Baiern und phaltzgrafe bi dem Rine fúr sich und fúr sin brůder zu der andern siten gegeben habent úber den crieg, den si mit einander umb ir erbe ge-

149. a) *supra lin. add. or.* b) *sequ.* in *erasum or.* c) *in loco raso super* Ehenh *eraso or.*
d) *sequ. rasura quatuor litterarum spatium adaequans or.*

habet habent, sprechen des ersten also, daz man die phallentz und daz herzogentům zu Båyern gegen einander tailen sol in aller wise, als ob niht dar uz versetzet were, und súllent baidenthalben dar zu nemen erber und gemeine lúte, die in den landen oder dar ůz gesezzen sint, die wol betrahten und geschetzen kúnnen, weder teil bezzer si und welher bŏser si. Und súllent die selben von dem bezzern teͣile so vil dem bŏsern geben, swo daz ungeverlich bi dem nehesten gesin mag, also daz die tåil beide gelich werden ane alle geverde. Ez súllent ŏch die selben lúte beidú tåil mit namen, ez si an lúten oder an gůte, als si geteͣilet habent, an uns und unsern brůder herzogen Lúpolt bringen geschriben mit allen phanden, die uz beͣiden teͣilen versetzet sint und wem si versetzet sint, wand wir uns den gwalt behabt haben fúrbaz und behaben in gentzlich mit disem briefe umb alle sache, swie si genant sint, die den vorgenanten crieg an rúrent, also daz wir beͣide teͣile ansehen und erkennen wŏllen und die selben offen und benennen wŏllen und ŏch allez daz dar zu tůn wellen, daz wir wizzen daz zu beͣider sit nútz und gůt gesin mag. Und darúber zu eͣiner sicherheit haben wir mit unserm kúniglichem ingesigel und der vorgenante herzoge Lúpolt mit sinem ingesigel disen brief besigelt.

Und wir der vorgenant herzoge Lúpolt von Gotes gnaden herzoge in Ősterich und in Styr tůn kůnt offenlich, daz wir mit sampt unserm vorgenanten herren und brůder dem hohen kúnig Frid(erich) von Rom umb den teͣil gesprochen haben, als do vor geschriben stat, und haben uns ŏch den gwalt mit sampt im behabt, als do vor geschriben ist. Und dar úber haben wir ŏch unser ingesigel gehenket an disen brief zu einem urkúnde der vorgeschribenn dinge.

Diz ist geschehen und ist der brief gegeben zu Sels, an dem Mentage nach Invocavit, do man zalte [von] Cristes gebúrte drúzehenhůndert jar und darnach in dem sehsundzweintzigestem jare und in dem zwelften jar unsers riches.

---

151. LUDEWICI UNIO CUM COMITIBUS PALATINIS.
1326. Febr. 23.

Originale (or.) *in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Contulimus nos. Sigilli fragmentum pendet loro membranaceo. Eadem manu exaratum est qua Scriptum supra nr. 29. — Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 305 nr. 490 ex* or.

Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer chunig ze allen zeiten merer dez riches tůn chůnt allen den die disen brief ansehent oder hŏrent lesen, daz wir mit unsern lieben vettern Adolfen, Rudolfen und Ruprechten hertzogen in Beyern, unsers lieben bruder hertzog Rudolfs, dem Got gnade, sůnen lieplich ůber ein chůmen sein eines teiles, also daz wir haben genomen in Obern Beyern hie dishalb Tůnowe viere, daz seint Henrich von Gumpemberg und Henrich Preisinger von Wolnٌtsach an unserm taile und an unser vorgenanten vettern tail Hermannen von Rorbach und Rudolfen den Haslanger. Und haben enhalb Tůnowe vor dem Walde in dem ampt genomen wir chunig Lud(owich) Henrichen den Paulestorfer von Růden und Henrichen von Můr den alten und unser vettern Henrichen den Wildensteiner von Arnsperg und Weignanden von Trausnicht. Und bei dem Rin haben wir chunig Ludowich genomen Wiprechten Swenden von Weinheim und Iacoben von Dűrinchheim und unser obgenanten vettern Reynharten von Sickingen und Gotfriden den Pæuler. Und habent die alle gesworn auf den heiligen, daz ie viere in daz ampt reiten sullen do si hin geschaffet seint und sullen anschriben veste, gerichte, gůlte und gůt in aller weis als ez nicht versetzet were. Und sullen

daz anvahen an allez geverde, so si aller baldest můgn, also daz si daz geendet haben und domit chůmen hintz Ingolstat dez nehestn Mitchin in der Pfingestwochen und den Mai. 14. tail do ze machen und ze offen, also daz die Pfallentz ein teil sei und Beyern daz ander teil. Und waere daz ein teil bezzer were danne der ander, so sullen si zů dem andern teil legen, welher swaecher were, daz die teil baide gelich sein. Und gieng auch der tailer ainer abe in der vrist, dez Got nicht welle, so sullen wir, an welhem tail der ab gegangen ist, einen andern in den nehestn acht tagn darnach dar geben an allez geverde, swenne uns daz chůnt wirt. Ez sullen auch die vorgesprochen tailer, swenn si den tail gemachent, bringen an unsern lieben brůder[1] und seinen brůder hertzog Leupolden von Osterreich und von Steyr und sullen uns die dez ein gantze auzrichtigůng geben, als wir dez an si gegangen sein[2]. Und swaz auch versetzet ist und swem und umb waz, daz sullen die selbn tailer unserm vorgenanten brůder und oheimen chůnt tůn. Wir loben auch mit gůten triwen, daz wir schaffen sullen mit den selben tailern und mit allen unsern amptleuten und mit allen sachen, die wir wizzen nůtz und gůt dartz̊ sein, daz die sache ein gůt ende in dem vorgesprochen zile naeme an allez geverde. Waz auch unser egenanten bruder und oheim uber ein chůment daz uns beidenthalben ze fride und ze vreuntschaft chůmt, dez sullen wir gehorsam sein. Dar uber zů urchund geben wir disen brief mit unserm insigel versigelten.

Der geben ist zů Můnchen, an dem Sůntag so man singet Oculi, do man zalt von Crists gebůrt dreutzehenhůndert jar darnach in dem sechsundzweintzigistem jare, in dem zwelften jare unsers riches.

---

152. PAX GENERALIS TERRAE WESTFALICAE.
1326. Febr. 23.

Originale (or.) *in tabulario civitatis Tremoniensis. Contulimus nos. Pendent undecim sigilla parum laesa loris membranaceis, in quibus haec scripta sunt:* . . dm̄ . . Colon̄ comitis de Vinneburg castell. in Ruden houestat wůrstenberg Sůsat brilon Ruden actendern Riclinchusen Tremonia. — *Ed. Rübel 'Dortmunder Urkundenbuch' I, 296 nr. 428 ex* or.

Numeros capitum editionis citatae in margine adnotavimus.

In Godes namen amen.

1. Wi . . Henric van Godes ghenaden ein erchibiscop to Colne ein erchikenceller des rikes over bergh unde wi greve . . Robbracht van Virneborch marschalc in Westfalen unde wi ghemeynen borchman van Ruden, van der Hovestat, van den Vůrstenberg, van Snellenberg, van Werle, van Hallenberg, van Almene, van Aldenvilz, van Scharpenberghe unde wi bůrghermeystere unde rayt unde ghemeynen bůrghere van Sůyst, van Brilon, van den Berghe, van Attendern, van Riklinchusen, van Dorstene, van Werle, van Geseke, van Ruden, van Warsten, van der Kalenhart, van Bedelike, van Medebeke, van Winterberg, van Hallenberg, van der Smalenborch unde van Volcmers duyt kůndich allen den ghenen di disse breeve siit efthe horet lesen, dat wi uns verbunden unde to samene gheloevet hebbet mit den beschedenen luden den bůrghermeysteren unde deme raede unde mit den ghemeynen bůrgheren van Dortmůnde umbe dat beste unde umbe unrechte ghewalt to verdrivende unde de strate unde de lude in unsen lande to Westfalen mit der Godes helpe to bevredende in al der wiise alze hiir na beschreven is.

1) *Scil. Fridericus rex.* 2) *Supra nr. 150.*

2. To dem eyrsten so loeve wii vor ghenoemede . . Henric ein erchibiscop van Colne mit unseme neven greven . . Robbrachte van Virneborch unsen marschale, mit unsen ghemeynen borchmannen unde mit unser stat van Sûyst unde mit al unsen steden di hiir vor geschreven sint der stat van Dortmûnde, of inich man binnen der tiit disser gheloevede en unrecht ofthe ghewalt dede unde an rechte sic nicht wolde laten ghenûghen, wanne dat vervolghet wiirt alze hiir na geschreven stayt, so sûle wi en bi stayn mit raede unde mit helpe mit allen dinghen alze disse loevede to seghet. Des ghelikes sûlen de van Dortmûnde uns wider dûyn na irre macht alze de stat van Sûyst unde de anderen stede, de in disser loevede sind. c. 1.

3. Vortmer so sal unser heren iuwelic unde unse ammetlude, unse borchman unde stede bi irme alden rechte unde bi irre alden wontheyt bliven. c. 2.

4. Vortmer so en sal nimant den anderen anverdighen mit rove, mit brande ofthe mit andere unrechter ghewâlt, sûnder ein iuwelic man de sal siin sake vûrderen mit gerichte, ane dat ein iuwelic man mit sinen luden de eeme to horet unde up sime gude dûyn mach, alze van alders ein recht hevet gheweesen. Weyr oye dat inich man dit verbreke unde begrepen wûrde, so sal men deme cleghere unvertoghet richten. Weyr oye dat ein royf ofthe ein naeme unser eme ofthe in unsen landen ghenoemen wûrde, dat sal men keren unde unser iuwelic deme anderme helpen beschudden alto hant, alzo verre als men mach. Geschc aver des nicht, so sal de ghene, deme die naeme ghenoemen iis, alzo vort ein lantrecht vûrderen over di selven unrechten lude ande over den ghenen di de naeme unde die lude heldet, efte he des nicht weder dede, wanne he na formen disses vredes vervolghet wiirt. c. 3.

5. Oye sûle wi ein ghemeyne inghesceghel hebben to disser loevede unde dat sal halden de rayt van Sûyst van disser tiit bitte sûnte Mychaeles daghe unde dar na sal Sept. 29. dat weesen, wayr de ghene best dûnket, di to disser loevede gesat sint van unser aller weghene. Unde so weeme unrechte ghewalt wirt ghedayn, de sal vort varen, als hiir vor geschreven iis, unde sal dan dat kûndighen unde claghen der stat, de dat inghesceghel hevet. So sal di selve stat van unser aller weghene alto hant breyve unde boden senden deme selven manne ofthe den selven luden unde eysghen unde manen, dat men die naeme weder gheve unde dat unrecht weder do unde kome binnen viirtiin daghen to daghe up eine leyghelike stat unde nehme unde gheve dayr dat ein recht iis. Weyr aver dat di selve man ofthe di selven lude des nicht dûyn ne wûlden, so sal men se vredeloys kûndighen unde hâlden, alzo vort alze dat gheeysghet wiirt in al den sloeten, di in disser gheloevede begrepen sint. c. 4.

6. Vortmer so we up der strate ofthe in dissen landen vor einen unrechten man up ghehalden ofthe ghevanghen wiirt, den sal men vûren in dat neyste sloyt unde sal dat alte hant kûndighen al den anderen sloeten, dat di man dayr ghevanghen si. Unde kûmet dan iemant binnen viirtiin daghen de claghen wil, deme sal men dûyn recht gerichte. c. 5.

7. Vortmer so hebbe wi vorghenoemde erchibiscop van Colne, greve . . Robbracht van Virneborch unde ghemeynen borchman de stat van Sûyst unde anderen stede twelf man, dre riddere, ses bûrghere uyt deme raede van Sûyst unde dre bûrgere van den anderen steden van unser aller weghene unde de stat van Dortmûnde ses man uyt irme raede van irre weghene hiir to ghekoren unde ghesat. Disse achtiin man sûlen macht hebben in allen dinghen van unser aller weghene volghe to settende, recht to wisende unde to sprekende up er eyde unde up er truwe unde up er beschedenheyt uppe alle sake, de vor se ghebracht wiirt. Unde wat se vindet umbe dat beste unde wes di meyste menie van ein over ein dreghet, dat sal vort gayn unde dat sal manlic dûyn mit guden willen unde mit guden truwen, alzo verre alze he kan ofthe mach, unde wat se vor ein recht spreket, dat sal vort gayn. Weyr aver dat disser achtiiner c. 6.

ofthe iemanne van en uppe deme weghe, dayr se reden ofthe weren van disser gheloevede weghene, des God nich ne gheeve, icht arghes gesche, dat solde uns alto male ane gayn unde sûlden dayr to dûyn, alze disser loevde recht iis.

c. 7. 8. Vortmer de stat, de dat ingheseghel hevet, di sal macht hebben beede unde mane breyve to ghevende, so weme des noyt iis, unde to verbodende disse achtiine, de hiir to ghesat sint, unde leyghelike daghe to leyeghende, wû dicke unde uppe wileke stat des noyt iis. Weyr aver dat disse achtiine up eine stat verbodet wûrden unde ofthe er wile nicht ne queme ofthe in siin stat neymant ghesant wûrde, wes dan de ghene, de dar to samende kûmet, over ein dreghet, dat sal nochtant vortgayn.

c. 8. 9. Oyc so ensal men neynen vredeloysen manne ofthe straten rovere in allen dissen sloten vrede ofthe vûrwarde gheven.

c. 9. 10. Vortmer allet dat er disser gheloevede to rove unde to brande kumen was, dat ne sal neymant in disse loevede tiin ofthe brenghen.

c. 10. 11. Vortmer so geschach unde begûnde disse gheloevede unde dit verbûnt des
1326. Febr. 23. Sunnendaghes vor Mitvasten, du men schreyf van Godes ghebûrt dusent drehûndert unde sesuntwintich jar, unde sal stayn bit sûnte Michaeles daghe de nû kûmen sal unde
1328. Sept. 29. dar na over twe jar. Unde ghesche binnen disser tiit unser iemanne enigherhande sake, de to claghe queme unde aenghesat wûrde, als hiir vor geschreven iis, de men binnen disser tiit nicht vor enden ne kûnden, des sûle wi na disser tiit bi ein bliven van des verbûndes weghene, als hiir vor ghereydet iis, alzo langhe wente de sake vor endet wûrde, alzo dat de cleghere der sake ende der meysten menie van den achtiinen to aller tiit ghehorech si.

12. Alle disse vor geschrevenen reede de loeve wi vor ghenoemede erchibiscop van Colne unde wi greve . . Robbracht van Virneborch ein marschalk vûr uns unde vûr alle de unse unde wi ghemeynen borchman unde wi de stat van Sûyst unde de anderen stede des stichtes van Colne, di in disser gheloevede begrepen sint, unde wi de stat van Dortmûnde bi unser truwe ane al arghelist stede unde vast to holdende, alzo verre als wi kûnnen unde moghen. Unde to eeme orekûnde unde to eyner vestennûnghe alle disser vor geschrevennen dinc so hebbe wi vor ghenoemede . . Henric ein erchibiscop van Colne, wi greve . . Robbracht van Virneborch, wi borchman van Ruden, van der Hovestat, van den Vûrstenberghe unde wi de stat van Sûyst, de stat van Brilon unde van Ruden, van Attendern, van Riklinchusen unde wi de stat van Dortmûnde van unser aller weghene disse breyve beseghelt mit unsen ingheseghelen.

Dit verbûnt unde disse gheloevede sint ghescheyn up den selven dach unde in deme jare als hiir vor ghesehreven iis.

153—159. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE DIVERSIS MISSAE.

1326. Mart. 7.—12.

153. *Litterae ad archiepiscopum Coloniensem.* *Mart. 7.*

Copia (e.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 113 fol. 254 nr. 1495. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 271 nr. 636 ex* e. *(decurtatum); Sauerland 'Urkunden und Regesten' I, 413 nr. 899 ex* e.

Reg. Löher loco supra ad nr. 2 citato p. 268 nr. 347; Preger-Reinkens p. 190 nr. 265.

Henrico archiepiscopo Coloniensi.

Dil. fil. nobilis viri Theoderici comitis Clevensis emissa per litteras querela continebat, quod comitatum de Hilkerade, qui ab ipso tenetur in feudum, eo contradicente

penitus et legitime prohibente, ut asserit, iam fraternitas tua[a] emit quodque a marcharum annuarum in pedagio tuo ex paterna successione sibi debitarum solucione cessavit, causam aliquam super hoc racionabilem non pretendens. Quia ergo frater considerato munere communi iusticie, ad quod debito universali constringeris, decet et expedit, ut nullum ledas aut opprimas aut contra illam non offendas iniuste, fraternitatem tuam rogamus, quatinus sic in premissis tu ipse velut iudex et testis promptam exhibeas comiti prefato iusticiam, ut te in hac parte reddente quod debes et vitatis scandalis gravibusque dispendiis, que oriuntur ex litibus, nos dare alium ex officii debito non oporteat iudicem, qui inter utrumque diiudicet querele proposite veritatem tuque super hoc ex effectu probabili dignis in Domino valeas laudibus commendari.

Datum Avinion(e), Non. Marcii, anno decimo.

154. *Litterae ad archiepiscopum Treverensem priores.* *Mart. 9.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 254 nr. 1496. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 272 nr. 637 ex* c.; *Sauerland l. c. I, 413 nr. 900 ex* c.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 219 Päbste nr. 47; Löher l. c. p. 269 nr. 348; Preger-Reinkens p. 190 nr. 266.

Baldewino archiepiscopo Treverensi.

Fraternitatis tue litteras nobis per dil. fil. Everhardum decanum ecclesie Sancti Petri Maguntin(e) et Conradum ordinis Premo[n]stratensis tuos nuncios presentatas, per quas petebas eisdem nunciis super hiis, que ex parte tua proponerent, fidem indubiam adhiberi, benigne recepimus ac in eis contenta et que ipsi nuncii voluerunt proponere, intelleximus diligenter. Sane non sufficimus admirari, quod in cor alicuius prudentis. qui nostros processus contra Bavarum habitos noverit[a], ascendere possit vel potuerit, quod concordia, que facta esse inter Australes et Bavarum dicitur, nobis grata sit vel accepta, presertim cum illa concordia solis tribus ex ipsis, ad plus quatuor nota, omnibus aliis, prout fertur, occulta remanet et incerta. Ex quo probabiliter convincitur reproba et indecentia ac iuri sancte Romane ecclesie et illorum, ad quos ius eligendi regem assumendum in imperatorem pertinet, obvia continere, presertim cum Bavarus hiis, que Australes asserunt, non concordet, immo sicut fertur in duabus congregationibus eligentium habitis pro parte sua hiis fuerit contradictum expresse. Miramur insuper nec sufficimus admirari, cum nobile membrum esse noscaris ecclesie sancte Dei, cur a capite et commembris tuis aliis publicando processus contra dictum Bavarum habitos te renuis conformare. Quocirca fraternitatem tuam requirimus et hortamur, ut attendens attentius, quantum Deum offendis et matrem tuam, que te prefecit ecclesie Treverensi, quantumque honori tuo detrahis quantisque per hec periculis te exponis, preceptis sedis apostolice totiens iteratis obedire non protrahas, sed ea prompte studeas adimplere. Per hec etenim offensam divinam et sedis placabis apostolice et varia pericula devitabis ad nosque secure recurrere poteris et sedem eandem, quam invenies in tuis oportunitatibus propiciam et benignam.

Datum Avinion(e), VII. Idus Marcii, pontificatus nostri anno X.

155. *Litterae ad comites de Nassow aliosque.* *Mart. 10.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 254 nr. 1499 et fol. 254' nr. 1500. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 272 nr. 638 ex* c. *(decurtatum); Sauerland l. c. I, 415 nr. 903 et 904 ex* c.

153. a) fraternitati tue *c.*

154. a) nouiter *c.*

Iohanni comiti de Nassowa[a].

Nobilitatis tue litteras per dil. fil. Ottonem notarium et Henricum de Iuliaco nuncios tuos nostro apostolatui presentatas benigne recepimus. Sane fili quia per easdem litteras et nunciorum relationem ipsorum grandis devotionis affectum, quem ad nos et Romanam ecclesiam gessisse hactenus et gerere dinosceris, exprimendo te liberaliter et prompte ad nostra et ipsius ecclesie obsequia ubicumque, presertim adversus quosvis eiusdem rebelles ecclesie obtulisti, nos super oblatione huiusmodi Deo grata nobisque ac sedi apostolice placida et accepta eidem nobilitati tue gratiarum actiones uberes referentes, tuam providentiam attentius exhortamur, quatinus in huiusmodi laudando proposito sic constanter et strenue operis exhibitione persistas, quod inde apud Deum perennis boni premium ac nostram et eiusdem sedis gratiam uberius merearis. Et ecce quod petitiones tuas nobis oblatas, quas secundum Deum et nostram decentiam licuit, duximus ad exauditionis gratiam favorabiliter admittendas. Moram prefati Henrici, quem usque nunc certis ex causis retinuimus, excusantes[b].

Datum Avinion(e), VI. Idus Marcii, anno decimo.

Gerlaco comiti de Nassowa.

Nobilitatis tue litteras per dil. fil. Henricum de Iuliaco tuum nuncium etc. ut in alia excepto quod non loquitur nisi de hoc uno nuncio.

Datum ut supra.

In e. m. ut prox(ima) nobili viro Ottoni langravio Hassie

Item comiti Arnsberg[c].

Datum ut supra.

156. *Litterae ad comitem Iuliacensem.* *Mart. 10.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 255' nr. 1509. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 273 nr. 639 ex* c.; *Sauerland l. c. I, 416 nr. 905 ex* c.

Gerardo comiti Iuliacensi.

Non ignoramus fili, qualiter sincere devotionis affectum, quem geris ad Romanam ecclesiam, producens hactenus obsequiosis operibus in apertum, apostolice sedis nuncios per tua dominia transeuntes ob nostram reverentiam favorabiliter conduxisti. Super quibus nobilitati tue graciarum actiones uberes referentes, eandem rogamus, quatinus in devocione huiusmodi solita continuatione persistas. Petitiones autem tuas per dil. fil. Henricum de Iuliaco pro parte tua nobis oblatas, quas secundum Deum potuimus, favorabiliter ad exauditionis effectum admisimus. Moram prefati Henrici, quem usque nunc certis ex causis retinuimus, nichilominus excusantes.

Datum Avinion(e), VI. Idus marcii, anno decimo.

157. *Litterae ad abbatem de Montione.* *Mart. 10.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 360 nr. 2118. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 273 nr. 641 ex* c.

Reg. Löher l. c. p. 269 nr. 349; Preger-Reinkens p. 190 nr. 267.

Paulo abbati monasterii de Montione Pisan. dioc.

Litteras tuas, per quas statum et rumores civitatis Pisan(e) nobis seriose describere curavisti, benigne recepimus. Quarum serie diligenter intellecta intentionem tuam

155. a) Nassewa *c.* b) excusatos *c.* c) Arrisberg *c.*

laudabilem super contentis in eisdem litteris ac solicitudinem in notificatione premissorum adhibitam plurimum in Domino commendamus, tuam prudentiam exhortantes, quatinus per te ceptis et hactenus continuatis laudabiliter sic vigilanter et constanter cures persistere, quod proinde nostram et apostolice sedis gratiam uberius mercaris. Que nuncianda tibi super predictis et aliis occurrerint, nobis quotiens oportunum cognoveris, more solito rescripturus. Ad hec fili te scire volumus, quod ea que de parlamento generali Bavari tenendo iuxta suam assertionem mendosam in medio Quadragesime fore Mart. 2. suggesta dicuntur, nequaquam debent fidelium cordibus timorem incutere nec turbationis alicuius materiam ministrare, cum ille velut a Deo reprobatus se ipsum declaraverit reprobum, se iure, quod habere dicebat ad regnum vel imperium, quamvis nullum sibi competeret, penitus spoliando.

Datum Avinion(e), VI. Idus Marcii, anno X.

158. *Litterae ad archiepiscopum Treverensem alterae.* *Mart. 12.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 254 nr. 1497. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 275 nr. 645 ex* c.; *Sauerland l. c. I, 417 nr. 910 ex* c.

Eidem[1].

Fraternitatem tuam volumus non latere, quod illas de petitionibus tuis pro parte tua nobis, postquam littere nostre tibi directe novissime a nobis emanarunt, oblatis, quas secundum Deum nostramque decentiam licuit, ad exauditionis gratiam duximus favorabiliter admittendas.

Datum Avinion(e), IIII. Idus Marcii, anno decimo.

159. *Litterae ad Iohannem regem Bohemiae.* *Mart. 12.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 254 nr. 1498. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 275 nr. 646 ex* c.; *Sauerland l. c. I, 417 nr. 911 ex* c.

Regi Boemie.

Consueta patris affectione recepimus regalis magnificentie litteras, quas dil. fil. Guillelmus Pinsonus earum nuncius attulit, necnon et petitiones per eum pro parte tua nobis exhibitas, quibus quantum decenter potuimus, duximus annuendum, prout in litteris apostolicis super illis confectis plenius excellentia regia videre poterit contineri. Super non concessis habeat nos quesumus ipsa excellentia regia excusatos. Circa illud autem, quod [pro] venerabili fratre nostro Iohanne Pragensi episcopo de ipsius expeditione vel gratiosa per nos eidem facienda iusticia petiisti, noveris fili carissime, quod si casus, pro quo idem episcopus in curia remanet, esse[t] talis, quod nos liberaliter agere cum ipso permitteret, iam diu est quod id factum contemplatione regia procul dubio extitisset. Similiter et illud intendimus, quod gratiosam sibi iusticiam, si pateretur negocii qualitas, fecissemus. Verum in ea parte dictus episcopus deficere quodammodo noscitur et sibi, dum non prosequitur ipsum negocium, nisi quando in dicta curia tui presentes sunt nuncii, debet huiusmodi expeditionis sue dilatio imputari. Nichilominus tamen consideratione tam regia quam Pragensis ecclesie prefati negocii expeditioni petite dante Domino sedule intendemus. Iam enim mandavimus, ut in primo consistorio partes coram nobis debeant comparere.

Dat. ut supra[2].

---

1) *Praecedit supra nr. 154.* 2) *Scil. nr. 158.*

160. CASTRUCCII RECEPTIO DOMINATUS PARTIS IMPERIALIS FLORENTINAE.

1326. Mart. 9.

Copia (c.) *in Copiario 'Armario II nr. 116' saec. XIV. (Capitoli IV) fol. 51' tabularii regii Lucani. Contulimus nos. — Ed. Manucci 'Le Azioni di Castruccio Castracane. Terza Edizione' (Lucca 1843) p. 206 nr. 17 ex* c.

In nomine Domini amen.

Magnificus et potens dominus Castruccius de Antelminellis imperiali gratia Luce, Pistorii etc.[a] dominus vicarius generalis habens reverentiam ad sacrosanctum Romanum imperium et imperialem partem et affectans augmentum[b] perpetuum sacrosancti Romani imperii et eius partis, considerata concordia et unanimi voluntate partis imperialis civitatis, comitatus et districtus Florentie et hominum dicte partis, quam habuerunt circa[c] electionem predictam, visa electione de eo facta per dictam partem et homines dicte partis et presentatione eidem facta per sindicos suprascriptos[1], volens condescendere precibus et supplicationibus dictorum sindicorum et dicte partis et hominum dicte partis, super hoc plena deliberatione habita, Christi omnipotentis Dei nomine invocato, ad eius honorem et sacrosancti Romani imperii et partis imperialis ubicumque sit, dictam electionem sibi ut supra dictum est presentatam gratiose et alacriter acceptavit secundum formam electionis predicte et articulorum contentorum in ea[1].

Acta fuerunt predicta Luce in sala palatii dicti magnifici domini, presentibus domino Matheo de Assisio vicevicario dicti magnifici domini, ser Iohanne Cassiani notario cancellarie ipsius domini, Fulcerio de Fuligno et pluribus aliis ibidem existentibus testibus ad hec vocatis et rogatis, sub dictis anno, ind.[2], die nono mensis Martii[3].

---

161. UNIO PRIOR INTER LUDEWICUM ET FRIDERICUM REGEM TRINACRIAE.

1326. Mart. 17.

Cf. supra nr. 111.

Originale (or.) *in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Contulimus nos. E tribus sigillis, quae linis flavi rubeique coloris pendebant, servatur nonnisi secundi fragmentum; reliqua desiderantur. — Ed. Riezler 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XX, 251 nr. 25 ex* or. *(male ad a. 1325).*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 356 nr. 3230 (Addit. III) (item male ad a. 1325).

De tempore cf. J. Priesack 'Die Reichspolitik des Erzbischofs Balduin von Trier' p. 167.

Cf. infra ad a. 1327. Iul. 25.

In nomine domini nostri Iesu Christi amen.

Uniantur capiti menbra sua, ut corpus unionis soliditate[a] suffultum conprimat turbinis inpetus fluctuosos et dextera adiutrice orbis gubernator et rector excitata potencia

160. a) *praecedit in fine lineae supra lineam scriptum:* lime *c.* b) augumentum *c.* c) citra *c.*
161. a) itate *in loco raso or.*

1) *Acta electionis die 24. m. Febr. factae in codice servata non sunt; sed cf. Davidsohn 'Gesch. von Florenz' III, 761 not. 2.* 2) *A. 1326. indict. nona.* 3) *Subscriptiones notariorum omisimus.*

veniat, calupniancium iniquitates expellat, conterat reprobos, bonos et iustos protegat et conservet. Consurgant igitur et opitulentur mundi principes singulares velut menbra nobilia debitum officium adinplentes, magnificam operam adhibeant efficacem, ut omnis anima subesse debeat tamquam preexcellenti principi Romanorum[1]. Ex hiis ergo motis serenissimis et magnificis principibus domino Lodovico Romanorum rege illustri semper augusto et domino Friderico Sicilie rege inclito, dictus illustris rex Romanorum per generosum et venerabilem virum fratrem Albertum de Nigrocastro ordinis sancti Iohannis Ierosolimitani per Alamaniam preceptorem nuncium, ambassiatorem et procuratorem suum ad hoc per eum specialiter constitutum, ut apparet per quoddam scriptum ipsius serenissimi domini principis Romanorum suo sigillo pendenti munitum[2], dictum inclitum dominum regem Fridericum requisivit, ut idem dominus rex Fridericus cum eodem illustri domino rege Romanorum ad confusionem et stragem hostium fidei christiane et aliorum adversancium et rebellium sacri Romani imperii unionem, amiciciam, confederacionem et ligam inire deberet, ut sic virtus unita existat validior et dupplex funiculus difficilius disrumpatur[3]. Predictus autem inclitus dominus rex Fridericus imitando iusticiam eamque totis viribus amplectendo et pro ea personam et regnum ac omnem substantiam omnibus eventibus disponendo per nobiles et egregios dominum Petrum de Antiochia regni Sicilie cancellarium ac serenissime domine regine Sicilie maiorem domus consanguineum et dominum Simonem de Valguarner(a) capitaneum insolarum Gerbarum et Lerlenarum milites ad infrascripta procuratores et nuncios suos, ut apparet per quoddam scriptum inde confectum sigillo pendenti dicti domini regis Friderici munitum[1], unionem, amiciciam, confederacionem et ligam cum eodem domino fratre Alberto procuratorio nomine et vice dicti serenissimi domini principis Romanorum inivit et fecit, ut inferius denotatur:

2. Videlicet quia dicti procuratores et nuncii dictorum dominorum regum nomine dominorum eorum vicissim eosdem dominos principaliter et effectualiter obligantes contraxerunt presencialiter firmam unionem, confederationem et ligam indissolubilem perpetuo duraturam in partibus tantum Ytalie observandam, scilicet citra montes et specialiter in toto regno Sicilie et usque in insola Sicilie inclusive, quam diu videlicet in eisdem partibus Ytalie dictus dominus illustris Romanorum rex fuerit vel in ipsarum aliqua commoratus personaliter, ita quod dicti principes sint et esse debeant amici amicorum et inimici inimicorum eorum et unus alterum et alter alterum invicem teneatur et debeat adiuvare bona fide iuxta posse consilio, auxilio et favore contra quascunque personas, cuiuscunque gradus, status et condicionis existant, inimicantes cuicunque eorum imperio atque regnis, exceptis serenissimo domino rege Aragonum reverendo et karissimo fratre dicti domini regis Friderici et successoribus eius. Si tamen dictus illustris Romanorum rex per totum mensem Iulii primo venturum presentis none indic- Iul.
tionis ad partes Ytalie venerit personalis, presens unio, liga et confederacio inviolabilis perseveret. Si autem infra idem tempus dictus serenissimus dominus Romanorum rex in Ytaliam non venerit personalis, quod eo ipso dicta unio, liga[b], confederacio et sacramenta prestita nullam optineant roboris firmitatem, set uterque princeps ab eadem unione, liga, confederacione et sacramentis prestitis in animabus eorum liber absolutusque remaneat ipso iure, vera tamen semper amicicia remanente. Promiserunt eciam dicti procuratores et nuncii sibi vicissim nominibus quibus supra, quod dicti eorum domini predictam unionem, confederacionem et ligam secundum modum superius limitatum perpetuo bona fide servabunt et inviolabiliter optinebunt.

161. b) *sequ.* et *delet. or.*

1) *Cf. supra tom. IV, 965 lin. 27.* 2) *Servatum non est.* 3) *Cf. Eccles. 4, 12.*

3. Et pro abundanciori cautela et firmitate omnium predictorum predictus dominus frater Albertus ex potestate sibi concessa a dicto domino Romanorum rege, quod idem dominus rex Romanorum premissa et quodlibet premissorum firmiter observabit, prestitit dictis dominis Petro et Simoni nunciis et procuratoribus dicti domini regis Friderici in animam ipsius domini regis Romanorum ad sancta Dei euangelia iuramentum corporaliter tacto libro. Et versa vice dicti domini[e] Petrus et Symon nomine dicti domini regis Friderici in animam ipsius ex potestate eis concessa ab eodem domino rege Friderico prestiterunt eidem domino fratri Alberto nuncio et procuratori dicti illustris domini regis Romanorum simili modo et forma corporale et debitum ad sancta Dei euangelia iuramentum. Ac tam dictus dominus frater Albertus quam predicti domini Petrus et Symon in presenti puplico instrumento et altero huic consimili[1] ad maiorem certitudinem premissorum de cera eorum sigilla pendencia posuerunt, unde ad futuram memoriam et ut de premissis fieri valeat ubilibet in posterum plena fides, et utriusque partis cautelam facta sunt inde duo puplica consimilia instrumenta per manus mei Bartholomei de Adam de Messana regii puplici in tota Sicilia notarii, presens videlicet ad cautelam dicti serenissimi domini Romanorum regis et alterum huic consimile ad cautelam dicti illustris domini regis Friderici, circumspecti iudicis Gualterii de Manna de Messana iudicis civitatis Messane anno presenti, mei predicti notarii et subscriptorum testium subscripcionibus et testimonio roborata.

Acta sunt hec in civitate Messane in hospitali sancti Iohannis Ierosolimitani in presentia predictorum iudicis Gualterii et mei notarii ac nobilium et circumspectorum domini Mathei de Palicio, domini Perroni de Guerciis militum et domini Falconi de Falcon(ibus) civium civitatis ipsius ac domini Francisci de Acollis Panormitani canonici, fratris Iohannis de Spyra commendatoris Ratispone, Friderici dicti Ebenerii, Werenher de Sulcz testium[d] ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, anno dominice incarnacionis millesimo trecentesimo vicesimo quinto[2], mense Marcii decimo septimo eiusdem, none indiccionis, regnantibus serenissimis dominis regibus Sicilie illustri domino rege Friderico regni eius anno tricesimo et inclito domino rege Petro secundo suo primogenito in dicti regni administracione suum generaliter locum tenente regni eius anno quinto, feliciter amen amen.

† Ego[e] Gualterius de Manna iudex Messan(us)

† Ego Matheus de Palicio de Messana miles domini regis consiliario[f] premissis interfui et testor

† Ego Perronus de Guerciis de Messana miles premissis interfui et testor

† Ego Falconus de Falconibus de Messana premissis interfui et testor

† Ego Franciscus de Colle Panormitan(us) canonicus premissis interfui et testor

† Ego[g] Fridericus Ebener premissis interfui et testor

† Ego frater Iohannes de Spyra comendator Ratispone[h] nesciens scribere per manus Friderici Ebenerii me subscribi feci

† Ego Werenher Wisso de Sulcz nesciens scribere per manus Friderici Ebenerii me subscribi feci.

(S. N.) Ego Bartholomeus de Adam de Messana qui supra regius puplicus in tota Sicilia notarius predictis interfui et ea scripsi et testor.

---

161. c) *corr. ex* dn̄s *or.* d) *bis scriptum or.* e) *quae sequuntur cuiusque testis manu scripta sunt or.* f) *sic or.* g) *Fridericus pro se, Iohanne et Werenhero atramento pallidiori subscripsit or.* h) com. Rat. *supra lineam post add. or.*

1) *Servatum non est.* 2) *Secundum stilum annuntiationis.*

162. 163. LITTERAE REGI ARAGONUM DIRECTAE.
(1326.) Mart. 26.—Apr. 21.

162 *Litterae G. Oulomarii.* *Mart. 26.*

Originale (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi CRD nr. 34 s. f. Sigilli vestigia apparent. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, 420 nr. 276 ex* or. *Editionem repetimus.*

Siats certs quel duch Leopollo d'Ostalrich es mort[1]. De la qual cosa lo papa se te per consumat. Car lo dit duch tenia empatxar lo duch de Bauera, que no podia passar deça sino per la terra de Leopollo, qui tenia ab lo papa. Per que a el ha fet gran despagament la dita mort. E los Gelfs meteys se tenen ara perdit, quel duch de Bauera entrara deça per çert . . .

Escrita en Barchinona, Dimecres apres Pasqua.

163. *Litterae nuntiorum.* *Apr. 21.*

Originale (or.) *chartaceum ibidem CRD nr. 11279. Sigilli vestigia apparent. — Ed. Finke l. c. I, 421 nr. 277 ex* or. *Editionem repetimus.*

Altissime regie magestati Aragonum.

1. Significant devoti vestri nuntii . . Oscensis episcopus et Berengarius de Sancto Vicentio, quod die Dominica XII. Kalendas[a] Madii recepimus licentiam et comeatum a Apr. 20. domino nostro papa, gressus corporeos ad excellentiam vestram per dietas continuas maturantes. Est autem, serenissime princeps, ipsius domini pape intencio, ut quam cicius esse poterit, prius in Siciliam et post in Neapolim acceleremus per mare totaliter iter nostrum, ut excellencie vestre duximus per nostrarum continenciam literarum [nunciandum][b]. De imperatore nova certa in curia non sunt. Dicitur tamen in curia, quod in hac estate veniet in Lombardiam, alii contrarium asserentes. Et videtur fore verum, quia rex Robertus paravit galeas CXXX numerum ascendentes, et fertur comuniter, quod intendit in Siciliam mitere fratrem suum. Et si de imperatore timeret, non curaret in Siciliam mitere dictum stolium galearum. Ex quo videtur serenitatis vestre salvo consilio saniori, quod hec domino regi Frederico notificarentur, quam cicius esse posset, ne confidens de huius pacis tractatus materia eidem interim in regno suo fraus seu dampnum aliquod versupelliter ordiretur, quia pro constanti anno isto dictum stolium galearum regnum Sicilie introibit.

2. Dux Calabrie venit in Florentiam et dominus papa in favorem ipsius mitit ad illa confinia dominum Iohannem Gayetani cardinalem noviter pro legato, qui dux dicti cardinalis vallatus presidio imperatori, si illas partes adeat, resistere valeat plena manu. Insuper Pissani miserunt embaxatores ad regem Robertum et nunc ad dominum papam, qui sunt in curia et tractant, quod dabunt castrum Cayllarii regi Roberto et ducenta millia florenorum et ipse veniret eis in adiutorium contra excellenciam vestram in Sardinea cum dicto stollio galearum. Qui respondit, quod castrum Cayllarii nec regnum eciam Sardinee non duceret acceptandum, set si vellent sibi tradere dominium civitatis de Pissa in perpetuum et ducenta millia florenorum in adiutorium expensarum, accomodaret eis quinquaginta galeas, cum quibus possent se tueri a potencia vestre regie

163. a) mensis *ed.* b) *sic fere add. or.*

1) *A. 1326. Febr. 28.*

maiestatis. Ipse tamen, eius filii sive fratres non exponerent quoad presens eorum apertius presenciam personalem. Ceterum Ianuenses de Ianua et de Saona promiserunt in omnibus iuvare regem Robertum tanquam eorum dominum specialem et ipse promisit eis auxilium et defensionem contra quoscunque contra eos quomodolibet insurgentes. Et cum minus feriant iacula que previdentur, antequam excellencie vestre asistamus, literatorie hec predicimus . . .

Script. Avinione, XI. Kalendas Madii.

---

164. 165. LUDEWICI SCRIPTA PRO LANTGRAVIO THURINGIAE.

1326. Apr. 21.

164. *Litterae pro lantgravio.* *Apr. 21.*

1 *Originale in tabulario generali Dresdensi; iussu praefecti descriptum est; pendet sigillum valde laesum filis sericis rubei viridisque coloris;*

2 *copia in Libro cancellariae Ludewici regis, de quo v. supra ad nr. 4—14, fol. 117, ubi rubrum:* Marchgravio Myssen.*; contulimus nos, sed potiores tantum lectiones adnotavimus.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 51 nr. 866.

Wir Ludowich[a] von Gots gnaden Romischer chunig ze allen zeiten merer dez riches verjehen offenlich an disem briefe, daz wir unserm lieben fursten und eydem Friderichen[b] lantgraven von Důringen und marchgraven von Misne[c] zů den zweintusent marchen silbers, die im gegeben hat unser vorvar cheiser Henrich[d] saelige, und zů den dreintusent marchen silbers, die wir im auch gegeben haben umb seinen dienst, den er uns und dem riche getan hat, geben fůr seinen schaden, den er grôzlich und manichvalt genomen hat in demselbn unserm und dez riches dienst, achttusent march silbers und wirt der summe also uber al dreitzehentusent march lôtiges silbers. Fůr dieselbn versetzen wir im und seinen erben daz haus und die stat ze Aldembůrch[e], die stete Chemnitz und Zwikowe und daz lant ze Plysen mit læuten, mit guten, mit gerichten, mit lehen, mit aller herschaft und mit allem dem daz datz̊ gehôrt, als daz riche do gehabt hat und hat, alslang ze haben und ze niezzen, untz daz wir oder unser nachchůmen an dem riche daz allez von im oder seinen erben umb die dreitzehentusent march lôtigs silbers widerlôsen. Dobei[f] scint gewesen die edeln manne Bertolt grafe von Hennemberg, bruder Cunrat von Gundolfingen maister dez Deutschen ordens in Deutschen landen, Friderich von Truhendingen, Bertolt von Nyffen, Albrecht burchgrave von Aldembůrg, Henrich der Lange von Plawen, Henrich von Plawen genant Růzze und Henrich von Wida vôgte[f]. Daruber zů urchund geben wir in disen brief mit unserm chuniclichem[g] insigel versigelten[h].

Der geben ist zů Noremberg[i], an dem Montag vor sand Georiitag, do man zalt von Crists gebůrt dreutzehenhůndert jar darnach in dem sechsundzweintzigistem jare, in dem zwelften jare unsers riches[k].

164. a) Lud. 2. b) Friedrichen 2. c) Mysne 2. d) Heinr. 2. e) Aldemburch 2. f) Dobei — vôgte *des.* 2. g) *excidit* 2. h) vers. m. u. i. 2. i) Nurenberg 2. k) *sequuntur in* 2: Testes Bercht(oldus) comes de Hennenberg, (magr̄ *delet.*) frater Chůnr(adus) de Gundolfing magister per Alemaniam, Frid(ericus) de Truhending, Bercht(oldus) de Nyffen, Albertus burchgravius in Altenburch, Heinricus der Lang von Plawen, Heinricus de Plawen dictus Rawzz, Heinricus de Wida advocati.

165. *Mandatum civitati Zwickaviensi missum.* *Apr. 21.*

Copia (c.) *in cod. Statutorum tabularii Zwickaviensis*[1] *saec. XIV. fol. 5. Descripsit v. d. Langer*[2]. — *Ineditum.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 319 nr. 2960 (Addit. II).

Wir Ludewich von Gots gnaden Romischer chunich zů allen zceiten merer dez riches enbiten den weisen leuten dem rat und der gemeine der purger von Zwickouwe, unsern liben getruwen unser hulde und alles gut.

Wann wir unserm liben fursten und eydem Friderichn dem lantgraven zcu Duringen und marcgraven von Mysne euch und ewer stat und das lant zur Plysen mit allen dem daz dar zů gehoret versetzet haben fur dryczehentausent markg lotiges silbers um sinen dinst, den er uns und dem ryche getan hat, und umme den schaden, den er in demselben dinst genumen hat, als die brife sagent, dy wir im dar umme geben haben[3], wellen wir und gebiten euwe vestichlich und ernstlich mit disem brife, das ir im und sinen erben swerett und huldiget an allen furzoch und widerrede, als lange uncz daz wir oder unser nachchomen an dem riche euch und ewer stat und daz lant von im oder sinen erben umme dryczehentausent[a] march silbers widerlosen.

Der brief ist geben zu Nurenberg, des Mantags vor sant Georii tag, do man zalt von Christes geburde dreuzehenhundert jar, dar nach in dem sechsundzweinizgesten jar, in dem zwelftem jare unsers ryches.

---

166. EIUSDEM QUITATIO STURAE.
1326. Apr. 25.

Extractum in Libro cancellariae Ludewici regis, de quo v. supra ad nr. 4—14 fol. 116. Contulimus nos.

Praecedunt fol. 116 haec verba postea cancellata: Item dominus rex quittat cives Nurenbergenses de duobus milibus libr(arum) Hall(ensium), de quibus expediverunt ipsum regem in mille lib(ris) Hallen(sium) in expensis dandis in festo beati Martini proxime Nov. 11.
affuturo.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 51 nr. 868[4].

Item dominus rex quittat cives Nurenbergenses de steura per eos in festo beati Martini proxime affuturo danda, scilicet de duobus milibus librarum Hallen(sium), de Nov. 11.
quibus expediverunt ipsum regem in mille libris Hallen(sium) in expensis ad curiam suam datis et residue mille libre sunt deputate burchgravio in Nurenberch.

Dat. in Nurenberch, feria sexta ante ascens(ionem) Domini, anno Domini MCCCXXVI, regni vero sui anno duodecimo.

---

165. a) dryczenhen- *vel* dryczeichen- *c.*

1) *Cf. 'Archiv' XI, 467 et supra tom. V ad nr. 686.* 2) *Copiam recentiorem, quae servatur in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 315, negleximus.* 3) *Supra nr. 164.* 4) *Quae praecedit nr. 867 quitatio eadem est ac nostra, cuius datum in Regestis Boicis VI, 194 male indicatur.*

167. 168. EIUSDEM COLLATIO FEUDI CASTRENSIS.
1326. Apr. 25.—Iul. 13.

167. *Scriptum regis.* *Apr. 25.*

Originale (or.) *in tabulario Oehringensi. Sigillum quod loro membranaceo pendebat iuxta servatur. — Ed. Weller 'Hohenlohisches Urkundenbuch' II, 221 nr. 261 ex* or. *Editionem repetimus.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 275 nr. 2693 (Addit. I).

Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer chunig ze allen zeiten merer dez riches verjehen offenlich an disem briefe. daz wir von unsers hertzogtůms wegn ze Beyern daz bůrchstal und daz dorf ze Hohenart mit dem chirchensatz und mit laeuten und mit guten und swaz darž gehőrt, swie dazz geheizzen sei, verlihen haben und verleihen dem edeln manne Craften von Hohenloch und seinen erben ze einem rechten burchlehen, also daz er und seine erben unser, unser chint und unser erben da von gesworn bůrchman sein und geholfen und ze dienst wider aller maenniclich ane wider ein riche und wider den bůrchgraven von Nuremberg und ander seine geboren mage. Swenne wir oder unser erben gein den ze chriegn haben, so sol er dar under stille sitzen und weder uns noch in dienen. Ez were danne als vil daz si uns, unsern chindern oder unsern erben gewalt oder unrecht taeten, gein dem selbn gewalt und unreht sol er uns geholfen sein ze reten und ze dienen, als verre er mach, er mo̊g si danne da von mit bescheidenheit gewisen. Sunderlich haben wir auch dem vorgenanten Craften erloubet, daz er von dez vorgeschriben bůrchlehens wegn uns gein allen seinen brůdern dhainer hilfe gebůnden sei. Wir und unser erben sullen in und seine erben auch versprechen, swo daz were oder von swem daz geschehe, daz in ze chriege oder ansprach wůrde daz vorgenant bůrchstal, dorf, laeute oder gůt und swaz darž gehőrt, und sullen auch und unser chint den oftgenanten Craft und seine erben gein maenniclich versprechen und schirmen auf recht. Dar uber zů urchund geben wir im disen brief mit unserm chuniglichem insigel versigelten.

Der geben ist zů Nuremberg, an dem Vreytag vor dem Aufferttag, do man zalt von Crists gebůrt dreutzehenhůndert jar dar nach in dem sechsundzweintzigistem jare, in dem zwelften jare unsers riches.

Der vorgeschriben sache aller seint gezůge Bertolt grafe von Hennemberg, bruder Cunrat von Gundolfingen maister dez Deutschen ordens in Deutschen landen und Bertolt von Marsteten genant von Nyffen und maister Henrich der Chirchstiger unser lieben getrewen.

168. *Reversales Kraftonis.* *Iul. 13.*

Originale (or.) *in tabulario generali regni Bawarici. Contulimus nos. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. — Ed. Weller l. c. II, 222 nr. 262 ex* or.

Reg. Boica VI, 201.

Wir Kraft von Hohenloch tun kunt allen den die disen brief sehen oder horen lesen, daz der edel hochwirdige herre kunig Lud(owich) von Rome hat uns und unsern erben verlihen zu eime rechten erbe burgelehen Hohenhart und allez daz dar zu gehort, lut und gut, gesucht und ungesucht, den kyrchensazz mit allen rechten wie die sint, und sollen daz wir und unser erben von ime und sinen kindern haben, besizzen und

niezzen daz selbe burgelehen Hohenhart und waz dar zu gehort eweclichen. Und sollen wir und unser erben dar um mit unsern truwen und dinste eweclich sin und bliben bi unsers vorgenanten herren kinden kunig Lud(owig) von Rome gen alle menglich. Daz riche und unser lieben bruder Con(rat) und Gotf(rit) von Hohenloch neme wir und unser erben gen in uz mit allen dingen. Wir nemen ouch uz gen in unsern lieben swcher Frid(erich) den burggraven von Nurenberg und alle unser geborn frunt. Wer aber daz unser geborn frunt, die wir also uz han genomen, des vorgenanten unsers herren kinden kunig Lud(owiges) unrecht und gewalt wolten tun, so solt wir und unser erben in mit truwen und mit dinste gebunden sin gen unsern frunden, als do vor ist gescriben. Unser herre kunig Lud(owich) von Rome und sine kint sollen uns und unser erben versprechen und schirmen uf recht gen alle menglich. Wo ouch daz selbe burgelehen Hohenhart und waz dar zu hort ansprechc wirt, so sol unser vorgenanter herre kunig Lud(owich) und sine kint uns und unser erben die selben gut ledigen und weren mit rechte. Diser dinge sint gezug die edeln herren bruder Conr(at) von Gundelvingen magister des Tuschen ordens an Tuschen landen, grave Ber(tolt) von Hennenberg, grave Ber(tolt) von Nyfe, magister Hein(rich) Kyrchenstiger des kuniges scriber. Dar uber ze urkunde gebe wir disen brief versigelt mit unserm insigel.

Der geben wart ze Nurenberg, do man zalt von Crists geburt druzehenhundert jar do nach in dem sechsundzweinzigestem jar, an sante Margreten tag.

169. LITTERAE REGIS ARAGONUM FRIDERICO ET ELIZABETH REGINAE MISSAE.

1326. Apr. 30.

Copia (c.) *in tabulario regio Barcinonensi 'Registrum nr. 318' fol. 27'. — Ed. Zeissberg loco supra ad nr. 71 citato p. 81 sq. nr. 81 et 82 ex* c. *Editionem repetimus.*

Illustri principi Frederico Dei gracia regi Romanorum semper augusto karissimo[a] filio suo Iacobus per eandem[a] rex Aragonum etc. salutem et exuberancium successuum incrementa.

Rumor acceptus regio culmini pertulit, quod misericors Dominus, qui sic interdum irascitur, ut benignius mansuescat, sic corripit, ut bonum consolacionis adiciat, sic afligit, ut alcius elisos extollat, occulo pietatis vos clementer respiciens statum vestrum diversis olim concussum angustiis pressumque iacturis amena tranquillitatis subsequta concordia ad debite et optate prosperitatis provexit augmentum, ex quo pluribus[b] in Domino gaudiis exultantes multifarias laudes et gracias sibi referimus, confidentes vestris meritis virtuosis vestre dignitatis fastigium atolli magnificis et pocioribus incrementis. Sane cum inter cetera desiderabilia cordis nostri occurrat nobis precipuum, ut frequenter nobis eluceat informacio status vestri, rogamus quatinus frequenter nobis velitis describere vestre consistenciam sospitatis. Vobis significantes ad gaudium, nos cum inclitis liberis nostris fratribus vestris karissimis felici per Dei graciam incolumitate letari.

Datum Barchinone, II. Kalendas Madii, anno Domini millesimo CCCXX sexto.

Petrus Luppeti m(andato) r(egis).

Iacobus etc. illustri dompne Elyzabet Dei gracia regine Romanorum filie nostre karissime cum paterna benediccione salutem.

169. a) karissimo — eandem *in loco raso c.* b) plures *c.*

Rumor acceptus — extollat occulo pietatis[1], illustrem Fredericum regem Alamanie virum vestrum clementer respiciens statum suum diversis olim concussum angustiis — gracias sibi referimus[2], confidentes dicti viri vestri meritis virtuosis sue dignitatis fastigium atolli magnificis et pocioribus incrementis. Sane cum inter cetera — incolumitate letari[3].

Datum Barchinone, II. Kalendas Madii, anno Domini millesimo CCCXX sexto.

Idem.

170. FRIDERICI LITTERAE PRO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI. 1326. Mai. 7.

Originale (or.) *in tabulario regio Dusseldorpiensi 'Kurköln nr. 549'. Contulimus nos. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso manu coaeva scripta sunt:* In hac littera continetur quod dominus Fridericus de Austria Rom(anorum) rex omnia, que dominus Luppol(dus) frater suus domino Henr(ico) archiepiscopo Coloniensi promisit, post ipsius ducis obitum ratificavit, approbavit et innovavit. — *Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 280 nr. 444 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 293 nr. 259 (Addit. I).

Nos Fridericus Dei gracia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam publicam tenore presencium cupimus pervenire, quod nos habita consideracione gratissimorum ac laboriosorum obsequioruum, quibus venerabilis in Christo Heinr(icus) Coloniensis archiepiscopus sacri imperii per Italiam archicancellarius, princeps et affinis noster karissimus nobis et imperio utiliter et constanter complacuit continuacione laudabili et adhesit, sibi motu liberalitatis regie, ut deinceps predicta continuare queat obsequia, omnia privilegia seu instrumenta, que prius per nos et felicis recordacionis illustrem Lupoldum ducem Austrie et Stirie fratrem nostrum sibi suisque amicis et servitoribus tradita et concessa fore noscuntur[4], pro certa sciencia approbavimus, confirmavimus et innovavimus, quin imo ipsa secundum tenores in ipsis contentos approbamus, confirmamus et tenore presencium innovamus. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Datum in Durlaco, anno Domini MCCCXXVI, regni vero nostri anno duodecimo, Non. Maii.

171. LITTERAE PROCURATORIS AD REGEM ARAGONUM. 1326. Mai. 10.

Originale (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi CRD nr. 11491. Sigilli vestigia adsunt. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, 423 nr. 278 ex* or. *Editionem repetimus.*

1. . . . Nova que in curia comuniter narrantur sunt hec, quod dominus rex Robertus tam per mare quam per terram cum magno stolio et exercitu intendit venire super Cast[r]uchium, et dicitur quod quidam qui se dicit dux Atenarum[5] filius comitis de Brenda . . . veniet preterea contra dictum Castruxium cum magna multitudine equi-

1) *p. 119 l. 28.* 2) *l. 31.* 3) *l. 35.* 4) *Supra tom. V nr. 25—27. 139. 140.* 5) *Gualterus de Brienna.*

tum et peditum et dux Calabrie veniet per mare. Set hoc a pluribus et sapientibus extimatur quod sint fictiones. Nam verisimiliter creditur quod ipse ibit in Ciciliam propter magnum aparatum, quem fecit ad devastandam et damnificandam insulam, in quibus poterit. Galee de Provincia et de Ianua iam receserunt. Et fertur quod debent esse numero quinquaginta.

2. Rursum fertur et pro vero quod omnes barones de Alamannia, civitates et ville de voluntate et mandato ducis Bavarie obediunt duci Austrie, nam dux Bavarie dicitur quod veniet ista estate in Italiam cum potestate maxima, et vult et ordinavit, quod dux Austrie remaneat dominus maior tocius Alamannie, qui procuret sibi mittere milites, pecuniam et alia sibi necessaria. Dicitur eciam quod decima die mensis Madii debet Mai. 10. esse bellum campale, quia ita est indictum, inter Passarinum de Mantua et gentes legati Lombardie. Quid erit, futurus declarabit eventus. Pluries dominus papa hoc anno citavit[1] hic ducem Bavarie et dubito, quin veniat cicius quam ipse vellet. Alia non sunt digna relatu . . .

Scripta Avinione, X. die mensis Madii.

172. LUDEWICI SCRIPTUM PRO BURCGRAVIO NORIMBERGENSI. 1326. Mai. 12.

Copia (c.) *in Copiario burcgraviatus Norimbergensis dicto 'Ankunftsbuch' saec. XIV. ex. tabularii generalis regni Bawarici. — Ed. 'Monumenta Zollerana' II, 398 nr. 611 ex* c. *Editionem repetimus.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 51 nr. 873.

Wir Ludewig von Gotes gnaden Romischer chunig ze allen ziten merer des riches verjehen und tůn chunt allen den die disen brief sehent oder horent lesen, dasz der edel man burgraf Friderich von Nurenberg unser lieber getrewer mit unserm wort und gutem willen gelost hat des riches und unser leůt ze Ovenhusen, den Swap, Hermann Erchlein, den Půhler von Preitenprunn, den Wolfhart und ir erben umb zweiunddrizzig pfunt Heller von Walthern dem Schenken von Richnekk, dem si vormals unsir frauwe selige frawe Beatrix, der Got gnade, die Romische chunigin versaczt hett mit unserm worte. Da von wollen wir, daz der vorgenant burcgraf Friderich von Nůrenberg die vorgenanten leute und ir erben, ir liep und ir gut mit allen den rehten, gewonheit und nůczen, als sie Walther der Schenkk inne gehabt hat, haben und niezzen sulle[a] von uns und von dem riche geruweclichen. Wir muegen auch und unser nachkomen an dem reiche die vorgenanten leut alle jar widerlosen, swenne wir wollen, umb zwaiunddrizzig pfunt Heller, umb die sie der egenant burcgraf gelost hat, als vorgeschriben stet. Und das die vorgeschriben rede gancz und stete beleibe, geben wir in disen brief versigelt mit unserm insigel daz daran hanget.

Diser brief ist geben ze Nurenberg, do man zalt von Cristes geburt dreuczehenhundert jar darnach in dem sechsundzwainczigstem jar, an dem Montag in der Phingstenwochen, in dem zwelften jare unsers riches.

172. a) sullen *ed.*

1) *Cf. Finke l. c. I, 385 ad a. (1326) Ian. 19:* Die Veneris proxime preterita *(= Ian. 17.)* de mane nobis audientibus fuit citatus in consistorio dux Bavarie.

173. EIUSDEM DEPUTATIO STURAE.
1326. Mai. 25.

Extractum in Libro cancellariae Ludewici regis, de quo v. supra ad nr. 4—14, fol. 117'. Contulimus nos.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 51 nr. 874.

Item dominus rex deputavit Iohanni de Wæncheim et Eberh(ardo) de Maspach steuram consuetam in Gaylenh(usen), scilicet trecentas libras Hallen(sium), dandam in Nov. 11. festo beati Martini proxime affuturo.

Dat. in Sweinsfurt, in die Urbani, anno Domini MCCCXXVI, regni vero sui anno duodecimo.

---

174. 175. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE PRO ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI.
1326. Mai. 12.— 30.

174. *Mandatum ad priorem Praedicatorum Trevirensem. Mai. 12.*

Copia (c.) in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 80 fol. 471 nr. 1383. — Ed. Sauerland 'Urkunden und Regesten' I, 430 nr. 946 ex c. Editionem repetimus; lacunas supplevit K. H. Schäfer.

Reg. Löher loco supra ad nr. 2 citato p. 269 nr. 352; Preger-Reinkens p. 192 nr. 270; Mollat 'Lettres communes' nr. 25262.

Dil. fil. . . priori fratrum ordinis Predicatorum Treveren(si).

Oblata nobis pro parte venerabilis fratris nostri Baldewini archiepiscopi Treverensis peticio continebat, quod ipse ex eo quod forsan hactenus, postquam processus quosdam fecimus contra Ludovicum de Bavaria, idem archiepiscopus prefatum Ludovicum pro rege Romanorum habuit et tenuit, eidem Ludovico ut regi huiusmodi adherendo et per se vel alios impediendo publice vel occulte nuncios apostolice sedis et quoscumque alios litteras apostolicas et processus nostros huiusmodi deferentes seu eos publicare volentes contra Lodovicum prefatum et sequaces eiusdem ac differendo eosdem processus et litteras usque nunc publicare, intimacionem et publicacionem impediendo litterarum et processuum predictorum, ac etiam pro eo quod forte theolonea et alia emolumenta inde proveniencia sicut alii principes Alamannie idem archiepiscopus in sua diocesi vel extra percepit contra sacrorum canonum instituta, dubitat excommunicationis, suspensionis et interdicti sentencias incurrisse ac ex eo etiam quod forsitan dictis ligatus sententiis immiscuit se divinis et missas ac minores et sacros ordines celebravit seu contulit in pontificalibus et alios pontificales actus exercuit, irregularitatis maculam contraxisse. Quare pro parte sua nobis extitit humiliter supplicatum, ut providere sibi super hiis de oportuno remedio dignaremur. Nos itaque more pii patris benivoli, qui cunctarum salutem appetimus animarum, ipsius archiepiscopi in hac parte providere volentes statui et honori ac de circumspectione tua gerentes in Domino fiduciam specialem discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem archiepiscopum ab huiusmodi excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis, si quas propter premissa vel eorum aliquod incurrerit, auctoritate nostra in forma iuris absolvas, cum eo super irregularitate huiusmodi

dispensando ac in integrum restituendo eundem, iniunctis sibi prius super hiis penitencia salutari ac nichilominus, quod de cetero talia non attemptet, et aliis que de iure fuerint iniungenda.

Datum Avin(ione), IIII. Idus Maii, anno decimo.

175. *Litterae ad archiepiscopum.* *Mai. 30.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 256 nr. 1512. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 287 nr. 696 ex* c.; *Sauerland l. c. I, 439 nr. 973 ex* c.

Baldewino archiepiscopo Treverensi.

Etsi tarda tua fuerit obedientia fraternalis, ipsam tamen acceptam habentes et gratam, quicquid mora reprehensionis attulit, a te tolli penitus mandamus et volumus et a nostra prorsus memoria aboleri, volentes ut ad nos, cum oportunum videris, non ommittas recurrere confidenter. Nos enim in hiis, que secundum Deum poterimus, reperies liberales. In presenti autem petitiones tuas multas admisimus, sicut nuncius referre poterit et littere apostolice super illis confecte latius indicabunt[1]. Latorem presentium certis ex causis detinuimus, propter quod ipsum habeat quesumus tua fraternitas excusatum. Gratia Dei tecum sit teque protegat et dirigat in agendis.

Datum Avinion(e), III. Kal. Iunii, anno decimo.

176—182a. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.
1326. Iun. 2.—5.

176. *Mandatum pro ordine Teutonico telonecariis in Cuba missum.* *Iun. 2.*

Originale (or.) *Viennae in tabulario generali ordinis Teutonici*[2]. *Contulit H. Hirsch. Sigillum secretum fere illaesum pendet loro membranaceo. — In forma integra ineditum. Böhmer, Reg. Ludw. p. 275 nr. 2695 (Addit. I).*

Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis .. castellanis, .. receptoribus .. et notariis thelonei in Chuba, qui nunc sunt vel pro futuro tempore erunt graciam suam et omne bonum.

Cum religiosi viri .. fratres domus Theutonice in Confluencia devoti nostri dilecti, quibus favorem gerimus specialem, bladum, vinum et fenum crementi sui necnon ligna cum aliis rebus necessariis domui sue nedum concessione Romanorum regum predecessorum nostrorum, sed et clare memorie comitum palatinorum Reni, quorum successores sumus, dono sine exactione thelonei a retroactis temporibus deduxerint, nos volentes huiusmodi concessionis et donacionis graciam firmam consistere et inviolabiliter observari, fidelitati vestre stricte iniungimus et mandamus, quatinus predictos fratres vel nuncios ipsorum cum blado, vino et feno crementi sui necnon lignis et aliis rebus necessariis domui sue ut premittitur exnunc inantea sine prefinicione temporis absque exactione thelonei et requisicione transire libere permittatis.

Dat. in Chuba, IIII. Non. Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, regni vero nostri anno duodecimo.

1) *Cf. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 285 nr. 687 a—e; Sauerland l. c. I, 431 sqq. nr. 947—951.*
2) *von Pettenegg 'Die Urkunden des Deutsch-Ordens-Centralarchives zu Wien' I, 271 nr. 1037.*

177. *Mandatum simile teloneariis in Bacheraco missum.* *Iun. 2.*

Originale (or.) *ibidem*[1]. *Item contulit Hirsch. Sigillum secretum item pendet.*
Böhmer, Reg. Ludw. p. 275 nr. 2694 (Addit. I).

Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis receptoribus et notariis thelonei sui in Bacharaco, qui nunc sunt vel pro futuro tempore erunt graciam suam et omne bonum.

Cum religiosi viri . . fratres domus Theutonice in Confluencia devoti nostri dilecti, quibus favorem gerimus specialem, bladum, vinum et fenum crementi sui necnon ligna cum aliis rebus necessariis domui sue nedum concessione Romanorum regum predecessorum nostrorum, sed et clare memorie comitum palatinorum Reni, quorum successores sumus, dono sine exactione thelonei a retroactis temporibus deduxerint, nos volentes huiusmodi concessionis et donacionis graciam firmam consistere et inviolabiliter observari, fidelitati vestre stricte iniungimus et mandamus, quatinus predictos fratres vel nuncios ipsorum cum blado, vino et feno crementi sui necnon lignis et rebus aliis domui sue necessariis ut premittitur exnunc inantea sine prefinicione temporis absque requisicione et exactione thelonei transire libere permittatis.

Dat. in Chuba sub sigillo nostro, IIII. Non. Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, regni vero nostri anno duodecimo.

178. *Litterae super castris reginae in dotem assignatis.* *Iun. 4.*

Copia (c.) *in Cartulario Haynonensi III. nr. 142 tabularii Insulensis. Contulimus nos. Est rubrum:* Item une autre lettre dou dit roy. *Quo redeunt omnes editiones.*
Böhmer, Reg. Ludw. p. 52 nr. 877; Regesten der Pfalzgrafen nr. (2026 et) 2028.

Nos Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus presentibus publice confitemur, quod nobilis vir Chunradus de Truhendingen castellanus noster in Fu[r]stemberch et Ulricus Wilbrant et Otto Zengerius castellani nostri in Chuba fideles nostri dilecti spectabili viro Wilhelmo comiti Hollandie socero nostro karissimo iuraverunt, quod si quod absit nos decedere contingeret, predicti castellani de dictis castris et fidelitate sua ratione dictorum castrorum inclite Margharete Romanorum regine conthorali nostre karissime nomine dotis respondebunt, cum eadem castra eidem iuxta alias nostras litteras super hoc confectas[1] in dotem dederimus ipsamque dotem ipsi constituerimus in eisdem. Promittimus etiam predictos nostros castellanos non ammovere nec destituere, nisi prius subrogati et substituti castellani predictum prestent per omnia sacramentum. In quorum testimonium presentes dedimus litteras sigilli nostri robore roboratas.

Datum Cube, II.[a] Non. Iun., anno Domini MCCCXXVI, regni vero nostri anno XII.

179. *Litterae super eisdem castris non obligandis.* *Iun. 4.*

Copia (c.) *ibidem nr. 141. Contulimus nos. Est rubrum:* Item une autre lettre dou roy d'Alemaingne. *Quo redeunt omnes editiones.*
Böhmer, Reg. Ludw. p. 52 nr. 878; Regesten der Pfalzgrafen nr. (2026 et) 2027.

Nos Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus presentibus confitemur, quod quia in castris nostris [Cuba][a] et Fu[r]stemberg inclite Margharete Romanorum regine conthorali nostre karissime dotem suam constituimus, prout in aliis litteris quas

178. a) prid. *c.*
179. a) *excidit c.*
1) *von Pettenegg l. c. I, 272 nr. 1038.*

super eo [sibi dedimus][b] continetur[1], promisimus ac promittimus, quod ipsa castra predicta nequaquam impignorabimus nec obligabimus, nisi casu tam gravi forsitan nos urgente eadem spectabili Wilhelmo comiti Hollandie socero nostro karissimo, quod similiter promittimus, pro certa summa quanta indiguerimus obligemus. Testimonio presentium litterarum, quas super eo conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Cube, II.[c] Non. Iun., anno Domini MCCCXXVI, regni vero nostri anno XII.

180. *Collatio feudi castrensis prior.* *Iun. 5.*

Extractum in Libro cancellariae Ludewici regis, de quo v. supra nr. 4—14, fol. 117'. Contulimus nos.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 52 nr. 880.

Item dominus rex contulit Widrolto de Wartenvels feodum castrense super castro Furstenberch, de quo percipiet in thelonio nostro in Bacheraco et heredes sui quatuor marcas singulis annis.

Dat. in Chuba, feria quinta hoc est in die Bonifacii, anno Domini MCCCXXVI, regni vero sui anno duodecimo.

181. *Collatio feudi castrensis altera.* *Iun. 5.*

Extractum l. c. fol. 117'. Item contulimus.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 52 nr. 881.

Item dominus rex contulit Hermanno de Wassenheim et suis heredibus feodum castrense, quod pertinet in Hamerstain.

Dat. in Chuba, feria quinta post diem beati Erasmi, anno Domini MCCCXXVI, regni sui anno duodecimo.

182. *Collatio comitatus Tremoniensis.* *Iun. 5.*

Originale deperditum. Copia saec. XVII. in Cartulario nr. 36 fol. 522 tabularii regii Bruxellensis[2], ubi de sigillo haec leguntur: 'Erat sigillo albo ex pressula pergameni inde dependente signata'. Iussu praefecti descripta est. — Ineditum.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 275 nr. 2696 (Addit. I).

Nos Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus tenore presentium confitemur, quod propter grata servitia, que nobilis vir Gotfridus comes de Zeyn fidelis noster dilectus nobis et sacro imperio hactenus fideliter exhibuit et exhibere poterit in futurum, eidem et suis heredibus in rectum et legale feodum comitatum Tremoniensem nobis et ipsi imperio vacantem cum omnibus hominibus, honoribus, iuribus, redditibus, iurisdictione et ceteris suis pertinentiis universis intra et extra civitatem Tremoniensem et ubique locorum ex liberalitate regia contulimus ipsumque more consueto investivimus de eodem, recepto ab eo fidelitatis et homagii solito sacramento. Ideoque universis ad dictum comitatum spectantibus sub obtentu nostre gratie strictissime iniu[n]gimus et mandamus, quatinus prefato Gotfrido et ex eo descendentibus tanquam comiti et comitibus successive in omnibus antedictis obedienter pareant et intendant et eum et eos in comitem et comites recipiant et habeant re, nomine et honore. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Chube, Non. Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, regni vero nostri anno duodecimo.

179. b) *excidit in initio lineae c.; ita fere supplendum.* c) prid. *c.*

1) *Supra tom. V nr. 825.* 2) *Cf. 'Archiv' IX, 509.*

182a. *Mandatum ad civitatem Tremoniensem super eadem collatione.* *Iun. 5.*

Originale deperditum. Transsumtum saec. XVIII. tabularii regii Confluentini iussu praefecti collatum est. Quo niti videtur editio quam a. 1749. paravit Ioh. Iac. Moser 'Staatsrecht der Reichsgrafschafft Sayn' p. 350 (= Rübel 'Dortmunder Urkundenbuch, Ergänzungsband' I (1910) p. 263 nr. 596).

Böhmer, Reg. Ludw. p. 52 nr. 879.

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris consulibus et universis civibus Tremonien(sibus), fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Quia comitatum Tremonien(sem) nobis et imperio vacantem nobili viro Gotfrido comiti de Seyn etc. fideli nostro dilecto in aliis nostris litteris[1] contulimus in feodum ipsumque investivimus de eodem, vobis precipimus et mandamus districte, quatinus in omnibus que ad dictum comitatum pertinent intra et extra civitatem vestram ipsum non impediatis, sed pocius contra impedientes vel impedire volentes eundem foveatis et pro viribus defendatis. Ceterum cum eundem capitaneum in ipsa civitate vestra constituerimus loco nostri, vobis iniungimus sub debito fidelitatis nobis prestite, quatinus eidem vice et nomine nostro obedienter pareatis et tamquam vestro capitaneo fideliter in omnibus intendatis.

Dat. Chube, Non. Iunii, regni nostri anno duodecimo.

---

183. LITTERAE ELIZABETH REGINAE AD REGEM ARAGONUM. 1326. Iun. 4.

Originale (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi CRD nr. 8791. Sigilli vestigia apparent. — Ed. Zeissberg loco supra ad nr. 71 citato fol. 89 nr. 1 ex* or.*; Finke 'Acta Aragonensia' I, 379 nr. 256 ex* or. *Editiones adhibuimus.*

Responsionem regis Aragonum v. infra nr. 237.

Serenissimo domino et genitori suo domino . . Iacobo regi Aragonum Elizabet Dei gracia Romanorum regina diu vivere cum salute et post hanc vitam gloriam sempiternam.

Quod tam diu status nostri continenciam vestris desideriis non curavimus explicare, vestra non miretur paternitas, cum fortuna hiis annis nobis sit plurimum noverca. Nam cum per mancipacionem domini conthoralis nostri, de qua tamen feliciter est ereptus, nova nisi que paternitatis vestre perturbassent precordia, tum eciam post liberacionem huiusmodi gravissimam egritudinem, in quam incidimus continuo, de qua in omni parte corporis nostri heu nondum valuimus, nequivimus nunciare. Infirmitas namque predicta nostri capitis nimis gravis visu, oculos tamen pulcherrimos nobis habentibus, totaliter nos privabit nisi in quantum lucem a tenebris et splendorem solis, cum inspicimus, nos gravantem considerare possumus seu valemus. Quapropter vestram caritatem obnixius deprecamur, quatinus de aliquo magistro experto, qui in partibus vestris subtiliores et prudenciores nostris magistris poterunt reperiri, nobis curetis providere quantocius, sicut nostram gloriam et quod pluris est diligitis sospitatem. Et ut plenius cognoscatis

1) *Supra nr. 182.*

negocium, est quedam infirmitas oculorum, quam vocant medici cateractam, de qua a pluribus curate fuissemus, si nostra fuisset[a] huiusmodi, quam nullatenus esse asserunt nec affirmant. De status vestri felici continencia et iocunda et conterinorum nostrorum nostra quam plurimum gratulantur precordia et exultant, de quo eciam nos petimus pluries informari. Scientes nos exinde in inmensis gaudiis redundare.

Datum in Gretz, II. Nonas Iunii, anno Domini MCCC vicesimo VI.

184—188. LITTERAE IOHANNIS XXII. PAPAE AD DIVERSOS.

1326. Iun. 10.—Iul. 30.

184. *Litterae ad archiepiscopum Moguntinum.* *Iun. 10.*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 113 fol. 256 nr. 1513. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 288 nr. 700 ex* c. *(decurtatum).*

Mathie archiepiscopo Maguntino.

Fraternitatis tue litteras nobis per dil. fil. Ulricum[a] de ordine fratrum Heremitarum sancti Augustini tuum nuncium presentatas benigne recepimus et tam contenta in eisdem litteris quam que idem nuncius proponere voluit, intelleximus et ad exauditionis gratiam introduximus, quantum decenter potuimus, ut ipse nuncius referre poterit et littere apostolice super illis confecte expressius nunciabunt. Cuius moram excusatam habere a tua fraternitate volumus et rogamus. Ipse namque pro sua expeditione oportune institit plerumque etiam importune, sed negocia undique occurrentia et certa alia expeditioni votive multipliciter obstiterunt. Eandem itaque fraternitatem tuam attentius deprecamur, quatinus de rumoribus illarum partium nos cures efficere, quotiens tibi occurrerint, certiores. Optantes ut in tue fidelitatis et strenuitatis constantia continua soliditate persistens tibi prudenter caveas, ne decipiaris in illo, cui multum adherere diceris et niteris complacere.

Datum Avinion(e), IIII. Idus Iunii, anno X.

185. *Litterae ad archiepiscopum Trevirensem*[1]. *Iun. 24.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 256 nr. 1516. Descripsimus. — Ed. Riezler l.* c. *p. 289 nr. 704 ex* c. *(decurtatum); Sauerland 'Urkunden und Regesten' I, 447 nr. 997 ex* c.

Baldewino archiepiscopo Treverensi.

Grata nobis fuit admodum fraternitatis tue litterarum continentia novissime transmissarum. Assertioni autem illorum reconsiliatorum in abscondito, ut eorum possit malicia occultari, non est fides faciliter adhibenda. Fratres quidem unius ad hoc dicuntur sedule laborasse, ad quod pervenire ut extimamus minime potuerunt. Hec tamen a tali qui scire veritatem super hoc poterat intelleximus, quod Bavarus ab omnibus promissis alium reddidit liberum et immunem, salvo certo galleatorum numero ad annum sibi concesso quodque ipsum in suo non deberet patrimonio molestare. Ad hec indubie

183. a) fuissent *or.*

184. a) Wilricum *c.*

1) *De litteris quae sequuntur Balduino archiepiscopo et Iohanni regi missis v. ea quae disseruit J. Priesack 'Die Reichspolitik des Erzbischofs Balduin' p. 187 sqq.*

volumus te tenere, quod si nuncii prelati illius, de quibus in tuis litteris habebatur mentio, ad nos venerint, providere curabimus, ne quid in tuum preiudicium attemptetur. Et utinam tui cum illis concurrerent nunciis, si venturi sint, ut audisti. De constantia audivimus te laudari, quam erga devotionem et fidelitatem sancte Romane ecclesie obtamus notam diminutionis effugere augmentaque suscipe[re], ut speramus.

Datum Avinion(e), VIII. Kal. Iulii, anno decimo.

186. *Litterae ad Iohannem regem Bohemiae priores.* *Iul. 2.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 256 nr. 1514. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 290 nr. 708 ex* c.; *Sauerland l. c. I, 448 nr. 998 ex* c.

Iohanni regi Boemie.

1. Sublimitatis regie litteras nobis per dil. fil. Guillelmum Pinchon nuncium regium presentatas solita benignitate recepimus et que dictus nuncius sub commissa sibi per easdem litteras credentia explicare voluit coram nobis, intelleximus diligenter. Primo namque prefatus nuncius sub verbo credentie huiusmodi nobis negocia venerabilis fratris nostri . . episcopi Pragensis et dil. fil. . . electi Wratislaviensis pro parte regia commendavit. Super quibus regie celsitudini respondemus, quod eius contemplatione super negocio dicti episcopi multa tenuimus consistoria et fecimus quicquid honeste potuimus et ulterius etiam facere intendimus, pro eodem Wratislaviensi vero ecclesie intendimus et concepimus aliter providere dictumque electum habere oportunis loco et tempore commendatum.

2. Deinde subiunxit de facto imperii nuncius antedictus, super quo nichil certum occurrit nobis presentialiter rescribendum. Tetigit etiam subsequenter de habenda concordia cum Australi, super qua s[c]it plenius regia providentia quid agendum. Et insuper idem nuncius petiit, ut neque Australis nec Bavarus sine te per nos ad aliquam concordiam seu unionem[a] admittantur. Ad que breviter respondemus, quod non intendimus aliquid cum ipsorum aliquo in tui preiudicium attemptare.

3. Postremo vero cum super decimis per nos tibi concessis[1] quedam peteret idem nuncius declarari, sibi respondimus, quod hoc facere non poteramus decenter. Prefatum autem nuncium, qui pro expeditione sua oportune institit apud nos ac etiam inportune, remittimus, sicut melius et decentius fieri potuit expeditum. Rogantes regalem magnificenciam attentius et hortantes, quatinus in devotione sancte matris ecclesie solita constanter et strenue celsitudo regia sic persistat, quod preter celestis mercedis premium nostram et apostolice sedis benedictionem et gratiam uberius merearis.

Datum Avinion(e), VI. Non. Iulii, anno decimo.

187. *Litterae ad eundem alterae.* *Iul. 8.*

Copiae ibidem tom. 113 fol. 256, ubi bis insertae sunt, 1 *nr. 1515,* 2 *nr. 1517. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 291 nr. 711 ex* 1; *Sauerland l. e. I, 449 nr. 1000 ex* 1.

Eidem[a].

Hoc tenere regiam excellentiam volumus qualibet hesitatione reiecta, quod si ad nostram presentiam venerint illius prelati nuncii, de quibus in regiis litteris habebatur

186. a) $\overline{\text{miam}}$ *c.; cf. Priesack l. c. p. 192 not. 1.*

187. a) Iohanni regi Boemie 2.

1) *Cf. supra pag. 32 et not. 4.*

mentio[b], providere curabimus, ne quid in tuum possit[c] preiudicium attemptari. Ad hec, quia nosce te credimus magistra rerum experientia te docente, quod plerumque qui in promissis sunt faciles, in ipsis adimplendis tardi sunt et tenaces, tue providencie sano consilio suademus, ne nova promissa, saltem quousque antiqua suum fuerint effectum realiter consecuta, te inducant ad talia, que nequeas sine periculo etiam assistente iusticia declinare[d].

Datum Avinion(e), VIII. Idus Iulii, anno decimo[e].

188. *Litterae ad eundem et archiepiscopum Trevirensem.* *Iul. 30.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 256 nr. 1518. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 294 nr. 719 ex* c.; *Sauerland l. c. I, 455 nr. 1016 ex* c.

Eidem.

Litteras regias et venerabilis fratris nostri Baldewini archiepiscopi Treverensis nobis per dil. fil. Boemundum archidiaconum Treverensis ecclesie et fratrem Conradum ordinis Premonstratensis ac nobiles viros Symonem Ph(ilipp)i et Thimonem de Koldicz tuos et suos nuncios novissime presentatas manu leta recepimus et contenta in ipsis ac que nuncii ipsi, quibus tua et archiepiscopi supradicti petebat circumspectio fidem indubiam super hiis que pro parte vestra proponerent adhiberi, [explicare voluerunt][a], pleno collegimus intellectu. Et quia super negocio ducis Austrie principalis eorum legatio versabatur, licet alias per nostras utrique vestrum litteras duxerimus respondendum, adhuc taliter respondemus, quod absit a nostra mente et tenemus indubie affuturum, quod vobis in devotione sancte Romane ecclesie stantibus aliquid circa prefatum negocium nos in ipsius favorem vestrique preiudicium, nisi quathenus[b] nos urgeret iusticia, attemptemus. Aliis autem petitionibus per ipsos oblatis annuimus, sicut expedire vidimus, ut ipsi referre poterint et littere apostolice super illis confecte latius explicabunt.

Datum Avinion(e), III. Kal. Augusti, anno decimo.

In e. m. dicto archiepiscopo Treveren(si).

---

189. FRIDERICI LITTERAE AD COMMUNE PORTUSNAONIS. 1326. Iun. 25.

Originale (or.) *olim in archivo P. Montereale. — Ed. G. Bianchi 'Documenti per la storia del Friuli' II (1845) p. 14 nr. 429 ex* or.[1] *Editionem repetimus in minutiis correctam.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 388 Friedrich nr. 384 (Addit. III).

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus et discretis viris potestati, consilio et communi Portusnaonis, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

187. b) litteris regiis mentio habetur 2. c) possint *male* 1. d) declarare 2. e) *linea dati per errorem in* 2: Datum ut supra *(= supra nr. 185).*

188. a) *uncis inclusa exciderunt c.* b) *sic c.*

189. a) Federicus *ed.*

1) *Cf. Valentinelli 'Diplomatarium Portusnaonense' (= 'Fontes rerum Austriacarum' B, XXIV (1865)) p. 37 nr. 41.*

Scripsit nobis vestra fidelitas, quod quia[b] nobilis vir Brizalya de Porcileis civitatem et dominium Portusnaonis, quam nomine pignoris tenet, indempniter sine sui destructione et pro honore nostro usque modo possedit, absolutionem eorundem pignorum, quam per strenuum virum Chonradum de Afenstain capitaneum Padue fidelem nostrum dilectum fiendam promisimus, dignaremur vestre petitionis intuitu revocare. Super quo vestra fidelitas scire debet, quod hoc bono et convenienti modo facere non possumus, sed volumus quod predictum pignus per eundem Conradum de Afenstain redimatur, cui sicut petiistis seriose mandamus, ut [vos][c] nostro nomine ab incursibus hostilibus ac violentiis quibuscumque potenter defendat vosque in iuribus vestris manuteneat et conservet[d]. Volentes semper, ut tenemur ex debito, vos in omnibus agendis vestris respicere gratiose.

Datum in Chiburgo, VII. Kalendas Iulii, regni nostri anno duodecimo.

190. EIUSDEM FACULTAS MATRIMONII CONTRAHENDI LUDEWICO DATA.

1326. Iul. 4.

Originale (or.) *in tabulario secreto domûs regiae Bawaricae. Contulimus nos. Sigillum illaesum pendet loro membranaceo. — Ed. Riezler 'Forschungen zur deutschen Geschichte' XX, 257 nr. 29 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 178 Friedrich nr. 219.

Lieber brúder.

Wir geben eu mit disem gegenburtigen brief vollen gewalt ze stifften und ze machen einen heirat zwischen dem edeln fursten hertzog Heinrichen dem jungen in Beyern und unserr lieben tochter . . und dem vorgenanten hertzog Heinrichen an unserr stat ze loben und ze geben unser vorgenante tochter . . ze einer ewirtinne und ze benennen, ze besetzen und auch ze vergewizzen brútschatz und margengabe und auch des selben her wider gewizzheit ze nêmen an unserr und unserr tochter . . stat und allez daz ze schaffen und ze tún, daz gewônlichen ze tún ist an sottan sachen und daz eu gút dar an dunchet. Dar uber ze einer stetigûnge geben wir disen brief versigelten mit unserm kunichlichen insigel.

Der ist geben ze Schafhusen, an sant Ulriches tag, do man zalt von Christes geburde drutzehenhundert jar und darnach in dem segsundzwaintzigisten jar, in dem zwelften jar unsers richs.

191—193. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.

1326. Iul. 11.—24.

191. *Facultas dotis constituendae.* *Iul. 11.*

Originale (or.) *in tabulario regio Confluentino. Descripsimus nos. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. — Ineditum.*

Nos Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus presentibus publice confitemur, quod pro fide et devocione, quam strennuus vir Arnoldus de Schonek miles

189. b) quidam *ed.* c) *excidit ed.* d) conservat *ed.*

nobis et sacro exhibuit imperio gratis suis obsequiis et in posterum[a] poterit exhibere, ex liberalitate et gratia regia speciali permisimus, quod Irmgardi filie Iohannis de Brûnshorn uxori Philippi filii sui dotem ducentarum marcarum Brawantinorum constituere poterat et constituit super domum situatam in castro Schonek ante magnam suam kayminatam et super domum in parte inferiori eiusdem castri, que situata est iuxta portam posteriorem usque ad domum aliam contiguam, et super vineis suis in Proffen apud Boparten, quas domus et vineas a nobis et sacro tenet imperio et in feodum recognoscit, nos que eiusdem dotis constitutionem modo premisso ratam habemus et presentibus approbamus. Dantes has litteras nostras in testimonium super eo sigilli maiestatis nostri munimine consignatas.

Dat. in Chûba, sexta feria ante Margarete, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, regni vero nostri anno duodecimo.

192. *Ratificatio confoederationis civitatum Rheni.* *Iul. 14.*

Originale ibidem. Descripsimus nos. Sigillum secretum illaesum pendet loro membranaceo. In verso super lori foramine leguntur: confederacio bacerac . . .

Böhmer, Reg. Ludw. p. 52 nr. 886.

Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer chunig ze allen zeiten merer dez riches verjehen offenlich an disem briefe, daz unser gût wille und wort ist, daz sich die wisen læute . . die pûrger von Boparden unser liebe getriwen verbunden haben und verbinden mit allen læuten unsern lieben getriwen von Bacharach, von Dypach und von Chube und gemainlich mit allen unsern Tælren, in ze helfen und si in her wider ze allen iren nôten auf recht ane wider ir rechte herschaft. Und dar uber zû urchund geben wir disen brief mit unserm insigel versigelten.

Der geben ist zû Chube, an dem Montag nach Margarete, do man zalt von Crists gebûrt dreutzehenhûndert jar darnach in dem sechsundzweintzigistem jare, in dem zwelften jare unsers richs.

193. *Assignatio ad ungeltum civitatis Wetzlariensis.* *Iul. 24.*

E copiis recentioribus tabularii Wisbadensis edidit E. Wiese 'Urkundenbuch der Stadt Wetzlar' I (1911) p. 436 nr. 1072. Editionem (ed.) *repetimus.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 52 nr. 890.

Cf. infra nr. 201.

Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer chunig ze allen zeiten merer dez richs verjehen an disem briefe offenlich, daz wir dem edeln manne graf Iohan von Nazzowe unsern lieben getruwen an dem ungelt in unser und des riches stat ze Wezlar gegeben und verschaffet haben zweitusent phunt Haller, der wir im schuldich sein umb seinen getruwen dienst, den er uns und dem riche getan hat, und wellen, daz er das vorgeschriben ungelt als lang einname, biz daz er der vorgenanten zweitusent phunt Haller gar und gaentzlich berichtet werde. Davon wellen wir und gebieten ez ouch vesticlich unsern lieben getruwen dem rat und der gemain der purger unser vorgenanten stat ze Weslar, daz si im also mit dem ungelt gehorsam sein als vorgeschriben stet.

191. a) postru|um? *or.*

Dez wellen wir nicht enperen. Daruber zu urchund geben wir[a] disen brief mit unsern insigel versigelten.

Der geben ist zu Franckenfurt, an sand Jacobs abend, do man zalt von Crists geburt dreutzehenhundert jar darnach in dem sechsundzveintzigistem jare, in dem zvelfsten jare unsers riches.

---

194. FRIDERICI LITTERAE AD REGEM ARAGONUM.
1326. Iul. 29.

Copia (c.) *in tabulario regio Barcinonensi 'Registrum nr. 318' fol. 28. — Ed. Zeissberg loco supra ad nr. 71 citato p. 82 nr. 83 ex* c. *Editionem repetimus.*

Responsionem regis Aragonum v. infra ad a. 1326. Sept. 3.

Excellenti et magnifico principi domino Iacobo Aragonum regi domino et tanquam patri suo karissimo Fredericus Dei gracia Romanorum rex semper augustus vite felicis auspicia et prosperorum successuum incrementa.

Excellencie vestre nobis precare pro gaudio nunciamus, quod Deo disponente nos una cum tota domo nostra regia corporum fovemur plenaria sospitate, quod de vobis audire frequentatis nobis litteris vestris iugiter affectamus. Et quia in instanti ad sanctissimi in Christo patris et domini nostri summi pontificis presenciam nostros ambaxatores super nostris agendis et promocionibus transmisimus et adhuc in brevi temporis spacio sollempniores ad ipsum nuncios transmittemus, magnificenciam vestram rogamus plenissimo cum effectu, quatinus eidem domino summo pontifici nunciis et litteris vestris inibi transmissis per vos instantissime suplicetis, ut eisdem ambaxatoribus nostris in nostris negociis et agendis pium et benignum auditum adhibeat et petita per eos clementer exaudiat et admittat. Ex hoc etenim per nos ad ipsius et san[c]te Romane ec[c]lesie laudem et honorem tamquam per suum devotissimum filium, qui suis semper mandatis obtemperare tota nostra possibilitate eiusque beneplacitis conformari intendimus, pacis tranquillitas, quies et commodum omni Cristi fidelium universitati volente Domino poterunt pervenire.

Datum apud Columb(ariam), IIII. Kalendas Augusti, regni nostri [anno] duodecimo.

195—198. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE DIVERSIS MISSAE.
1326. Aug. 1.—11.

195. *Litterae ad archiepiscopos Trevirensem et Coloniensem.* *Aug. 1.*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 113 fol. 248 nr. 1452. — Ed. Sauerland 'Urkunden und Regesten' I, 459 nr. 1021 ex* c. *Editionem repetimus.*

Reg. Löher loco supra ad nr. 2 citato p. 269 nr. 357; Preger-Reinkens p. 195 nr. 275; Brom 'Bullarium Trajectense' I, 311 nr. 692.

Cf. infra nr. 198.

193. a) *bis scriptum ed.*

Baldewino archiepiscopo Treverensi.

Dudum fraternitati tue ac venerabilibus fratribus nostris Maguntino et Coloniensi archiepiscopis per singulas litteras nostras scripsisse meminimus post salutationis eloquium in hec verba:

'Consulte provida decrevit — anno nono'. *supra nr. 61.*

Verum quia, sicut displicenter audivimus, nondum per te nec per alios predictos archiepiscopos in grande tue ac ipsorum ecclesiarum et rei publice earum partium detrimentum contenta in eisdem litteris sint executioni mandata, eidem fraternitati tue in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatinus predictas sententias per tuas civitatem et diocesim ac provinciam facias solenniter publicari. Et si prefatus Ludovicus in removendo prefato vectigali seu theloneo ab illius exactione penitus abstinendo se reddiderit contumacem, tu et archiepiscopi sepefati auctoritate nostra suffulti curetis utroque gladio, prout expedire videritis, providere de oportuno remedio super hiis viriliter et potenter.

Dat. Avinion(e), Kal. Aug., anno decimo.

Item in e. m. archiepiscopo Coloniensi.

196. *Litterae ad Albertum ducem Austriae.* *Aug. 3.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 257 nr. 1519. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 294 nr. 721 ex* c. *(decurtatum).*

Reg. Löher l. c. p. 270 nr. 359.

Alberto duci Austrie.

Leta manu fili magnifici viri Frederici germani tui dudum in regem Roman(orum) electi ac tuas recepimus litteras nobis per dil. fil. Nicolaum prepositum Imbriacensem capellanum nostrum et Gotfridum priorem domus Vallis Omnium sanctorum in Maurbach Cartusien. ordinis, nostros nuncios, presentatas earumque seriem et que verbo nuncii predicti voluerunt proponere, intelleximus diligenter. Ad que verbo ipsis respondimus et tibi ut sequitur per hanc epistolam respondemus, quod super negocio nobis per nuncios ipsos proposito germanum tuum predictum principaliter tangente parati sumus prompte et expedite cum fratrum nostrorum consilio, sicut et requirit negocii qualitas, iusticiam exhibere et adhuc gratiose et favorabiliter, quantum sine Dei offensa sueque sancte ecclesie preiudicio ac iniuria principum, ad quos electio regis Romanorum pertinere noscitur, poterit fieri, cum hoc oportune postulatum fuerit, nos habere. Ex causa certa, quam nuncii exprimere poterunt, omisimus germano tuo predicto scribere in presenti, qua cessante prompto scripissemus animo, super quo tua et ipsius prudentia nos habeat excusatos. Ceterum petitionibus nobis pro parte tua per nuncios prefatos exhibitis[a], quantum cum Deo potuimus[b], duximus annuendum, sicut tam per litteras inde confectas quam relationem nunciorum ipsorum tue magnificencie plenius apparebit.

Datum Avinion(e), III. Non. Augusti, anno decimo.

197. *Litterae ad nonnullos principes electores.* *Aug. 4.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 257 nr. 1520. Descripsimus nos. — Ed. Sauerland l. c. I, 459 nr. 1022 ex* c.

Reg. Löher l. c. p. 270 nr. 360; Preger-Reinkens p. 195 nr. 277.

Cf. Preger-Reinkens l. c. p. 202 nr. 294.

196. a) exhibitos *c.* b) poterimus *c.*

Mathie archiepiscopo Maguntin(o).

Ut de hiis, que .. nunciis magnifici viri Frederici iam dudum in regem Roman(orum) electi ac dil. fil. Alberti ducum Austrie hiis diebus super negocio Frederici predicti ad nostram destinatis presentiam verbo, ipsi Alberto per nostras litteras respondendum duxerimus, tua fraternitas habeat certitudinem pleniorem, tua prudentia nos noverit respondisse, [quod] super negocio nobis per nuncios ipsos proposito prefatum Fredericum principaliter contingente parati sumus prompte et expedite cum fratrum nostrorum consilio, sicut et requirit negocii qualitas, iusticiam exhibere et ad hec gratiose et favorabiliter, quantum sine Dei offensa sueque sancte ecclesie preiudicio ac iniuria principum, ad quos electio regis Roman(orum) promovendi in imperatorem pertinere noscitur, poterit fieri, cum hoc oportune postulatum fuerit, nos habere. Quam utique Deo fore gratam ipsisque ac cunctis, quos prefatum tangit negocium, debere esse acceptabilem extimamus[a].

Datum Avinion(e), II. Non. Augusti.

In e. m. Henrico duci Carinthie

In e. m. Henrico archiepiscopo Colonien(si).

Datum ut supra.

198. *Litterae ad civitates Moguntinam, Coloniensem, Trevirensem.* *Aug. 11.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 257' nr. 1523. Descripsimus nos. — Ed. Sauerland l. c. I, 460 nr. 1023 ex* c. *(decurtatum).*

Reg. Löher l. c. p. 270 nr. 361; Preger-Reinkens p. 196 nr. 278.

Cf. supra nr. 195.

Dilectis filiis sculteto, iudicibus, magistris consulum et consulibus ac universis civibus Maguntin(ensibus).

Dudum ad nostri apostolatus auditum fidedigna insinuatione perducto, quod Ludovicus de Bavaria excessus inculcans excessibus et accumulans novas culpas in castro de Kuwe Treveren. dioc. novas et graves pedagiorum exactiones universis Christi fidelibus perinde cum mercimoniis et rebus suis transeuntibus in magnum et grave rei publice ac ecclesiarum et fidelium earum partium gravamen et preiudicium duxerit imponendas, quamquam eidem, qui pro suis demeritis, contumaciis atque culpis necnon auxiliis, consilio[a] et favore per eum prestitis Galeacio de Vicecomitibus eiusque fratribus de Mediolan(o) ecclesie Romane rebellibus et hostibus manifestis et de heresi sententialiter condempnatis erat, sicut adhuc esse dinoscitur, anathematis sententia innodatus et omni iure, si quod sibi ex sua electione discordi in regem Roman(orum) forte competeret vel competere potuisset, per speciales processus super hoc habitos contra eum apostolica fuerat auctoritate privatus, non competiisset nec competere potuisset ius aliquod exactiones pedagiorum huiusmodi quomodolibet statuendi, nos cupientes sicut ex officii tenemur debito huiusmodi preiudiciis et gravaminibus iustis remediis obviari, venerabilibus fratribus nostris .. Maguntin(o), .. Colonien(si) et .. Treveren(si) archiepiscopis per singulas nostras litteras dedimus et nunc damus etiam in mandatis, ut eundem L(udovicum), quem excommunicationis sententiam, que per Romanum pontificem adversus imponentes nova vectigalia promulgari consuevit in certis solennitatibus, non est dubium incurrisse, huiusmodi ligatum sententia publice faciant nunciari et si forsan in non removendo dictum pedagium et ab illius exactione penitus abstinendo se reddiderit contumacem, contra

197. a) extima|mamus *c.*

198. a) o *in loco raso c.*

ipsum utroque gladio eadem auctoritate suffulti procedere, sicut expedire viderint, non postponant. Cum autem res vestra et aliorum incolarum dictarum partium, in quorum preiudicium exactiones pedagiorum huiusmodi redundare noscuntur, agatur multipliciter in hac parte, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attentius, quatinus ut cessent omnino exactiones pedagiorum predictorum, dantes operam efficacem prefato archiepiscopo Maguntin(o) sic potenter et viriliter super predictis assistere consiliis, auxiliis et oportunis favoribus studeatis, quod vestra debeat circumspectio propter hoc merito commendari.

Datum Avinioni, Idus Augusti, anno decimo.

In e. m. Colonien(sibus) mutato in fine, ubi dicitur archiepiscopo Maguntin(o) dicatur archiepiscopo Colonien(si)

In e. m. Treveren(sibus) cum mutatione similiter Treveren(si).

---

199. FRIDERICI DONATIO IURIS PATRONATUS.
1326. Aug. 17.

Originale in tabulario generali regni Bawarici 'Reimlingen Deutschordensobervogtei XLI fasc. 2'. Descripsimus nos. Pendet sigillum maiestatis laesum filis sericis rubei viridisque coloris. — Ineditum.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 178 Friedrich nr. 220.

Fridericus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Dum huiusmodi personis, quas fructu virtutum suarum Deo placidas et hominibus gratas fore cognoscimus, munera parciamur, gratum Deo obsequium impendere non ambigimus nec ex eo credimus alicui displicencie spiritum generari. Sane quia honorabilium et relig(iosorum) . . fratrum domus Theothonicorum merita multipliciter meruerunt, quod ipsos benigni favoris gracia prosequi delectamur, eisdem fratribus et ordini pure propter Deum ius patronatus ecclesie in Windeshein nobis et imperio pertinens cum omnibus iuribus et pertinenciis suis domicilio sive castro in Virnsperg, quod prefatum ordinem respicere dinoscitur, applicandum contulimus et pleno iure conferimus. Presencium testimonio litterarum regalis nostri sigilli signaculo signatarum.

Dat. apud Offenburg(um), XVI. Kalen. Septembr., anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, regni vero nostri anno duodecimo.

200—205. LUDEWICI SCRIPTA DIVERSA.
1326. Aug. 17.—Sept. 30.

200. *Scriptum prius super comitatu Graisbach.* *Aug. 17.*

Originale (or.) *in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 326. Descripsimus nos. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. — Ineditum.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 357 nr. 3235 (Addit. III); cf. notam l. c. adiectam.

Cf. infra nr. 204.

Wir Ludowich von Gotes genaden Rômischer chûnich zû allen zeiten merer dez ryches verjehen offenlich an disem briefe und tûn chunt allen den die in sehent oder

hœrent lesen, daz wir dem edeln manne Berchtolden[a] grafen von Marsteten genant von Nyffen unserm lieben getriwen enpfolhen haben und enpfelhen die grafschaft ze Grayspach mit dem wildpan, dienstmannen, laûten und gûten, lantgerichten und allem dem daz darzû gehôret, besûhte und unbesûhte, also daz er die selben grafschaft mit allen rechten und eren besitzen unde inne haben schol von unsern wegen an alle hindernuzze, als si der edel man graf Berhtolt von Grayspach dem Got genade und sein vodern vor her besezzen und inne gehabt habent. Und dar ûber ze urchunde geben wir im disen briefe versigelten mit unserem insigel.

Der geben ist ze Ingoltstat, dez Suntages nach unser Frawen tag als si ze himel enpfangen warde, do man zalt von Christes gebûrde dreutzehenhundert jar dar nach in dem sechsundzwaintzgestem jar, in dem zwelftem jar unsers ryches.

201. *Mandatum comitibus de Nassow missum.* *Aug. 24.*

Copia (c.) *in Copiario recentiori tabularii regii Wisbadensis. — Ediderunt Böhmer 'Acta imperii selecta' p 496 nr. 725 ex* c.; *Wiese 'Urkundenbuch der Stadt Wetzlar' I, 437 nr. 1074 ex* c. *Editionem hanc adhibuimus.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 52 nr. 891.

Wir Ludewig von Gots gnaden Romischer koning zu allen ziiten merer des riichs enbieten dem edelen man graff Iohan von Nassauwe unserem lieben getruwen unser huld und alles gut.

Wir heyßen und enpfelhen dir, das du mit graff Gerlachen von Nassauwe unserem lantvogt die stat zu Wepflarn twingest und notest, das sie graff Gerlachen das ungelt, das sie uffgehaben habent sint der ziit das wir coning wurden, geben und reichen und dir mit dem ungelt das itzunt gevellet gehorsam sin, byß du zweytusent phunt Haller auffgeheffst. Und willich man dir darzu bestanden und beholffen ist, der thut nicht wieder uns und thut uns und dem riiche eynen besunderen dienst dar an.

Der brieff ist geben zu Nurenberg, an sant Bartholomei tag, in dem zwelfften jair unsers riichs.

202. *Assignatio sturae prior.* *Sept. 12.*

Extractum in Libro cancellariae Ludewici regis, de quo v. supra nr. 4—14, fol. 119. Contulimus nos.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 52 nr. 893.

Anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, feria sexta post nativitatem beate Marie virginis gloriose dominus rex deputavit nobili viro Frid(erico) burchgravio in Nûrenberch steuram consuetam civium in Nurenberg, scilicet duo milia librarum
1327. Nov. 11. Hallen(sium), quam tenentur dare a festo Martini proxime venturo post unum annum et tunc in festo Martini dant.

203. *Assignatio sturae altera.* *Sept. 12.*

Extractum ibidem fol. 119. Item contulimus.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 53 nr. 894.

200. a) d *corr. ex* t *or.*

Item deputavit eidem burchgravio steuram conswetam civium in No̊rdlingen, scilicet trecentas libras Hallen(sium), quas eciam tenentur dare a festo Martini proxime Nov. 11.
venturo post unum annum et dant[a] tunc in festo Martini.

Dat. in Nurenberch, anno[b] Domini et die prenotatis, regni vero predicti regis anno duodecimo.

204. *Scriptum super comitatu Graisbach alterum.* *Sept. 13.*

Originale ibidem KLS nr. 328. Item descripsimus. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. — Ineditum.

Cf. supra nr. 200.

Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer chunig ze allen zeiten merer dez riches tůn chůnt allen den die disen brief ansehent oder ho̊rent lesen, daz wir dem edeln manne Bertolden grafen von Marsteten genant von Nyffen unserm lieben getriwen umb seine getriwen und genæmen dienst, die er uns und dem riche getan hat und noch getůn mach, verlihen haben und verleihen ze rechtem lehen die grafschaft von Greispach, die uns und dem riche ledich worden ist von wilent Bertolden grafen von Greispach, mit herschaft, mit wirde, mit eren, mit rechten, mit læuten, mit gůten und mit allem dem daz datzͤ geho̊rt und als si der obgenante wilent Bertolt grafe von Greispach besezzen und her bracht hat. Und gebieten allen læuten die zů der grafschaft gehorent, swie die genant seint, vesticlich, daz si dem vorgenanten Bertolden von Nyffen und seinen erben als iren rechten herren und grafen an allen dingen und sachen undertenich und gehorsam sein. Dar uber zů urchůnd geben wir disen brief versigelten mit unserm chůniclichem insigel.

Der geben ist zů Nuremberg, an dem Samestag nach unser Vrowen tag als si geborn wart, do man zalt von Crists gebůrt dreutzehenhůndert jar darnach in dem sechsundzweintzigistem jare, in dem zwelften jare unsers richs.

205. *Quitatio sturae.* *Sept. 30.*

Extractum in Libro cancellariae citato fol. 93'. Contulimus nos.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 53 nr. 896.

Nota quod dominus rex quittat Iudeos in Werde de steura consweta a festo Puri- 1327. Febr. 2.
ficacionis proxime venturo per duos annos continuos per eos danda, scilicet de centum lib(ris) Hallen(sium), hoc est de quolibet anno quinquaginta lib. Hallen(sium).

Dat. in Lougingen, in crastino beati Michahelis, anno Domini MCCCXXVI, regni vero sui anno duodecimo.

---

203. a) *supra lineam add. c.* b) annis *c.*

206—208. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE DIVERSIS MISSAE.

1326. Aug. 24.—29.

206. *Litterae ad regem Franciae priores.* *Aug. 24.*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 113 fol. 210 nr. 1224. Descripsimus vel contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 296 nr. 726 ex* c. *(decurtatum); Sauerland 'Urkunden und Regesten' I, 464 nr. 1035 ex* c. *(decurtatum).*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 218 Päbste nr. 44 (male ad a. 1325); Löher loco supra ad nr. 2 citato p. 270 nr. 363.

Eidem regi.

1. Binas serenitatis regie litteras successive recepimus benivolentia consueta, quarum una nobis insinuavit aperte intentionis esse regie super negocio, pro quo dil. fil. nobilis vir Alfonsus de Ispania dominus de Limello et alii eius in hac parte college ad nos fuerant per regiam magnitudinem destinati, novissime finalem responsionem facere in prefixo ad hoc a nobis termino sive citra, reliqua vero, quod per certos ex dictis regiis, relatione ac scriptura, quam eis dedimus super negocio ipso, auditur, non videbatur providencie regie, arctitudine termini consiliariorumque regiorum occupationibus et absentia et aliis ingruentibus impedimentis attentis, citra vel ad ipsum terminum respon-
Nov. 1. dere. Quare nisi tunc ipsam responsionem faceret, quam tamen citra festum Omnium sanctorum proximum facturum offerebat, plenarie haberi se petiit excusatum. Super quibus regali magnificentie taliter respondemus, quod gratum est nobis oportunitatibus favendo regiis dicte dilationi annuere, quantum videlicet ipsum negocium nos concernit. Sed dum attente circa illud attendimus, quod in tractatu dicti negocii prefixioneque termini nonnulli ambaxatores solennes certarum civitatum solennium de ipsorum regiorum nunciorum beneplacito affuerunt, veremur quod ipsius termini prorogatio eis inconsultis vel insciis dubios ipsos reddat et anxios, quod utique non expedit in hac parte[1].

1) *His litteris nr. 206 et 207 negotium regis Franciae eligendi in regem Romanorum ultimum tangi videtur. Enuntiata itaque nonnulla ex Marini Sanuti litteris a. 1327. ad cardinalem presbyterum S. Marcelli datis hic subiungere liceat:*

.... Christianitas multo indiget pacis remedio et hoc non video quod posset ad presens fieri, si non fuerit imperator cum voluntate et beneplacito ecclesie. Nam fideliter et reverenter loquendo exponam quicquid sentio ex predictis.

Quando eram in curia excellentissimi regis Francie domini Karoli qui est ad presens rex Francie habens sororem regis Boemie in uxorem, rex predictus Boemie tractabat ipsum fore imperatorem cum voluntate istius Bavari. Non videtur michi quod illi qui erant prope regem Francie multum contentarentur, immo spernebant rem. Sed postea rex Boemie cum comite Hanonie tractabat facere dominum Karolum patruum ipsius regis Francie regem Arelatensem sive Vienensem cum consensu et voluntate predicti Bavari, sed propter filiam domini Karoli antedicti, quam accepit dominus dux[a] Calabrie filius excellentissimi domini regis Ierusalem et Sicilie, videtur quod remansisset. Postmodum me veniente Venetiis per spacium aliquod temporis frater Albertus de Nigro Castro de Alemania, qui fuit magnus preceptor sancte domus Hospitalis sancti Iohannis Ierosolymitani de Alemania, venit de Sicilia Venetiis. Qui fuerat meus amicus intimus et dominus longo tempore tam Rodi quam in curia Romana Avinione. Fui cum ipso multis diebus moram ipso faciente Venetiis. Familiariter retulit michi, quod principes Alemanie contentabantur dare coronam imperii predicto regi Francie solum in vita sua et hoc faciebant, ut imperium aliquod bonum haberet principium. Nam reverenter loquendo videtur michi, quod illud ex humilitate maxima et sapientia procedebat. Et postea scivi ab aliis qui sunt

a) duca *ed.*

2. Preterea sicut ad aures supponimus regias pervenisse, ambaxiata solennis pro parte viri magnifici Frederici ducis Austrie dudum in regem Romanorum electi dirigenda nobis ordinata extitit pridem, in qua dil. fil. nobilis vir Albertus ipsius Frederici germanus pro eo et . . de Buchek ac de Vinenberk comites pro venerabilibus fratribus nostris . . Maguntino et . . Coloniensi archiepiscopis fuerunt ad veniendum cum aliis nonnullis personis solennibus specialiter deputati. Qui siquidem Australes duos postmodum precursores nuncios premittentes, a nobis nonnulla in favorem electionis Frederici predicti cum ferventi instantia postularunt. Quibus cum annuendum minime decreverimus, tam precursoribus ipsis oretenus quam Alberto predicto per speciales litteras[1] duximus taliter respondendum, videlicet quod super negocio per eosdem nuncios proposito prefatum Fredericum principaliter contingente parati eramus prompte et expedite cum fratrum nostrorum consilio, sicut et requirit negocii qualitas, iusticiam exhibere et adhuc gratiose et favorabiliter, quantum sine Dei offensa sueque dicte ecclesie preiudicio ac iniuria principum, ad quos electio regis Romani promovendi in imperatorem pertinere noscitur, poterit fieri, cum hoc oportune postulatum fuerit, nos habere.

3. Ex quibus providentia quesumus colligat regia, que possent presertim exordio necnon intento fini[a] dicti negocii ex prorogatione responsionis huiusmodi maxime Australibus ipsis et sibi adherentibus condictam ambaxiatam prosequentibus obstacula provenire. Nichilominus tamen offerimus nos paratos memoratis civitatum predictarum ambaxiatoribus iuxta regium beneplacitum scribere prorogationem termini antefati rogareque illos etiam, quod exinde displicentie materiam eorum devotio non assumat.

Datum Avinion(e), IX. Kal. Septembris, anno decimo.

207. *Litterae ad eundem alterae.* *Aug. 24.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 210 nr. 1223. Contulimus nos*[2]. — *Ed. Riezler l. c. p. 297 nr. 727 ex* c.

Cf. infra nr. 214.

Regi Francie.

Cuidam devoto nostro fuerunt a quibusdam amicis suis misse littere que continet cedula presentibus interclusa[3] continentes. Quam mittere voluimus, ut providencia regia circa responsionem fiendam sibi per illos, ad quos erat destinatus nuncius, possit cautius se habere.

Datum Avinion(e), IX. Kal. Septembris, anno decimo.

de consilio istius Bavari, quod vellet libentissime facere omnem reverentiam domino nostro summo pontifici, que sue sanctitati et magnificentie conveniret. Et sum certus, quod dominus comes Hanonie est tam sapiens et propinquus domus Francie ac etiam socer istius Bavari, quod per ipsum ad honorem sanctissimi domini nostri omne bonum tractaretur. Idcirco si eidem audientia preberetur, per ipsum cuncta que forent bona et utilia tractarentur.

Que omnia vestre significavi dominationi clementi, quoniam nullum cognosco Deo previo, qui de hoc posset melius dominum nostrum summum pontificem informare ad hoc ut tanta mala cessarent, ut vestra paternitas reverenda. Idcirco vestra summa solertia de statu gravissimo christianorum previdere dignetur. . . . . *(Gesta Dei per Francos ed. Bongarsius II nr. 17 p. 309 sq.)*

De quibus rebus omnibus cf. J. Priesack 'Die Reichspolitik des Erzbischofs Balduin von Trier' p. 164 sqq.

1) *Supra nr. 196.* 2) *Pontificis litterae a. 1326. Aug. 24. datae, quas notat Mollat 'Lettres communes' nr. 26474 his verbis:* Legato Lumbardiae per cedulam. Datum sub annulo Domini . . . die sancti Bartholomaei anno X, cum littera inclusa super parlamento a rebellibus celebrato *(Chartaceum parvum), nobis quamvis petentibus a viro d. Henrico Pogatscher reperiri non poterant. Num ad nostras res faciant nescio.* 3) *Servata non est.*

208. *Litterae ad Iohannem regem Bohemiae.* *Aug. 29.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 258 nr. 1524. Descripsimus vel contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 297 nr. 730 ex* c. *(decurtatum); Sauerland l. c. I, 467 nr. 1039 ex* c.

Iohanni regi Boemie.

Serenitatis regie litteras nobis per dil. fil. Iohannem Pinchon regium nuncium presentatas consuete benignitatis affectu recepimus et ea que ipse nuncius explicare sub verbo concesse sibi credentie voluit et littere huiusmodi continebant, pleno collegimus intellectu ac illis de petitionibus per ipsum nobis oblatis, [quantum] secundum Deum ad presens potuimus, favorabiliter duximus annuendum, sicut ipse tue sublimitati referre plenius poterit et in litteris confectis super hoc plenius continetur. Sane quia quid pridie . . nunciis Australium respondimus, per tuos ac venerabilis fratris nostri Baldewini archiepiscopi Treverensis patrui tui alios nuncios ad tuam supponimus noticiam pervenisse, id presentialiter non duximus tue magnificentie refricandum.

Datum Avinion(e), IIII. Kal. Septembr., anno decimo.

209—213. LITTERAE A REGE ARAGONUM EMISSAE ET RESPONSIONES RECEPTAE.

1326. Sept. 3.—29.

209. *Litterae regis ad pontificem.* *Sept. 3.*

Copia (c.) *in tabulario regio Barcinonensi 'Registrum nr. 318' fol. 28, ubi haec praecedunt:* Cum dominus rex recepisset litteram ab excellente principe Frederico Romanorum rege semper augusto genero dicti regis nostri, cuius littere tenor per omnia noscitur esse talis: *(sequuntur Litterae supra nr. 194),* dominus rex noster misit pro negociis dicti regis Romanorum litteras tres tenorum sequencium. — *Ed. Zeissberg loco supra ad nr. 71 citato p. 83 nr. 84 ex* c. *Editionem repetimus.*

Sanctissimo ac beatissimo in Christo patri et domino domino Iohanni divina providencia sacrosan[c]te Romane et universalis ecclesie summo pontifici Iacobus etc. eius humilis filius et devotus pedum oscula beatorum.

Si apud sanctitatem vestram pro excellenti principi Frederico Romanorum rege semper augusto, quem karissimum habemus in filium, suisque agendis prospere dirigendis nostrum ponimus intercessum, confidenter hoc agimus favorem benignum apostolicum firmiter exspectantes. Suscepto igitur noviter per litteram specialem regis predicti[1] ad apostolicam sanctitatem se suos nuncios iam misisse et sollempniores in brevi temporis spacio transmissurum, propterea cum ex affeccione paterna qua eum prosequimur, tum ab ipso in sua de hoc predicta littera inducti precibus, benignitati vestre solite humiliter suplicamus, quatinus de illa procedat memoratum regem et agenda sua ac ambaxatores eius occulis respicere graciosis et petita per eos vestra sanctitas clementer exaudiat et admittat. Significavit etenim nobis, quod per eum ad vestri et sancte Romane ecclesie laudem pariter et honorem tamquam per vestrum devotissimum filium, qui vestris semper obtemperare mandatis tota sua possibilitate vestrisque beneplacitis conformari intendit, pacis tranquillitas, quies et commoda omni Cristi fidelium universitati volente Domino poterunt provenire. Et quia dilectum consiliarium nostrum Petrum

1) *Supra nr. 194.*

de Abacia canonicum Valencie procuratorem nostrum in Romana curia de quibusdam circa hec fecimus informatum, suis placeat relatibus credere in premissis. In hiis autem, benignissime pater, nobis specialem graciam vestra benignitas exhibebit et obligabit vehementius ad graciarum uberes acciones. Qui cuncta disponit, preelectam personam vestram conservet et vivere faciat suo sancto servicio per tempora longiora.

Datum Barchinone, III. Nonis Septembris, anno Domini millesimo CCCXX sexto.

Dominus rex manu Bernardi de Aversona, cui fuit lecta.

210. *Litterae eiusdem ad Neapoleonem cardinalem.* *Sept. 3.*

Copia (c.) *ibidem fol. 28'. — Ed. Zeissberg l. c. p. 83 nr. 85 ex* c. *Item repetimus.*

Reverendo in Christo patri domino Neapoleoni divina providencia Sancti Adriani diachono cardinali speciali amico nostro Iacobus etc. salutem et debitam reverenciam cum honore.

Paternitatem vestram nolumus ignorare, nos noviter litteras[1] recepisse ab excellente principe Frederico Romanorum rege semper augusto genero nostro, quem karissimum habemus ut filium, per quas nos deprecatus est, ut cum iam ad sanctam presenciam apostolice dignitatis miserit nuncios suos et in proximo sollempniores intendat mittere, suplicaremus domino pape, ut in suis negociis et agendis eius ambaxiatoribus pium et benignum auditum adhibeat et petita per eos clementer exaudiat et admittat. Adiciens quod ex hoc per ipsum ad ipsius domini pape et sancte Romane ecclesie laudem et honorem tamquam per suum devotissimum filium, qui suis semper mandatis obtemperare tota sua posibilitate eiusque beneplacitis conformari intendit, pacis tranquillitas, quies et comodum omni Christi fidelium universitati volente Domino poterunt provenire. Nos autem, cum ex affeccione paterna qua eum prosequimur, tum ex suis predictis inducti litteris suplicamus domino pape pro negociis dicti regis per litteram specialem[2], quam per discretum Petrum de Abbacia dilectum consiliarium et procuratorem nostrum in Romana curia iussimus presentari, quem informavimus, qualiter in premissis se habere debeat vestro auxilio et consilio requisitis. Eapropter paternitatem vestram intima affeccione cordis rogamus, quatinus memorato Petro consulatis et dirigatis et vestrum prebere placeat auxilium et favorem et consilium in prescriptis. Ex magno etenim debito, quo dictus rex nobis coniungitur, placida hec plurimum habebimus et accepta.

Datum Barchinone, III. Nonis Septembris, anno Domini millesimo CCCXX sexto.

Idem.

211. *Litterae eiusdem ad procuratorem in curia.* *Sept. 3.*

Copia (c.) *ibidem fol. 29'. — Ed. Zeissberg l. c. p. 84 nr. 86 ex* c. *Item repetimus.*

Iacobus etc. dilecto consiliario et procuratori nostro in Romana curia Petro de Abbacia canonico Valencie etc.

Scire vos volumus nos hiis diebus litteram[1] recepisse a principe excellente Frederico Romanorum rege semper augusto genero nostro karissimo nobis ut filio, per quam significavit nobis se in instanti ad sanctissimi patris domini summi pontificis presenciam suos ambaxatores super suis agendis et peticionibus transmisisse et adhuc in brevi temporis spacio sollempniores ad ipsum nuncios transmissurum, rogando nos, ut suplicaremus dicto domino pape, ut in suis negociis et agendis dictis eius ambaxatoribus pium et benignum auditum adhibeat et petita per eos clementer exaudiat et admittat.

1) *Supra nr. 194.* 2) *Nr. 209.*

Adiciens quod ex hoc per ipsum ad ipsius domini pape et sancte Romane ecclesie laudem et honorem tamquam per suum devotissimum filium, qui suis semper mandatis obtemperare tota sua possibilitate eiusque beneplacitis conformari intendit, pacis tranquillitas, quies et comodum omni Christi fidelium universitati volente Domino poterunt provenire, ut premissa omnia, que bene consideravimus in predicta littera, quam vobis in originali forma transmittimus presentibus interclusam, continebantur. Nos autem de[a] industria et suficiencia vestra plenarie confidentes et sperantes, quod prudenter et caute vos habebitis super istis, ea vobis et discrecioni vestre providimus imponenda, volentes ac vobis expresse mandantes, quatinus si ambaxatores predicti iam venerunt et sunt et alii, qui post venturi dicuntur, advenerint, ad ipsius domini pape presenciam vos ipsos ambaxatores adire curetis, exponendo sibi meliori modo et verbis aptis, quibus providencie vestre videbitur, qualiter nos memoratum Romanorum regem karissimum habemus in filium, in cuius adversitatibus condolemus et suis prosperitatibus exultamus plurimum ut de aliquo filiorum, quodque vos, quem specialem procuratorem habemus in curia, recepistis litteram nostram[1], quam eis poteritis exhibere quamque antedicto domino pape dirigimus pro ipso rege in ea et suis promocionibus intentis affectibus supplicantes, cuius eciam copiam vobis mittimus presentibus insertam, quam ipsis ambaxatoribus, si vobis videatur expediens, ostendatis. Cuius littere presentacionem, prout cum eis deliberaveritis, sive eis presentibus vel non presentibus, facietis et domino pape pro nostra parte intencius suplicabitis premisse littere dicti regis continenciam de qua predicitur insequendo et alias, prout utilius pro suis negociis et promocionibus videbitis convenire, et offerendo eciam dictis ambaxatoribus vos prompte facturum ex dicto mandato nostro vobis facto ad omnia que pro eis poteritis peragenda. Et hoc eciam, quantum vobis facultas fuerit, sollicito studio compleatis effectu predicendo apostolice sanctitati, ut que in persona vel pro negociis regis antefati benigne providerit, recipiemus nos pro nobis specialiter facta esse et pro gracia ac munere speciali. Dictam autem litteram memorati regis preterea in originali transmittimus, ut si forsan dominus papa, quia nos ipsum regem nominamus in littera, quam dicto domino pape direximus, 'Romanorum regem semper augustum', admiracionem susciperet, sibi possitis ostendere litteram supradictam, exponendo quod nos aliter ipsum regem decenter nominare non possumus nisi secundum titulum, quo ipse se intitulat et describit. Si eciam dictus dominus papa aliquod verbum diceret aut tangeret circa istud, in hoc eciam casu volumus et iubemus ipsam litteram regis predicti ipsi domino pape per vos similiter exhiberi, ut motum nostrum videat super eo. Postea autem litteram ipsam ad nostram curiam remittatis[2] cum informacione eorum, que facta fuerint in premissis. Igitur in predictis sic diligenter et sollicite vos habere curetis, cum cordi nobis sint, ut possitis inde et nostris conspectibus occurrere commendandus. Super predictis autem cum littera speciali[3] quam vobis mittimus scribimus reverendo in Christo patri speciali amico nostro domino Neapoleoni Sancti Adriani diachono cardinali, ut vobis consulat et dirigat ac suum prebeat auxilium, favorem et consilium in prescriptis, que ab eo pro nostra parte requirere et habere curetis. Cui hec omnia comunicare poteritis et conferre plenarie super eis.

Datum Barchinone, tercio Nonis Septembris, anno Domini MCCCXX sexto.

Idem.

211. a) *post add. c.*

1) *Nr. 209.* 2) *Cf. litteras procuratoris die 1. m. Oct. ut videtur regi missas:*

Sacre regie magestati presentibus significo, quod per oblivionem obmisi dominationi vestre mitere per curssorem vestrum literam excellentissimi domini regis Romanorum vobis missam, quam michi misistis, ut eam ostenderem domino pape, si necessarium esset, et in casu, ubi ipse dominus papa admiraretur, quomodo vestra dominatio ipsum intitulabat regem Romanorum, et quid super hoc dominus papa diceret. Iam scripssi plene in alia litera, quam magestati vestre portavit cursor, qui pro predictis negociis huc venit. Ad presens non sunt nova digna relatu . . .

Scripta Avinione, prima die Septembris (*potius* Octobris). (*Finke l. c. I, 383 in nota.*) 3) *Supra nr. 210.*

212. *Responsio Neapoleonis cardinalis.* *Sept. 16.*

Originale (or.) *ibidem CRD Ap. 78. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, 380 nr. 257 ex* or. *Editionem repetimus.*

. . . Serenitatis vestre litteras[1] inter alia continentes, ut nuntios serenissimi principis domini Friderici regis Romanorum illustris generi vestri, amici nostri carissimi in brevi ad sedem apostolicam destinandos honorare vellemus et etiam promovere, gratanter recepimus et contentis in eis seriose perlectis vestre celsitudini respondemus, quod tum contemplatione vestra specialiter, tum quia idem rex et alii de domo Austrie sunt nobis quadam speciali dilectione coniuncti, prefatos nuntios cum venerint letanter videbimus et honorabimus affectanter ipsisque in promotione et expeditione felici negociorum regis eiusdem grato et libenti animo pro viribus assistemus. Et ad hec et quelibet alia excellentie vestre grata sumus et erimus vita nobis comite voluntarii atque prompti.

Dat. Avinione, die XVI. mensis Septembris.

213. *Responsio procuratoris.* *Sept. 29.*

Originale (or.) *chartaceum ibidem CRD Ap. 78. Sigilli vestigia adsunt. — Ed. Finke l. c. I, 380 nr. 258 ex* or. *Editionem repetimus; cf. notam l. c. adiectam.*

1. Noverit vestra sacra regia maiestas, quod receptis litteris eiusdem cum debita reverencia et aliis, que domino pape dirigebantur[2], super negociis excelsi principis domini Frederici Romanorum regis semper augusti, mox accessi ad reverendum patrem dominum Neapoleonem et sibi litteras vestras[1] super huiusmodi negociis missas eidem presentavi, qui se more solito multum liberaliter optulit ad vestrum honorem huiusmodi negocia et quecunque alia procurare pro posse. Deinde accessi ad ambassiatores dicti domini regis, qui noviter venerant, qui sunt IIII principales persone, videlicet duo comites et unus clericus secularis prepositus Coloniensis et quartus quidam religiosus prior ordinis Cartusiensis, qui est confessor dicti regis. Et iste fecit pacem et concordiam inter prefatum regem et ducem Bavarie. Et coram predictis personis exposui bonam affeccionem, quam dominacio vestra ut filialem gerit erga memoratum dominum regem et quod pro votiva exaudicione ac recomendatione negociorum huiusmodi et persone dicti regis vestra regia maiestas domino pape per suas litteras supplicabat. Et preterea obtuli me eisdem ex parte dominationis vestre ad obsequendum eis, in quibus possem, sicut a celsitudine vestra habueram in mandatis. Et iterum dixi eis, si volebant, quod huiusmodi litteram, que dirigebatur domino pape, in eorum absencia vel presencia presentarem. Et responderunt, quod in eorum absencia pocius volebant, quod presentaretur. Et hec omnia grata et accepta plurimum habuerunt.

2. Post hec procuravi oportune et importune tam cum dominis Neapoleone predicto et Sabinensi cardinalibus necnon et dominis P(etro) de Via et Arnaldo de Osia domini pape nepotibus habere ingressum ad huiusmodi litteras presentandas eidem domino pape. Cui per ministerium dicti domini Arnaldi, qui michi ingressum prebuit, huiusmodi litteras presentavi. Et in sui constitutus presentia multum pacienter et favorabiliter super propositione recomendationis huiusmodi negociorum et persone dicti regis me audivit. Verum est tamen, quod cum incepisset litteram dominationis vestre legere, dixit: 'Non est bene factum, quia eum regem Romanorum vocabatis.' Et ego tunc sibi exposui, quod quia dictus rex in litteris suis, quas vobis miserat, sic se intitulabat, non poteratis eum decenter aliter nominare, et tunc ostendi sibi litteram dicti regis. Et viso sigillo non curavit de alio, set dixit: 'Bene credimus, bene credimus' satis cum bona

1) *Supra nr. 210.* 2) *Nr. 209 et 211.*

facie, non aliter hoc exasperando. Dixi etiam sibi ultimo, quid placebat sibi, quod super hoc rescriberem dominationi vestre. Et ipse[a] respondit: 'Nos scribemus sibi'. Cum huiusmodi litteram suam habuero, ad quod dabo operam quam potero efficacem, magnifficençie vestre quamtocius destinabo.

3. Predicta vero omnia preterquam de tituli excusatione retuli ambasiatoribus[b] predictis, qui predicta ut supra grata et accepta plurimum habuerunt. Et licet ab eis conatus fuerim scire, quid fecerant et cuiusmodi responsum habuerant, tamen clare non potui scire per eos, set per interpositam personam eorum familiarem intellexi, quod missi erant, ut dominus papa approbaret electionem factam de ipso duce Austrie, cum de hoc sit in concordia cum duce Bavarie. Et quod dominus papa respondit, quod cum ipse dux Austrie fuerit a minori parte electus et electio dicti ducis Bavarie et ipsius persona sint reprobate, huiusmodi electio facienda rediit ad electores, sine quorum preiudicio electionem factam de ipso duce Austrie posset minime approbare. Alii dicunt et puto idius[1], quod dominus papa respondet eis, ut dicti duces tam Bavarus quam Australis alios mittant sollempnes ambassiatores habentes super predictis omnimodam potestatem. Et ut fertur per nonnullos, ista non fiunt nisi ad differendum et prorogandum[c] negocium.

Sacratisimam vestram regiam maiestatem conservet dominus Deus[d] per tempora longiora.

Dat. Avinione, die beati Michaelis.

Per suum P. de Abbacia canonicum Valentinum et in Romana curia procuratorem.

214—218. LITTERAE IOHANNIS XXII. PAPAE AD DIVERSOS.

1326. Sept. 3.—25.

214. *Litterae iteratae ad regem Franciae.* *Sept. 3.*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 113 fol. 211 nr. 1227. Descripsimus nos. Extractum apud Sauerland 'Urkunden und Regesten' I, 469 nr. 1043 ex* c.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 218 Päbste nr. 45 (male ad a. 1325); Löher loco supra ad nr. 2 citato p. 271 nr. 368; Preger-Reinkens p. 198 nr. 283.

Cf. supra nr. 206 et 207.

Eidem.

Scripsisse pridem regie serenitati meminimus, qualiter nunciis novissimis Australibus verbo et dilecto filio nobili viro Alberto duci Austrie litteris duxeramus ad supplicata[a] per eosdem nuncio[s] respondendum[2]. Set quoniam supplicata[a] per nuncios ipsos tunc insinuare ommisimus, ut de responsionis prefate congruitate plenius celsitudini regie liqueat, ecce formam supplicatorum continet cedula presentibus interclusa[3]. Ad hec quia relatum nobis extitit[b] postmodum, quod prefati duces[c] responsionem nostram huiusmodi non habuerunt acceptam quodque nisi sunt per eorum litteras carissimum in Christo filium nostrum I(ohannem) regem Boemie ac venerabilem fratrem nostrum . .

213. a) ipsi *or.* b) ambasiatores *or.* c) porrogandum *or.* d) *bis scriptum or.*

214. a) licata *in loco raso c.* b) exti|titit *c.* c) es *in loco raso c.*

1) *A gr.* ἴδιος, *i. e.* proprie, privatim, *ut opinor; an potius* Idius, *ital.* Iddio? 2) *Supra nr. 206.* 3) *Servata non est.*

archiepiscopum Treverensem sibi attrahere, regali excellentie, ut si quid illam expediat agere, circa hoc providere valeat, eadem decrevimus nuncianda. Ceterum nonnulla personam tangentia regiam et aliqua Theutonie ac Vasconie negocia concernentia dil. fil. . . cantori Claromontensi eius nuncio exponenda regie providentie imposuimus. Quem super illis audiat quesumus et disponat, sicut sibi et eisdem negociis secundum Deum viderit expedire.

Datum Avinion(e), III. Non. Septembr., anno X.

215. *Litterae ad episcopum Argentinensem.* *Sept. 4.*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 258 nr. 1525. Contulimus nos. — Ed. Hauviller 'Analecta Argentinensia' I, 100 nr. 91 ex* c.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 218 Päbste nr. 46 (male ad a. 1325); Löher l. c. p. 266 nr. 317 (male ad a. 1325); Preger-Reinkens p. 198 nr. 284.

Iohanni episcopo Argentino.

Fraternitatis tue litteras, per quas nobis nuncios Australium et negocia, pro quibus mittebantur ad nostram presentiam, comendasti, benigne recepimus et earum intelleximus seriem diligenter. Sane frater mirati fuimus admodum, quod nuncii predicti electionem de magnifico viro Frederico duce Austriæ in regem Romanorum dudum discorditer celebratam decreto electionis non oblato nec data informatione alia super ea coram nobis petierunt infra brevis temporis spacium confirmari. Et ut responsionem, quam super propositis huiusmodi fecimus, non ignores, ecce quod tam ipsis nunciis verbo quam dil. fil. nobili viro Alberto duci Austriæ litteris[1] taliter duximus respondendum, videlicet quod super ipso negocio parati sumus prompte et expedite cum fratrum nostrorum consilio, sicut et requirit negocii qualitas, iusticiam exhibere et adhuc gratiose et favorabiliter, quantum sine Dei offensa sueque sancte ecclesie preiudicio ac iniuria principum, ad quos electio regis Romanorum promovendi in imperatorem pertinere noscitur, poterit fieri, cum hoc oportune postulatum fuerit, nos habere.

Datum Avinion(e), II. Non. Septembris, anno decimo.

216. *Litterae ad archiepiscopum Moguntinum.* *(Sept. 4.)*

Copia (c.) *ibidem tom. 113 fol. 258 nr. 1526. Contulimus nos*[2]. — *Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 298 nr. 734 ex* c.

De tempore cf. notam apud Riezler l. c. additam.

Mathie archiepiscopo Maguntino.

Quid nunciis Australium nuper ad nostram presentiam venientibus duxerimus respondendum, fraternitati tue per alias nostras litteras meminimus intimasse. Sed que ipsi proposuerant et petierant coram nobis, ex cedula interclusa presentibus[3] tibi plenius patefiet et nichilominus dil. fil. nobiles viri Hugo comes de Bucchegga familiaris noster, germanus tuus et Iohannes decanus ecclesie Maguntin(e) nuncii tui super predictis et hiis que gesta sunt circa ea et aliis etiam pro quibus missi fuerunt plenius informati fraternitatem tuam reddere poterunt vive vocis oraculo certiorem.

1) *Supra nr. 196.* 2) *Praecedunt litterae supra nr. 215.* 3) *Supra nr. 197.* 4) *Servata non est.*

217. *Litterae ad Bertholdum de Buchegg.* *(Sept. 4.)*

Copia (c.) ibidem tom. 113 fol. 258 nr. 1527. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 298 nr. 735 ex c.

De tempore cf. supra ad nr. 216.

Bertholdo de Buechegga fratri domus beate Marie Theotonicorum.

Diligentiam tuam nobis gratam admodum et acceptam, quam adhibere circa insinuationem rumorum et status earum [partium][a] curavisti, plurimum in Domino commendantes discretionem tuam exhortamur[b], quatinus illam continuare, quatinus oportunum cognoveris, non postponas. Et ecce quod nobiles viri Hugo comes de Buechegga familiaris noster, germanus tuus et Iohannes decanus ecclesie Maguntin(e) nuncii venerabilis fratris nostri Mathie archiepiscopi Maguntini germani tui de hiis, que super negocio Australium coram nobis proposita nuper et responsa per nos ad illa fuerunt, prudentiam tuam viva voce reddere poterunt[c] certiorem.

218. *Litterae ad Albertum ducem Austriae.* *Sept. 25.*

Copia (c.) ibidem tom. 114 II fol. 46' nr. 873. — Ed. Riezler l. c. p. 299 nr. 739 ex c. (decurtatum); Sauerland l. c. I, 471 nr. 1049 ex c. Editionem hanc repetimus.

Alberto duci Austrie et Styrie.

Litteras nobis oblatas per dil. fil. Rupertum comitem de Virenburch et Iohannem de Virenburch prepositum ecclesie Kerpensis ac Gaufridum priorem de Murbach Colonien. et Patavien. dioc. tuos et magnifici viri Frederici germani tui ambaxatores et nuncios benigne recepimus earumque contenta et que ipsi voluerunt proponere, intelleximus diligenter. Super quibus deliberatione prehabita diligenti tandem extitit ordinatum, quod nos debeamus illos inducere principes, ut ipsi solennes procuratores et nuncios
1327. Febr. 2. debeant ordinare, qui in instanti festo purificationis beate Marie domine nostre plene instructi super negotio de quo agitur et plena potestate suffulti se nostro conspectui representent, nos reddendo nichilominus certiores quid intendant super hoc facere ac de statu et condicione illorum, quos intendunt ad exequendum talia destinare. Quorum responsione percepta nos te ocius intendimus reddere super hiis certiorem, ut secundum illa possis providere caucius, quid super hoc sis acturus. Quod disponimus omni mora sublata exequi Domino concedente. Ceterum si dicto germano tuo ex causa, quam tua non ignorat nobilitas, non scribimus in presenti, habeat nos eadem nobilitas excusatos.

Datum Avinion(e), VII. Kal. Octobris, anno undecimo.

---

219. LITTERAE EPISCOPI BAMBERGENSIS AD PONTIFICEM SUPER PUBLICATIONE PROCESSUUM MISSAE.

1326. Sept. 9.

Originale in tabulario Vaticano 'Arm. C fasc. 54 nr. 9' signatum. Descripsimus nos. Septem lora membranacea supersunt, quorum secundo sigillum laesum, sexto sigilli fragmentum pendet; cetera sigilla desiderantur. — Ineditum.

217. a) *excidit c.* b) exhortantes *c.* c) poterant *c.*

Reg. Löher loco supra ad nr. 2 citato p. 271 nr. 371; Preger-Reinkens p. 199 nr. 288; Mollat 'Lettres communes' nr. 29715.

Quae de publicatione processuum per episcopum Pataviensem facta apud Löher l. c. p. 271 nr. 370 et Preger l. c. p. 199 nr. 287 ad a. 1326. Sept. 6, apud Mollat nr. 23391 ad a. 1324. Sept. 6. notantur, anno potius 1328. Sept. 6 vindicanda et infra edenda sunt; cf. 'Neues Archiv' XXVI, 709 not. 1.

Sanctissimo in Christo patri et domino domino Iohanni sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici frater Heinricus Bambergen(sis) episcopus cum humilitate et obediencia devota pedum oscula beatorum.

Vestre beatitudini, cui semper tanquam devotus filius obediencie volo sicut teneor humiliter obedire, duxi presentibus intimandum, quod anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, V. Yd. Septembr. vestros processus contra dominum Ludowicum ducem Bawarie editos, quos receperam sub bulla vestre sanctitatis conscriptos, quorum quidem principium sic incipit:

'Iohannes episcopus servus servorum Dei venerabili fratri . . episcopo Bambergen(si), salutem et apostolicam benedictionem.

Propter excessus varios et enormes obstinatas inobedientias ac multiplicatas contumatias et contemptus execrabiles per magnificum virum Ludovicum ducem Bavarie contra Deum, nos et sanctam Romanam ecclesiam, utilitatem rei publice et in sue salutis dispendium et plurimorum scandalum perpetratos nuper de fratrum nostrorum consilio certos processus habuimus contra eum, privationis a iure, si quod sibi ex electione, que de ipso in regem Romanorum promovendum in imperatorem olim in discordia celebrata fuisse dicitur, competebat, sentenciam inter cetera continentes. Quorum tenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum:

'Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Sicut ad curam periti medici pertinet adhibere fomenta fortia, cum levia non prodesse cognoscit' et cet. Quorum etiam finis eorundem processuum sic finitur: 'Dat. Avinion(e), V. Id. Iulii, pontificatus nostri anno VIII'. *supra tom. V. nr. 944.*

Quocirca fraternitati tue in virtute obediencie per apostolica scripta mandamus, quatinus in tuis civitate et dyocesi ac locis aliis earumdem, de quibus videris expedire, processus et sentenciam huiusmodi et omnia alia in eisdem contenta processibus per te et alios quoscumque viros ecclesiasticos, religiosos et seculares exemptos et non exemptos per te super hiis assumendos, quos exemptionis vel quibusvis aliis privilegiis sibi aut eorum locis vel ordinibus spetialiter vel generaliter sub quacunque forma vel expressione verborum ab apostolica sede concessis nequaquam obstantibus, que sibi quoad hoc in nullo volumus suffragari, auctoritate nostra per te ad hoc compelli, si necesse fuerit, appellatione cessante volumus et mandamus, publicare clero et populo in locis singulis, ubi fiat dicta publicatio, propter hoc congregatis sollempniter et publice non postponas. Nos de publicatione huiusmodi et aliis, que super predictis feceris, per tuas litteras seu instrumenta publica principium et finem presentium continentia reddituros nichilominus certiores.

Dat. Avinion(e), Id. Iulii, pontificatus nostri anno VIII'[1].

feci indutus pontificalibus ad vestrum mandatum et ob honorem sedis apostolice coram universo mee civitatis clero religioso et seculari magnaque populorum multitudine ad hoc per me specialiter ad meam ecclesiam convocatis ea qua decuit honorificencia sollempniter publicari ipsumque dominum Lud(owicum) suosque fautores iuxta

1) *Cf. supra tom. V nr. 945.*

formam ipsius vestri mandati excommunicatos denunciavi ibidem ab omnibus Christi fidelibus arcius evitandos. Et in horum certitudinem meum sigillum apposui huic scripto.

Nichilominus in maiorem evidentiam rogans honorabiles viros Leupoldum prepositum et capitulum mee ecclesie necnon Hermannum abbatem Montis Monachorum prope muros mee civitatis et [. . .]m[a] Meinw(ardum) decanum et capitulum sancti Stephani, Waltherum decanum et capitulum sancte Marie et Eberhardum decanum et capitulum sancti Iacobi ecclesiarum mee civitatis predicte necnon universitatem civium civitatis eiusdem, qui cum aliis pluribus presentialiter publicacioni et denuntiacioni aderant supradictis, ut in recognitionem et testimonium premissorum sua sigilla communia una ad meum hiis litteris, eo spetialiter quod in nostris partibus non est usus publicorum notariorum, appendi facerent et apponi.

Et nos Leupoldus prepositus et capitulum dicte ecclesie necnon Hermannus abbas, Meinwardus decanus et capitulum sancti Stephani, Waltherus decanus et capitulum sancte Marie et Eberhardus decanus et capitulum sancti Iacobi ecclesiarum civitatis prefate necnon universitas civium civitatis eiusdem recognoscimus humiliter et devote, quod publicationi et denuntiacioni prefatis factis sollempniter per reverendum patrem dominum Heinricum nostrum venerabilem episcopum eo modo quo premittitur una cum alia et diversa cleri ac populorum multitudine presencialiter affuimus et ob reverenciam sedis apostolice, quam debite revereri tenemur, necnon ad instanciam predicti domini Heinrici nostri episcopi presentes litteras nostris sigillis communibus sigillo ipsius domini nostri episcopi sigillatas fecimus ex certa omnium nostrum sciencia consignari.

Act. et dat. Bambenberch, anno et die superius prenotatis.

---

220. FRIDERICI DONATIO HEINRICO DE HALLIS FACTA.
1326. Sept. 22.

Extractum in Libro cancellariae Ludewici regis, de quo v. supra ad nr. 4—14, fol. 120'. Contulimus nos.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 178 Friedrich nr. 221.

Cf. infra nr. 233.

Fridericus Australis dederat sexaginta marcas argenti ponderis Constancien(sis) Heinrico de Hall(is) ministro in Ulma pro fidelitate et obsequiis suis et constituit sibi pro illis redditus triginta librarum Hallen(sium) de banno pistorum et pannificum in Ulma per litteras suas datas[a] in die sancti Maurici[i] in Ezzelingen, anno Domini MCCCXXVI, recipiendos per ipsum et heredes suos, donec de predicto argento eisdem fuerit satisfactum.

---

221. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD IOHANNEM REGEM BOHEMIAE.
1326. Oct. 2.

Copia (c.) in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 114[II] fol. 47 nr. 878. Descripsimus nos. — Ed. Sauerland 'Urkunden und Regesten' I, 477 nr. 1069 ex c.

Reg. Löher l. c. p. 272 nr. 380; Preger-Reinkens p. 202 nr. 295.

219. a) *verbum illegibile or.; an* etiam.

220. a) *sequ.* feria *delet. c.*

Regi Boemie.

Negocium imperii sine tuo fili carissime ac venerabilis fratris nostri Baldewini archiepiscopi Treveren(sis) patrui tui periculo procedere desiderantes, attente regie magnificentie nuntiamus, quod in instanti festo Purificationis domine nostre, quod erit die 1327. Febr. 2. secunda Februarii, vir magnificus Fredericus dux Austrie dudum in regem Roman(orum) electus suos debet, sicut intelleximus, ad nostram presenciam nuncios destinare. Quocirca quod tui et dicti archiepiscopi nuncii cum illis concurrant expediens reputantes, excellenciam regiam duximus exhortandam, ut tales provideatis tu et archiepiscopus ipse nuncios mittere, de quibus plene confidentes intentionem vestram circa tangencia negocium predictum plene possitis pandere eisque circa illa committere plenarie vices vestras, ut sic securius et promptius procedi possit ad illa, que Dominus circa dictum negocium ministrabit. Super quibus et de conditione ac statu nunciorum, quos intenditis mittere, nos reddat excellentia regia certiores, quia forsan iuxta conditionem ac statum nunciorum, quos tu fili carissime et idem archiepiscopus intenditis mittere, curabit suos mittere dux prefatus.

Dat. Avinion(e), VIII. Id. Octobr., anno XI[a].

222—234. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.

1326. Oct. 27.—Dec. 24.

Copiae vel extracta (praeter nr. 234) in Libro cancellariae Ludewici, de quo v. supra ad nr. 4—14. Contulimus nos.

222. *Assignatio sturae prior.* *Oct. 27.*

Extractum l. c. fol. 93.
Böhmer, Reg. Ludw. p. 53 nr. 898.
Cf. nr. 225.

Nota quod dominus rex deputavit Rugero Longopallio civi Augusten(si) steuram suam in civitate Werde per duos annos continuos pro octingentis libr(is) Hallen(sium), scilicet pro quolibet anno CCCC lib(ras) Hallen(sium), inchoando[a] et recipiendo eam per ipsum et heredes suos a festo Martini proxime venturo post unum annum. 1327. Nov. 11.

Dat. in Augusta, in vigilia apostolorum Symonis et Iude, anno Domini MCCCXXVI, regni vero sui anno duodecimo.

223. *Recognitio debiti pro Friderico burcgravio Norimbergensi.* *Oct. 27.*

Extractum l. c. fol. 119'.
Böhmer, Reg. Ludw. p. 53 nr. 900.

Nota quod dominus rex remansit debitor in duobus milibus librarum Hallen(sium) nobili viro Frid(erico) burchgravio in Nurenberch pro expensis, quas hucusque in servicio nostro veniendo, stando et redeundo fecit, de quibus sibi satisfacere infra annum tenemur, ubicunque se facultas obtulerit. Quod si infra annum non faceremus, tenemur

221. a) X *c.; cf. notam apud Sauerland l. c. additam.*
222. a) *sequ.* eam *delet. c.*

sibi ad arbitrium istius de Hennenberch et Weiglini de Trausnit assingnare obligacionem pro eisdem.

Dat. in Augusta, in vigilia apostolorum Symonis et Iude, anno Domini MCCCXXVI, regni vero sui anno duodecimo.

224. *Quitatio sturae prior.* *Oct. 28.*

Extractum l. c. fol. 119'.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 53 nr. 901.

Nota quod dominus rex quittat Iudeos Augustenses de steura per eos danda in festo beati Martini proxime adventuro et promittit pro illo anno ipsos super ipsa steura non amplius infestare.

Dat. in Augusta, in die apostolorum Symonis et Iude, anno Domini MCCCXXVI, regni vero sui anno duodecimo.

225. *Assignatio pecuniae.* *Oct. 28.*

Extractum l. c. fol. 93.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 275 nr. 2699 (Addit. I).

Cf. nr. 222.

Item dominus rex deputavit eidem Rugero et ipsius heredibus apud civitatem suam in Ingolst(at) octingentas libr(as) Rat(isponensium) denar(iorum) recipiendas per eos ab
1327. Ian. 6. epyphania Domini proxime adventura per quatuor annos continuos, ita quod in quolibet festo epyphanie Domini recipient ducentas libr(as) denar(iorum) Rat(isponensium).

Annotatum per me[a] Bercht(oldum) registratorem, in die apostolorum Symonis et Iude, anno Domini MCCCXXVI, regni vero predicti regis anno duodecimo, rege existente in Augusta.

226. *Assignatio sturae altera.* *Oct. 29.*

Extractum l. c. fol. 104'.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 53 nr. 899 (ad Oct. 27).

Nota quod dominus rex deputavit Ammano civi Ulmensi centum et LX lib(ras) Hallen(sium) de steura Ulmensi proxima regi danda.

Dat. in Augusta, in crastino beatorum apostolorum Symonis et Iude, anno Domini MCCCXXVI, regni vero sui anno duodecimo.

227. *Collatio feudi castrensis.* *Nov. 8.*

Extractum l. c. fol. 120.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 51 nr. 865 (ad Apr. 19).

Item dominus rex contulit dicto Iohanni[1] et heredibus suis feodum castrense in Blichesperch, si Rudgerus de Mŏrswiler castrensis feodi eiusdem sine masculis heredibus decedat.

Dat.[a] Sabbato ante Martini, regni regis anno duodecimo.

225. a) *supra lineam add. c.*

227. a) *sequ.* ut supra *delet. c.*

1) *de Morswiler.*

228. *Quitatio sturae altera.* *Nov. 15.*

Extractum l. c. fol. 116.
Böhmer, Reg. Ludw. p. 53 nr. 906.

Item[1] anno Domini MCCCXXVI. Sabbato proximo post Martini cives Nurenbergenses sunt quittati per regem de mille lib(ris) Hallen(sium) suprascriptis[1] et burchgravio deputatis.

229. *Assignatio sturae tertia.* *Nov. 24.*

Extractum l. c. fol. 104'.
Böhmer, Reg. Ludw. p. 53 nr. 909.

Item deputavit Chûntzelmanno civi Ulmensi de eadem[2] steura centum lib(ras) H(allensium).

Dat. in Augusta, in vigilia beate Kateryne, anno Domini et regni ut supra[2].

230. *Assignatio sturae quarta.* *Dec. 1.*

Extractum l. c. fol. 120.
Böhmer, Reg. Ludw. p. 53 nr. 910.
Cf. ibidem p. 54 nr. 912.

Nota quod dominus rex mille ducentas marcas ponderis in Cholmarn in recompensam serviciorum dedit Iohanni de Môrswiler, Petro de Sunthrinen et Nycolao Mûchtler super steura in civitate Cholmarn tam diu, donec de dicta steura de dicta pecunia ipsis integraliter fuerit satisfactum.

Dat. in Werdea, feria secunda post Andree, anno Domini MCCCXXVI, regni vero regis anno terciodecimo.

231. *Absolutio a debitis.* *Dec. 1.*

Extractum l. c. fol. 120.
Böhmer, Reg. Ludw. p. 53 nr. 911.

Nota quod dominus rex Gerhardum et Iohannem dictum Hertzogen de Chaisersperch, Chûnonem de Lyntperch, Rûfelinum Warmannum, Ulr(icum) dictum Chûnich de Dûrncheim ex plenitudine potestatis absolvit et solutos denunciavit ab omni sorte principali et usura, in quibus Iudeis sunt et fuerunt per totam Alsaciam obligati, cum fideiussoribus eorundem.

Dat. ut supra[3].

232. *Recognitio debiti pro Bertholdo comiti de Hennemberg.* *Dec. 4.*

Originale deperditum. Copia l. c. fol. 95.
Böhmer, Reg. Ludw. p. 54 nr. 914.
Cf. mandata telonеariis missa infra nr. 261 et ad a. 1327. Aug. 3.

1) *Praecedit supra nr. 166.* 2) *Supra nr. 226.* 3) *Supra nr. 230.*

1. Wir Lud(wich) et cet. verjehen et cet., daz wir dem edelen manne graf Bercht(olden) von Hennenberch unserm lieben heimlicher und swager und sainen erben schuldich sein zweliftausent pfunt Haller umb seinen schaden, den er in unserm dienst gen Sachsen und in die Marich gen Brandemburch genômen hat. Dieselben zwelftusent pfunt Haller habn wir in bescheiden[a] an unserm zôll zû Chûb alle jar davon einzenemen tusent pfunt Haller, die in unser zôllner daselbest die nu sind oder hernach werdent an sand Andres tag jærlichen davon geben suln, anzehefen mit der ersten werung an 1327. Nov. 30. sant Andres tag der schierst chûmt, als lang untz daz si diu zwelftusent pfunt gar eingenement. Und darumb schuln in geloben und ir[b] offen brief geben[b] von unsern wegen Ulr(ich) Wilbrant, Ott Zenger burchgraven ze Chûb und Rûdger der Nôrtweiner probst von Oppenheim, die des zolles ietzund einnemer sind, und[c] dieselbn zollner schuln wir nicht wandeln, die andern zollner die wir dar setzen geloben und geben ir offen brief disiu taidinch stat zebehalten als die vordern zollner habnt getan[c].

2. Und habn in darumb zû einem unterpfand gesætzt, daz ez in volfûrt werd, unser stat zû dem Niumarcht mit dienst und gelt und mit alliu diu und darzû gehôrt, diu auch ze hant dem edelen manne Frid(riehen) burchgrafen von Nurenberch in dez vorgenanten graf Ber(chtolden) und seiner erben namen auf diselben tæidinch huldigen sol. Und wær daz wir in auz dem vorgenanten zôll oder anderswa die vorgenanten tusent pfunt all jar nicht gæben, so suln si dieselben auf die stat habn und swaz darzû gehôrt mit dem nûtze und davon gevellet. Und swenn hinnach wir si derselben tusent pfunt[d], ob ir icht mer versezzen wûrd, von dem zoll oder anderswa geweren, die suln uns an den vorgenanten zwelftusent pfunden abgen und sul diu stat darumb daz gegeben ist ledich sein und nicht mer, und[e] sol umb daz ander daz nicht gevallen ist ir unterpfand sein als vôr[f] als lang untz daz in gænzlich vergolten wirt[e]. Wenn auch diu stat ettlichiu jar gefreyet ist vor zyns und gelt, wær daz wir in versæzzen diu 1327. Nov. 30. selben zeit diu tusent pfunt, anzeheben nu an sand Andres tag, so suln si waz diensts und gelts in dieweil môcht gevallen sein, slahen auf die vorgenant summe und stat.

3. Wir haben in auch bescheiden[g] driutusent guldein an der vorgenanten summe auz unserm gelt zu Maylan, di schuln uns an der summe abgan, ist daz si in gevallent.

4. Wann auch der vorgen(ant) graf Ber(chtold) den schaden, der im widerlegt ist mit den vorgenanten zwelftusent pfunten Hallern in unsers sûns Lud(wigen) des marchgraven von Brandenburch dienst genomen hat, verpint wir in und unsern sûn hertzog Stephan in Bayern demselben grafen und seinen erben gelter und selpscholn desselben gûts, swaz sein nicht gevallen ist. Ob daz wær daz wir nicht enwærn, des Got nicht engeb, und ob in dhein pruch an dem zoll oder an der stat aufgestûnd, als verr ob si halt darumb pfanten oder ir læut aufhielten, daz si daran dhein unrecht tûnt. Wir schuln uns auch mit unsers brûder hertzog Rud(olfen) sæligen chindern nicht richten, ez sein dann disiu taidinch ir will und wôrt.

5. Swa auch die vorgen(anten) graf Bercht(olt) und sein erben uns beweisent, da[h] in berait gût gevallen môcht[h], ez sei in Bayern, bey dem Reyn, in der March, in dem reich in Wælischen oder in Tautschen landen, di schuln wir in geben[g] an irm gelt, untz[i] daz wir si gar und gæntzlich geweren[i]. Daruber ze urchund et cet.

Dat.[k] in Werdea, feria quinta ante diem beati Nycolai, anno Domini millesimo trecentesimo XXVI, regni vero nostri anno terciodecimo.

232. a) *in margine loco* verschaffet, *quod in linea subpunctum est c.* b) ir — geben *loco* geheizzen *delet. c.* c) und — getan *signo posito in margine inferiori add. c.* d) *in loco raso c.* e) und — wirt *signo posito in margine superiori add. c.* f) *sequ.* untz *delet. c.* g) *super* verschaffen *subpuncto c.* h) da — môcht *in margine superiori loco* lediger gûlt *in linea delet. c.* i) untz — geweren *in fine add. loco* oder gæntzlich fur ir gelt ob si sich dar geziuhet an geverd *in linea delet. c.* k) *linea dati alio atramento mutato ductu add. c.*

233. *Confirmatio donationis a Friderico rege factae. Dec. 12.*

Extractum l. c. fol. 120'.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 54 nr. 915.

Rex easdem[1] LX marcas in eisdem redditibus sub eadem forma nunc de novo dedit litteris suis.

Dat. in Ulma, feria sexta ante Lucie, anno Domini MCCCXXVI, regni sui anno terciodecimo.

234. *Obligatio civitatis Gelnhusensis. Dec. 24.*

Originale (or.) *in tabulario regio Marburgensi. Sigilli fragmentum pendet loro membranaceo. — Ed. Reimer 'Hessisches Urkundenbuch' II, 2 p. 286 nr. 308 ex* or. *Editionem repetimus.*

Wir Ludeweich von Gots gnaden Romischer chunig ze allen zeiten merer des richs verjehen offenleich an disem brief, daz wir dem edeln manne Ulrich von Hanawe unserm lieben getrewen umbe den dienst, den er uns hat getan zu unser chrônung gein Ache und den er uns und dem riche hernach manichvaltich mit trewen getan hat, verseczet haben und verseczen umbe achttusent pfunt Haller unser und des richs stat ze Gaylnhausen mit alle diu und darzu gehoret und auch daz rîche da hat, swî daz genant sei, also daz er und sein erben als lange di vorgenanten stat mit alleu und daz rich da hat inne sullen haben, biz wir in oder unser nachchûm an dem riche dî vorgeschriben achttûsent pfunt Haller geben. Und daruber ze urchûnde geben wir dem vorgenanten Ulrich von Hanawe und seinen erben disen brief versigelt mit unserm insigel.

Der gegeben ist ze Mûnchen, an dem heligen Abent ze Winachten, da man zalt von Christes geburt dreuczehenhundert jar darnach in dem sechsundzwainczigisten jar, in dem dreuczehenden jar unser riches.

---

235. CREATIO NOTARII.
(1326.) Oct. 28.

Ex Protocollis notarii Melioranza can(onici) P(ortusnaonensis) in Collectione domini Caroli Fabritii servatis edidit a. 1845. Bianchi 'Documenti per la storia del Friuli' II, 42 nr. 442. Editionem repetimus.

Cf. infra ad a. 1329. Nov. 24.

Die IV. exeunte Octubri, Utini in domo habitationis infrascripti Iohannis Hospitis, presentibus domino Petro de Orsaria canonico ecclesie Civitatensis, Lanfranco Speciali filio quondam Iohannis de Arbagnis de Pomponesco, Iohanne dicto Hospite de Civitate Utini habitantibus, Federico filio quondam domini Iacobi de Atems, Nicola filio olim Giufredi de Papia testibus vocatis et rogatis et aliis.

Nobilis vir dominus Ubertus filius quondam domini Manfredi comitis de Lomello Guilielmum filium discreti viri magistri Alberti de Tyenis doctoris grammatice Utini habitantis in ipsius domini comitis presentia constitutum et ab ipso dotari privilegio

1) *Praecedunt Litterae Friderici supra nr. 220.*

tabellionatus officii humiliter postulantem, inquisita et comperta veritate, quod non erat servus, sed erat liber homo nec in sacris ordinibus constitutus, eundem Guilielmum imperiali auctoritate qua fungitur in hac parte et ex indulto sibi et domui sue ab imperiali maiestate privilegio speciali publicum et autenticum notarium creavit et fecit ipsumque de arte et officio notarie publice operando per pugillare et calamum, quos in manibus suis tenebat, liberaliter investivit. Conferens et concedens eidem plenam licentiam et liberam potestatem conficiendi ubique per totum Romanum imperium omne publicum instrumentum omnesque scripturas et actus ad tabellionatus officium pertinentes. Qui quidem Guilielmus prefato domino comiti nomine Romani imperii recipienti pro se et illis de domo sua corporale prestans fidelitatis debite iuramentum iuravit nichilominus, quod instrumenta tam publica quam privata, quecumque iudiciorum acta ac omnia et singula, que sibi ex ipsius officii debito conscribenda occurrerent, pure et fideliter scribet, leget et faciet omni falsitate, dolo et fraude remotis et in carta bombicina seu de qua vetus scriptura fuerit abrasa publicum non conficiet instrumentum, sententias et dicta testium ante tempus concessum nemini revelabit, ecclesiarum, orphanorum, viduarum et minorum iura manutenebit pro posse ac omnia exercebit legaliter, que ad predictum tabellionatus officium pertinebunt.

In cuius rei testimonium et fidem pleniorem prenominatus dominus comes mandavit et fecit tam manu mei notarii infrascripti quam sigilli sui presentem paginam munimine roborari.

---

236. 237. LITTERAE REGIS ARAGONUM AD FRIDERICUM ET ELIZABETH REGINAM.

1326. Dec. 11.

236. *Litterae ad Fridericum.* *Dec. 11.*

Copia (c.) *in tabulario regio Barcinonensi 'Registrum nr. 318' fol. 30. — Ed. Zeissberg loco supra ad nr. 71 citato p. 86 nr. 87 ex* c. *Editionem repetimus.*

Illustri et magnifico principi domino Frederico Dei gracia Romanorum regi semper augusto filio nobis karissimo Iacobus per eandem rex Aragonum etc. salutem et felicia votivorum successuum incrementa.

Ex missis culmini nostro litteris[1] per serenissimam dominam Elizabet Romanorum reginam consortem vestram, filiam nostram karissimam percepimus infelicem casum infirmitatis occulorum, que eidem regine sicut Deo placuit supervenit. Et siquidem dolentes plurimum de tam gravis infirmitatis eventu ac anxii et solliciti existentes circa curam eiusdem plures regni nostri convocavimus medicos, exquirentes si quem poterimus invenire, qui Deo propicio possit sibi salutis remedium adhibere. Ut igitur nobis infirmitatis natura et accidencia clarius innotescant, cum misse nobis littere per dictam reginam nobis infirmitatem et accidencia sub nubilo declararint, serenitatem vestram rogamus, ut confestim congregatis aliquibus expertis medicis et electis discerni faciatis, que sit infirmitas et natura eiusdem et quid extiment causam dedisse eidem. Et de hiis ac de aliis eiusdem infirmitatis accidentibus nos clare et liquide per vestras litteras velitis reddere cerciores, ut extunc possimus saluti memorate regine nate nostre karissime utilia procurare. De aliis autem excellencie nostre a magnificencia vestra descriptis per Georgium nuncium vestrum vobis nostrum curabimus beneplacitum apperire. Ceterum

1) *Supra nr. 183.*

quia peciistis de statu nostro, quociens se offeret commoditas, informari, excellencie vestre ad gaudium nunciamus, quod divino munere una cum regalibus nostris fruimur beneficio sospitatis, rogantes serenitatem vestram, ut frequencius statum et succes[s]us vestros utinam felices et memorate regine genite nostre ac inclitorum liberorum vestrorum nobis vestris apicibus reseretis.

Datum Barchinone, tercio Idus Decembris, anno Domini MCCCXX sexto.

Franciscus de Bastida mandato regis.

237. *Litterae ad Elizabeth reginam.* *Dec. 11.*

Copia (c.) *ibidem fol. 30'.* — *Ed. Zeissberg l. c. p. 87 nr. 88 ex c. Editionem repetimus.*

Iacobus Dei gracia rex Aragonum etc. serenissime domine Elizabet per eandem Romanorum regine nate nostre karissime salutem et benediccionem paternam.

Ex missis culmini nostro per serenitatem vestram litteris[1] percepimus infelicem casum infirmitatis occulorum, que vobis sicut Deo placuit supervenit. Et siquidem displicenter suscipientes huius infirmitatis eventum ac anxii et solliciti existentes circa curam persone vestre plures regni nostri convocavimus medicos, exquirentes si quem poterimus invenire, qui Deo propicio possit vobis salutis remedium adhibere. Ut igitur nobis infirmitatis natura et accidencia clarius innotescant, cum misse nobis per vos littere infirmitatem et accidencia sub nubilo declararint, serenitatem vestram karissima filia rogamus, ut confestim congregatis aliquibus expertis medicis et electis discerni faciatis, que sit infirmitas et natura eiusdem et quid estiment causam dedisse eidem. Et de hiis ac de aliis eiusdem infirmitatis accidentibus nos clare et liquide per vestras litteras velitis reddere cerciores, ut extunc possimus saluti vestre utilia procurare. Ceterum quia peciistis de statu nostro, quociens se offeret commoditas, informari, excellencie vestre ad gaudium nunciamus, quod divino munere una cum regalibus nostris fruimur beneficio sospitatis, rogantes serenitatem vestram, ut frequencius status et successus illustris regis viri vestri ac vestros utinam felices et inclitorum liberorum vestrorum nobis vestris apicibus reseretis.

Datum Barchinone, tercio Idus Decembris, anno Dmoini MCCCXX sexto.

Idem.

---

238. 239. LITTERAE AD INFANTEM ARAGONENSEM ET G. OULOMARUM.

(1326. ex.)

238. *Litterae ad Infantem.* *(1326. ex.)*

Originale (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi CRD nr. 1637 s. f. Sigilli vestigia adsunt.* — *Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, 423 nr. 279, 2 ex* or. *Editionem repetimus.*

A. 1326. ex. potius vindicandae esse videntur, cum de itinere Ludewici versus Oenipontem et Tridentum non iam agatur.

1) *Supra nr. 183.*

Les paraules que frare Ferrer Dabeyla ma fetes saber en la mia letra, de queus tramet copia, son grans paraules e qui fan molt per los vostres afers e del senyor rey Frederich. E jo dir vos he ço que jo hi enten, quem sembla per aquelas paraules, que el duch de Bauera enten a venir la, on lo senyor papa es, ab tot son poder per aver son enteniment e dela coronatio et de tots los altres fets del emperi. Si el duch de Bauera ve a Auinio, tots los fets sen porien endressar e vendria en bon cas al bisba d'Oscha, qui tost hi sera. Si vos senyor hi entenets alre, qui be sabets gloçar paraules cubertes, plassiens que men fessets saber vostre enteniment.

239. *Litterae ad G. Oulomarum.* *(1326. ex.)*

Copia (c.) *in Litteris supra nr. 238, ubi haec praecedunt:* La tenor de la letra que frare Ferrer Dabeyla ma tramesa es aquesta. — *Ed. Finke l. c. I, 423 nr. 279, 1 ex c. Editionem repetimus.*

Amice carissime.

De rumoribus e[t] novitatibus que tangunt Pisanos, Ianuenses et Saonenses, de quibus per litteras vestras requisivistis certificari vobis, notificamus vobis quod super hiis dominum infantem Alfonsum per nostras litteras lacius certificamus, ut in eis videbitis lacius contineri. De adventu autem Bavari quod scimus et intelligimus, significare non possumus nec audemus. Set istud sit vobis certum, quod ad longius circa festum
Mai. 31. proxime futurum Pentecosten vita comite indubitanter recedet de Alamannia cum potencia imperiali, set quam viam faciet, non est scribendum. Set unum dico, quod volo quod ponatis in corde vestro, quod in brevi audietis insuspicabilia et incogitabilia magna, imo maxima, qualia et talia oculis nostris nec auribus nostris temporibus nostris non vidimus nec audivimus. Ista autem placeat vobis solum significare secretis dominis et amicis. Vobis quicquid sumus et possumus toto corde offerimus. Dominus amicus multum gratanter et dulciter vos salutat ... Multum recomendamus vobis presencium portitorem certificantes vos, quod nullum de officio suo invenimus magis sollicitum, diligentem et expeditum. Ed ideo est promovendus, quia non vadit per tabernas mendicando, sicut multi alii faciunt litteras querendo et facta dominorum suorum dimittendo et retardando.

---

240. ORDO FEUDI ITALICI.
(Sine dato.)

Copia in Registro 341 fol. 1' tabularii regii Barcinonensis. Exstat inter litteras a rege Iacobo et Alfonso infanti ad Castruccium missas. Iussu praefecti descripta est. Praecedunt haec verba: Cum dominus infans Alfonsus primogenitus et generalis procurator domini regis scripsisset egregio viro Castruccio de Antelminellis super habenda certificacione de more Italicorum feudorum, rescripsit ei inter alia et certificavit ut sequitur. — *In forma integra ineditum. Extr. apud Finke 'Acta Aragonensia' II, 623 sq. ad nr. 395.*

Ordinem hic subiunximus, priusquam Acta ad expeditionem Italicam Ludewici regis spectantia proponerentur.

Ordo feudi Italici destinatur infrascripto modo videlicet:

Quilibet vassallus tenetur obedire et servire domino, a quo feudum recipit.

Et primo quando imperator vadit Romam ad suscipiendam coronam, debet dominum suum asociare vel alium domino acceptabilem pro se mittere aut dimidium redditus feudi unius anni eidem subministrare.

Secundo pro imperiali exercitu vel corredo debet domino conferre secundum qualitatem et quantitatem sui feudi.

Tercio similiter debet conferre et adiuvare dominum simili modo pro filia maritanda.

Quarto pro se vel filio milite faciendo.

Quinto pro domino capto redimendo.

Sexto pro aliqua terra emenda.

Et in hiis quisque semper secundum qualitatem et quantitatem sui feudi. Preter hec tenetur omnia observare, que in sacramento fidelitatis caventur.

Forma sacramenti hec est:

'Iuro ego . . super hec sancta Dei euangelia, quod ab hac die inantea usque ad ultimam diem vite mee fidelis [ero] tibi domino nostro, excepto quam contra dominum imperatorem, et quod nunquam scienter ero in consilio vel auxilio vel in facto, quod tu amittas personam aut vitam vel membrum aliquod vel quod tu recipias aliquam lexionem vel iniuriam vel contumeliam vel quod tu amittas aliquem honorem, quem nunc habes vel inantea sis habiturus. Et si scivero vel audivero de aliquo, qui velit aliquid istorum contra te facere, pro posse meo ut non fiat impedimentum prestabo et si impedimentum prestare nequivero, quam cicius potero tibi nunciabo et contra eum ut potero tibi meum prestabo auxilium. Et si contigerit te rem aliquam quam habes vel habebis iniuste vel fortuito casu admittere, eam te recuperare iuvabo et recuperatam omni tempore retinere. Et si scivero te velle iuste offendere aliquem et inde specialiter vel generaliter fuero requisitus, meum tibi prestabo auxilium, sicut potero. Et si aliquid michi in secreto manifestaveris, illud sine tua licencia nemini pandam vel per quod pandatur faciam. Et si consilium a me super facto aliquo postulaveris, illud tibi dabo consilium quod michi magis videbitur tibi expedire. Et nunquam ex mea persona aliquid faciam scienter, quod pertineat ad tuam vel tuorum iniuriam vel contumeliam'.

Qui domino suo fidelitatem iurat, ista sex semper in memoriam debet habere:

Incolume Tutum Honestum Utile Facile Possibile.

Incolume videlicet ne sit in dampno domino suo de corpore suo.

Tutum ne sit eidem in dampno de secreto suo vel de monicionibus suis, per quas tutus esse potest.

Honestum ne sit eidem in dampno de sua iusticia vel de aliis causis que ad honestatem ipsius pertinere noscuntur.

Utile ne sit eidem in dampno de suis possessionibus.

Facile ne id bonum quod dominus leviter facere potest, faciat ei difficile.

Possibile ne id quod possibile erat domino, ei reddat impossibile.

Ut fidelis hec documenta caveat iustum est, set quare non sufficit abstinere a malo, nisi quod bonum est faciat, sequitur ut super predicta consilium et auxilium domino suo prestare debeat, si vult beneficio dignus esse.

241. LUDEWICI LITTERAE DUCI BRABANTIAE MISSAE.
(1326. Dec. ex. — 1327. Ian. in.)

Copia (c.) *in Formularum codice saec. XIV. tabularii regii Breslaviensis, ubi rubrum:* Hic cesar scribit duci Pravancie de curia celebranda et ulterius protracta et quosdam novos rumores. — *Ed. Th. Jacobi 'Codex epistolaris Iohannis regis Bohemiae' (1841) p. 1 nr. 1 ex* c. *(= Böhmer 'Fontes' I, 193 nr. 2). Editionem repetimus.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 319 nr. 2961 (Addit. II).

Ludwicus Dei gratia sacrosancti Romani imperii procurator[a] semper augustus illustri principi Iohanni duci Pravancie amico sibi dilecto gratiam suam et salutis incrementum.

Quemadmodum nuper a te recessimus, sic cum fratre nostro . . duce Austrie convenimus et pluribus diebus super nostris et imperii negociis stetimus in Inspruka nec ad ligam aliquam novam aut unionem secum processimus ista vice. Ipse vero nunc recessit et ad Austriam declinavit. Nos vero iuxta consilium tuum gressus nostros dirigimus in Tridentum et ad eandem civitatem omnes prefectos, nobiles et civitatum sacri imperii fidelium ambassiatores vocavimus et cum istis super introitu nostro in Italiam et super aliis nobis[b], imperio et fidelibus nostris incumbentibus deliberare et providere intendimus ac proficue convenire, sic quod istam conventionem et parlamentum, quod cum eisdem celebrabimus, ad honorem nostrum, gloriam imperii, commodum et exaltationem tuam ac omnium fidelium nostrorum cedere speramus ac in relevationem
Feb. 9. omnium subiectorum. Quare terminum videlicet octavam purificationis sancte Marie, ad quem te accedendum nos in Nurnberch iam invitaveramus, nos oportebit usque in
Mart. 8. dominicam Reminiscere prorogare. Quare sinceritatem tuam affectuosa instantia requirimus et rogamus, quatinus eiusdem termini prorogatio tibi displicentiam aliquam non pareat et quod omnibus impedimentis semotis in dictis Dominica et loco nobiscum tibi placeat convenire ad unionem indissolubilem diebus nostris tecum et cum venerabili Baldw(ino) archiepiscopo Treverensi principe et secretario nostro ac spectabili Wylh(elmo) comite Hollandie socero nostro celebrandam et ad aperiendum ea, que cum Lombardis tractabimus in Tridento, ac etiam tractatus et pacta inter nos et fratrem nostrum . . ducem Austrie, que hucusque secreta fuerant et sub silentio latuerunt. Insuper rogamus ut omni studio et diligentia predictos archiepiscopum et socerum nostrum ad veniendum ad nos in dicto termino cures tuis nunciis, consiliis ac litteris invitare. Ceterum strennuo viro Henr(ico) de Gumpenberg secretario nostro dilecto latori presentium fidem adhibeas credulam in dicendis et affectum benivolum in agendis.

Datum in Inspruka et cet.

---

242. EIUSDEM LITTERAE AD CASTRUCCIUM DE ANTELMINELLIS.
1327. Ian. 4.

Copia (c.) *fere coaeva in collectione Strozzi-Uguecioni tabularii regii Florentini. Descripsimus nos. Praecedunt haec:* Anno Domini MCCCXXVII. ab incarn(atione) Copia

241. a) *ita in c.; quae intitulatio haud genuina quin a formularum compilatore suo Marte variata sit, non est dubium.* b) vobis *c.*

licterarum imperialium ad Castruccium. — *Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 306 nr. 491 ex c. ad copiam a v. cl. Ficker paratam; sed non omnia recte lecta sunt.*

Lodovicus Dei gratia Romanorum rex semper a[u]gustus nobili viro Castruccio de Anterminellis Luce, Lune et Pistorii vicario generali, suo et imperii fideli dilecto gratiam suam et omne bonum.

Scias quod usque ad VI dies certitudinaliter personaliter erimus in Tridento, ubi parlamentum celebrabimus[a] pro factis et negotiis imperii et fidelium suorum et principaliter ac[b] potissime pro introitu nostro in Italiam[c] ordinando. Ad quod nobiles viros marchiones Ferrarie, Galeassum de Mediolano, Canem de Verona, Passarinum de Mantua, Franchinum de Como et quoslibet nobiles per civitates Lombardie vocavimus i[n]strumentis nostris et intendimus dante Domino ibidem pro sacro imperio et suis fidelibus utilia et proficua pertractare. Et quidem licet ibidem tuam presentiam personalem[d] haberemus opportunam, tamen si venire nequiveris, quod timemus, saltem[e] [sententiam][f] aliquam vel ratihibitionem aperias in agendis, ut ad minus per aliquem fidedignum tuam nobis detegas voluntatem[g], ut nos et alii fideles tuam nobiscum concordem intentionem et unanimem sentiamus. Et hoc ipsum apud venerabilem Guidonem episcopum Aretinum nostro nomine postules et exigas fatiendum. Et scito quod usque ad XX dies a data[h] presentium et unum diem tui[i] numptii nos invenire poterunt in Tridento. Symonem numptium tuum, qui se bene habuit in agendo, de mora habeas excusatum.

Ian. 10. — Ian. 25.

Da(tum) Inspruka[k], pridie Non. Ian., regni nostri anno [XIII][l].

243—246. LITTERAE IOHANNIS XXII. PAPAE DIVERSIS MISSAE.

1327. Ian. 17.—Mart. 18.

243. *Litterae ad archiepiscopum Trevirensem.* *Ian. 17. (Febr. 14?)*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 114[II] fol. 48 nr. 887. Descripsimus nos. — Ed. Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 4 nr. 1116 ex* c. *(decurtatum).*

Reg. Löher 'Archival. Zeitschrift' VI (1881) p. 212 nr. 401; Preger-Reinkens loco supra ad nr. 2 citato p. 206 nr. 305.

Cf. Priesack loco supra ad nr. 185 citato p. 193 sq.

Venerabili fratri Baldoyno archiepiscopo Treverensi.

Fraternitatis tue litteras nobis per dil. fil. Heliam et Henricum tuos capellanos et nuncios presentatas benignitate recepimus consueta et tam contenta in eisdem litteris quam que dicti nuncii proponere voluerunt, intelleximus diligenter. Sane quod Australes non duxerint suos solennes nuncios ad nostram presenciam prefixo termino destinandos, hoc in causa fuisse credimus, quia[a] nos de conditione mittendorum per te frater ac carissimum in Christo filium nostrum Iohannem regem Boemie illustrem certiorari a

242. a) švabimus *c.* b) has *c.* c) Italeam *c.* d) personalis *c.* e) psaltem *c.* f) *huius generis verbum excidisse videtur c.* g) veritatem *c.* h) date *c.* i) tue *c.* k) Inspruola *c.* l) *excidit c.*

243. a) de *add. hic c.*

vobis, sicut in litteris nostris vobis directis[1] super hoc continetur, et ipsos Australes certiores efficere, quod nequaquam per vos nec subsequenter per nos factum extitit, debebamus. Sed cur saltem aliquos nuncios non miserint ignoramus. Scripsit enim nobis nobilis vir Albertus dux Austrie, se una cum fratre suo nuncios in eodem termino transmissurum. Nos etiam miramur admodum, quod prefatus rex nullos duxerit nuncios destinandos. Petitiones autem pro parte tua nobis oblatas, quas secundum Deum potuimus, ad exauditionis gratiam duximus favorabiliter admittendas.

Dat. Avinion(e), XVI. Kal. Februar.[b], anno undecimo.

244. *Litterae ad ducem Calabriae.* *Febr. 15.*

Copia (c.) *ibidem tom. 114[II] fol. 61 nr. 976. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 318 nr. 810 ex* c. *(decurtatum).*

Reg. Löher l. c. p. 213 nr. 415; Preger-Reinkens p. 211 nr. 317.

Carolo duci Calabrie.

Magnificentie tue fili litteras continentes quandam cedulam interclusam[2] facientem de gestis aliquibus partium Alamanie mentionem benigne recepimus ac in eisdem litteris et cedula contenta intelleximus diligenter. Et licet de partibus ipsis nobis per fidedignos littere frequencius destinentur, de hiis tamen, que continebat dicta cedula, nil nobis per aliquem extitit nunciatum. Scimus tamen quod tempore quondam . . ducis Luppoldi a nobis fuit dispensatio super tunc contracto matrimonio impetrata, unde miramur, quod scribentem hucusque latuerit matrimonium antedictum[3]. Sic autem illos, de quibus in eadem cedula fiebat mentio, circa magis eos contingencia credimus occupatos, quod sua auxilia ad minus propria convertere non curabunt. De gente autem recipienda quoad presens alia et habita remittenda considerato statu presentis temporis non videtur, sed quod gens illa multiplicari non debeat, collaudamus.

Dat(um) Avinion(e), XV. Kal. Marcii, anno undecimo.

245. *Litterae ad archiepiscopum Moguntinum.* *Febr. 25.*

Copia (c.) *ibidem tom. 114[II] fol. 49 nr. 895. Descripsit H. Pogatscher. — Ineditum.*

Reg. Löher l. c. p. 213 nr. 417; Preger-Reinkens p. 212 nr. 319.

Venerabili fratri Mathie archiepiscopo Maguntin(o).

Nuper ad nostram presenciam veniens dil. fil. Ulricus[a] ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini tuus familiaris et nuncius nobis tue fraternitatis litteras presentavit. Quibus nuncio et litteris per nos benigne receptis et que ipse voluit explicare dicteque continebant littere plenius intellectis, demum eundem nuncium de statu nostro et negociorum, pro quibus missus fuerat informatum, sicut ipse tibi viva voce referre poterit, providimus ad tuam presenciam remittendum. Per quem litteras nostras diversas tam tibi super recipiendo et nobis per dictum nuncium transmittendo illum falsarium, quem venerabilis frater noster . . episcopus Herbipolensis suis detinet carceribus mancipatum[4], necnon exorta inter ipsum episcopum et dilectum filium . . abbatem monasterii Fuldensis discordia pace vel iudicio auctoritate apostolica terminanda[5] et eidem abbati absolutionis beneficio a sentenciis, quas adherendo contra tenorem nostrorum processuum

243. b) Martii *potius legendum esse coniecit Priesack l. c.*

245. a) Wlricus *c.*

1) *Supra nr. 221.* 2) *Servata non est.* 3) *Conferendum esse videtur supra nr. 73.* 4) *Cf. Preger-Reinkens l. c. p. 208 nr. 313.* 5) *Ibidem nr. 311 et p. 214 nr. 324, itemque Riezler l. c. p. 325 nr. 836.*

hosti Dei et ecclesie Ludovico de Bavaria incurrisse dicitur, impendendo[1], prout in eis intueri poteris, quam eidem Herbipolensi ac Bambergensi episcopis, ut ab omni adhesione dicti Ludovici et fautorum eius resiliant, destinamus. Tu vero frater quid super facto thelonei per dictum Ludovicum in divine maiestatis offensam, lesionem libertatis ecclesiastice ac reipublice detrimentum noviter impositi per te ac alios archiepiscopos, quibus super hoc scripsimus[2], factum extiterit et de aliis statum illarum partium tangentibus nos cures efficere, sicut oportunum videris, per tuas litteras certiores.

Datum Avinion(e), V. Kal. Marcii, anno undecimo.

246. *Litterae ad Albertum ducem Austriae.* *Mart. 18.*

Copia (c.) *ibidem tom. 114*[II] *fol. 49' nr. 897. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 323 nr. 829 ex* c. *(decurtatum).*

Reg. Löher l. c. p. 214 nr. 425.

Dil. fil. nobili viro Alberto duci Austrie et Styrie.

Nobilitatis tue litteras per dil. fil. Gotfridum priorem Vallis Omnium sanctorum Cartusien(sis) ordinis et nobilem virum Radulphum dominum de Arburg tuos et magnifici viri Frederici germani tui nuncios presentatas, per quas fidem petebas eis adhibere credulam, benignitate recepimus consueta. Quibus audiencia benigna prebita, cum nichil aliud in effectu coram nobis pro tua tuique fratris prenominati parte adiciendo vel detrahendo proposuerint, quam quod hactenus nuncii missi duxerant proponendum, nichil aliud nunc, quam quod tunc missis ac tue nobilitati per nostras litteras providimus tenore presencium respondendum, videlicet quod super negocio per nuncios ipsos nobis proposito germanum tuum predictum tangente principaliter parati sumus prompte et expedite cum fratrum nostrorum consilio, sicut et requirit negocii qualitas, iusticiam exhibere et adhuc graciose et favorabiliter, quantum sine Dei offensa sueque sancte ecclesie preiudicio ac iniuria principum, ad quos electio regis Roman(orum) pertinere noscitur, poterit fieri, cum hoc oportune postulatum fuerit, nos habere.

Dat. Avinion(e), XV. Kal. Aprilis, anno undecimo.

247—267. LUDEWICI TRACTATUS TRIDENTI HABITI ET SCRIPTA EMISSA.

1327. Febr. 20.—Mart. 15.

247—253. SCRIPTA SUPER CONVENTIONE CUM DUCE KARINTHIAE. 1327. Febr. 20.

247. *Conventio cum duce Karinthiae prior.* *Febr. 20.*

Copia in transsumto (tr.) *a. 1327. Mart. 20. ab Ottone notario confecto*[3], *quod in tabulario caesareo Vindobonensi servatur. Descripsimus ad imaginem photographicam a socio nostro H. Hirsch paratam. — Ineditum.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 357 nr. 3237 (Addit. III).

1) *Ibidem nr. 312.* 2) *Supra nr. 195.* 3) *Verba transsumti in adnotatione ponimus:* (S.N.) Ego Otto filius Chunradi in porta Bozani sacri pallatii notarius presens exemplum auctoritate prefati principis domini Heinrici ducis Charinthie sub anno Domini millesimo CCCXXVII, indictione decima, die Veneris XX. intrante Marcio ad Gries in presencia dominorum Heinr(ici) magistri curie, Seifridi de Roetenburch, Gralandi de Charinthia et aliorum sumpsi et transscripsi ex privilegio sigillato pendenti sigillo maiestatis domini Ludwici Romanorum regis sano et integro et in nulla sui parte viciato et ut in eo continebatur, sic et in presenti legitur exemplo, nichil addito nec diminuto, quod sensum vel sententiam mutet, preter forte punctum, litteram vel sillabam et sub meo nomine et signo fideliter transscripsi.

1. Wir Ludowich von Gotz gnaden Roemischer chunich ze allen zeiten merer des reiches vergehen offenlich an disem briefe, daz wier unsrem liebn oheim Heinr(ichen) herzogn in Chernden geholfen sullen sein auf den Hunt von Werne mit unsers selbes leibe und mit allen unsern helferen Deutsch und Walhen und swie si genant sint, die wier gehabn mugen mit gueten trewen an geverde. Und sullen auch ab dem Hunde niht ziehen noch varen, er werde uberwunden, ez sei dan mit unsers oheim willen, und die seinen auch. Und swaz wier dem Hunde ab twingen, daz ze Padawe und ze Tervis gehoert und daz si vor inne gehabt haben, daz sulle wier unserme oheim einantwurten und enphelhen in sein gewalt. Wer auch ob der Hunt niht wære, swer sich danne des chrieges gen uns und gen unserm oheim underwunde, des sullen wier unserm oheim geholfen sein in allen bůnden, als vor geschribn stet.

2. Und wer auch daz ez dar zue chæme, daz wier tædingen wurden zwischen unserm oheim und dem Hunde auf suene oder auf fride, daz sullen wier tuen mit unsers oheim willen und wizzen und do im an genueget.

3. Und ware daz wier vride oder suene zwischen in beiden mahen und funde sich daz mit der warheit, daz der Hunt die[a] suene oder friden uberfuere, daz sol unser oheim haizen widren, daz ez widertan werde in vier wochen. Geschæhe des niht, swen er uns danne ermant nach den selben vier wochen[b], so sullen wier im geholfen sein mit allen bunden und tædingen, als vor geschribn stet, dar nach in den næsten vier wochen. Waer auch ob wier friden zwischen in mahten und swenne die fride aus giengen, so sullen wier im aver geholfen sein, swenne er uns manet dar nach in den næsten vier wochen in allen den bunden, als vor geschribn stet. Und sullen auch daz tuen, als offte ez ze schulden und ze manunge chumt.

4. Ez ist auch mer getaidinget, daz unser vreunt und diener swelhe unser oheim vodert ime ir briefe geben[1], daz si uns auf die vorgenanten sachen halten, daz si furganch habn. Und daz sullen die selben lobn und geheizen, daz wier ez volfueren, bey iren trewen an aydes stat an geverde, als ob ez ir selbes sache wære.

5. Moht oder enwolde unser vorgenanter ohaim mit sein selbes leibe bei uns niht geligen, so sol er ze uns schiken einen haubtman mit als vil leuten, als die hantveste sprechent, die wir pedenthalben dar uber gebn haben[2]. Und der selbe haubtman sol uns wartende do mit sein, als er selber bei uns wære.

6. Er sol uns auch niht geholfen sein wider den der sich babest nennet und wider die heiligen chirchen von Roeme und wider seine ohaime von Osterrich.

7. Er sol uns auch die straze offen lazen durch sein lant und sol lazen varen ze uns und von uns auz und ein alle die ze uns und von uns varen wellent, als lange wir sein bedurfen, und sol uns und allen den, die ze uns und von uns varen aus und ein, die straze friden und schermen vor aller maengelich, daz si vrey und sicher varen an alle hinderniůz und irresal. Und sol uns dar umb troester setzen[3], swelhe wier von seinem lande vordren und mueten.

8. Ez sullen auch alle die unsren im und seinem lande ane schaden durch varen, also ob der unser dehainer[c] deheinen schaden tæte, der sol den widertuen und gelten und sol den andren dar umb die straze niht verslozzen sein noch gehindert werden mit deheinen sachen. Chům aber der selbe fur, der den schaden getan hette, so sullen wier mit schaffen, daz er daz wider tue.

9. Er sol auch allen den seinen uns gunnen ze dienen die uns dienen wellent.

Dise vorgeschriben tæding mit allen iren stuken und bůnden gehaizen wir pei unsern chunichlichen trewen an aydes stat stæte ze halten und ze volfueren an alles

247. a) *supra lineam add. tr.* b) woch|hen *tr.* c) *supra lineam add. tr.*

1) *Cf. nr.* 249—251. 2) *Infra nr.* 248. 3) *Cf. nr.* 252. 253.

geverde und gebn dar uber ze urchunne disen brief mit unserm chunichlichem insigel versigeltem.

Der gebn ist ze Trient, an dem Vreytag vor kathedra Petri, do man zalt von Christes geburt dreizehenhundert jar darnach in dem sibnundzwainzigistem jare, in dem dreizehendem jare unsers reiches.

248. *Conventio cum eodem altera.* *Febr. 20.*

Copia in transsumti eodem die ab eodem notario confecti[1] *exemplaribus duobus* 1 *tabularii generalis regni Bawarici KLS nr. 335 ex archivo Tirolensi proveniente;* 2 *tabularii caesarei Vindobonensis. Contulimus nos, variam lectionem praeter orthographiae minutia adnotantes. — Ed. J. Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 30 nr. 50 ex* 1.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 357 nr. 3238 (Addit. III).

Wir Ludowich[a] von Gotz gnaden Roemischer chunch ze allen zeiten merer des reiches verjehen offenlich an disem brief, daz wier unsrem lieben oheim Heinr(ichen) herzog in Chernden gehaizen und gelobt habn, daz wier im dreihundert helme gueter Deutzscher læute ane geverde vertigen und senden sullen ime ane schaden und ime ze hylfe gen Padawe[b] oder gen Tervis oder swa er ir hin bedarf. Und die læute[c] sullen da sin vierzehen tage nach sand Gorien tag der nu schierist chumt an allen aufschupf[d]. Mai. 8.
Wier habn im auch mer verhaizen, daz wier noch vor Phinxten die schierist choment Mai. 31.
sullen sein mit unsers selbs leibe und mit aller unserre maht Deutsche und Walhen und swie si genant sint, auf des Hundes schaden und sullen dar ab niht chomen newer nach unsers oheims rat und willen und als die hantveste sprechent, die wier pedenthalben dar uber gebn habn[2], und sullen auch da hin ziehen, da wir in aller hartigist beschædigen mugen. Ez ist auch mer geteidingt, daz unser Oeheim oder sein haubtman mit den sibenhundert helmen, die er uns geheizen hat, daz auch guete Deutsche læute sull sein an geverde, und mit den dreinhundert helmen, die wir ime verhaizen haben, und also mit den tůsent[e] helmen sol er oder sein haubtman auch den Hunt beschedigen, so er pest mach an geverde. Wier sullen auch ze rat werden, an swelher stat wir ze einander ziehen sullen, da ez uns peiden erlich und nutzlich sei und dem Hunde aller schædlichest. Wier habn im auch mer verheizen, ob daz wære[c] daz der Hunt auf seinen schaden ziehen wolte, swen daz ist, so sullen wier mit unsern helferen und dieneren Deutsch und Walhen schaffen, daz si hin wider auf des Hundes schaden ziehen, so si best mugen, und in des hindern und irren, so si best chunnen und mugen, er ziehe auf unsers oheims schaden in fride oder an friden. Dise vorgescriben sache

248. a) Ludwich 2. b) Padowe 2. c) a *supra lin. scripta* 1. d) aufschuptz ? 1. e) deutschen *male* 1; deutschen *(cancellatum)* tůsent 2.

1) *Verba transsumti in adnotatione ponimus ad* 1 *et* 2 *collata:* (S.N.) Ego Otto filius[a] Chunradi in porta Bozani sacri pallatii publicus notarius[a] presens exemplum auctoritate prefati principis domini Heinr(ici)[b] ducis Charinthie sub anno Domini millesimo CCCXXVII, indictione decima, die Veneris XX. intrante Marcio, in castro[c] Gries in presencia domini[d] Heinrici magistri curie, Seifridi de Rotenburch[e], Gralandi de Charinthia et aliorum[f] sumpsi et transcripsi ex privilegio sigillato pendenti sigillo maiestatis domini Ludowici[g] Romanorum regis sano et integro et in nulla sui parte viciato et ut in dicto privilegio[h] continebatur, sic et in presenti legitur exemplo, nichil addito nec diminuto, quod sensum vel sententiam mutet, preter forte punctum, litteram vel sillabam et sub meo nomine et signo exemplavi fideliter[i]. 2) *Supra nr. 247.*

a) s. p. p. n. et fil. Ch. in p. B. 2. b) *sequ.* regis *cancellatum 1.* c) *loco* in castro 2: ad. d) dominorum 2. e) Roetenburch 2. f) testium *add.* 2. g) Ludwici 2. h) *loco* dicto privilegio 2: eo. i) *loco* ex. fid. 2: fideliter transscripsi.

lob wier pei unsren chunichlichen trewen an aydes stat stæte ze haben und ze volfueren an alles geverde. Und geben dar uber ze urchunne disen brief mit unsrem chunichlichem insigel versigeltem.

Der geben ist ze Trient, an dem Vreytag vor chathedra[f] Petri, do man zalte von Christes geburt dreuzehenhundert jar dar nach in dem sibnundzwainzigistem jare, in dem dreizehendem jare unsers reiches.

249. *Fideiussio cancellarii.* *Febr. 20.*

Originale in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 338. Descripsimus nos. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. — Ineditum.

Originalia nr. 249—251 ex archivo Tirolensi proveniunt.

Reg. apud Ficker l. c. p. 31 nr. 51.

Wir Herman von Lichtemberg dez durchluchtigen herren chunig Ludowiges von Rome cantzeler verjehen offenlich an disem briefe, daz wir geheizzen haben und auch geheizzen bei unsern triwen an eydes stat, daz wir unsern vorgenanten herren dartz̊ halten sullen, daz er dem wolgebornen herren hern Henrichen hertzogen von Cherrende volfůre die teiding, die si mit ein ander gehabt haben, als die briefe sagent die si bedenthalben dar uber geben haben, in aller weis als die teiding uns selber antræfen und unser weren. Dar uber ze urchund geben wir disen brief mit unserm insigel versigelten.

Der geben ist ze Trient, an dem Vreytag vor kathedra Petri, do man zalt von Crists gebůrt dreitzehenhůndert jar darnach in dem sibenundzweintzigistem jare.

250. *Fideiussio magistri camerae.* *Febr. 20.*

Originale ibidem KLS nr. 336. Item descripsimus. Sigillum secretum laesum pendet loro membranaceo. Scriptum est eadem manu ac infra nr. 265. — Ineditum.

Reg. Boica VI, 218; Ficker l. c.

Wir Ludowich hertzog von Tecke dez durchluchtigen herren chunig Ludowiges von Rome camermaister verjehen offenlich an disem briefe, daz wir geheizzen haben und auch geheizzen bei unsern triwen an eydes stat, daz wir unsern vorgenanten herren dartz̊ halten sullen, daz er dem wolgebornen herren hern Henrichen hertzogen von Cherrende volfůre die teiding, die si mit ein ander gehabt haben, als die briefe sagent die si bedenthalben dar uber geben haben, in aller weis als die teiding uns selber antræfen und unser wæren. Dar uber ze urchund geben wir disen brief mit unserm insigel versigelten.

Der geben ist ze Trient, an dem Vreitag vor kathedra Petri, do man zalt von Crists gebůrt dreitzehenhůndert jar dar nach in dem sibenundzweintzigistem jare.

251. *Fideiussio comitum de Ottingen.* *Febr. 20.*

Originale ibidem KLS nr. 337. Item descripsimus. Pendent sigilla secreta parum laesa loris membranaceis. Scriptum est eadem manu ac infra nr. 265. — Ineditum.

Reg. Ficker l. c.

Wir Ludowich und Friderich brůder grafen von Oetingin verjehen offenlich an disem briefe, daz wir geheizzen haben und auch geheizzen bei unsern triwen an eydes

248. f) kathedra 2.

stat, daz wir den durchluchtigen herren chunig Ludowigen von Rome unsern lieben herren dartz̊ halten sulleu, daz er dem wolgebornen herren hern Henrichen hertzogen von Cherrende volfůre die teiding, die si mit einander gehabt haben, als die briefe sagent dic si bedenthalben dar uber geben haben, in aller weis als die teiding uns selber antræfen und unser wæren. Dar uber ze urchund geben wir disen brief mit unsern insigeln versigelten.

Der geben ist ze Trient, an dem Vreytag vor kathedra Petri, do man zalt von Crists gebůrt dreitzehenhůndert jar darnach in dem sibenundzweintzigistem jare.

252. *Promissio Gotschalci iudicis de Enna super stratarum securitate.* *Febr. 20.*

Originale (or.) *ibidem KLS nr. 338 a ex archivo Tirolensi proveniens. Item descripsimus. Sigillatum non est, itaque confectum non esse videtur. — Ineditum.*

Reg. Boica VI, 218.

Ich Gotschalch rihter von Enne[a] vergich offenlich an disem brief, daz ich nach heizze und gebot meines lieben herren hern Heinrichs chunigs von Beheim und Polan und hertzogen in Cherenden geheizzen haben und gehaizzen mit gůten triwen an geverde, dem durchleuhtigen herren hern Ludowige dem Romischen chunig und allen den, die zu im und von im varen auz und ein, di strazze ze schermen und ze friden in aller weis als di brief sagent, di si bedenthalben dar uber geben habent. Dar uber zu urchund gib ich disen brief versigelt mit meinen insigel.

Der geben ist zu Trient, an den Feitag vor sand Petri tag als er auf den stůl gesetzet ward, do man zalt von Christs geburth dreutzehenhundert jare dar nach in dem sibenundzwaintzigisten jare.

253. *Promissio Heinrici de Aufenstein super eodem.* *Febr. 20.*

Originale (or.) *ibidem KLS nr. 339, item ex archivo Tirolensi proveniens. Descripsimus nos. Item nusquam sigillatum est. — Ineditum.*

Reg. Ficker l. c. p. 31 nr. 52.

Ich Heinrich von Aufenstein vergich offenlich an disem brief, daz ich nach heizze und gebot meines lieben herren hern Heinrichs chuniges von Beheim und Polan und hertzogen in Cherenden geheizzen habe und geheizze mit gůter triwen an geverde, dem durchluchtigem herren [hern][a] Ludowige dem Romischem chunig und allen den[b] die ze im und von im varent aus und ein, die strazze ze schermen und ze friden in aller weis als di brief sagent, di si bedenthalben [dar][a] uber geben habent. Dar uber ze urchund gib ich disen brief versigelt mit meinem [insigel][a].

Der geben ist ze Trient, dez Freytages vor kathedra Petri, do man zalt von Christs geburt dreutzehenhundert jar dar nach in dem sibenundzweintzigistem jare.

---

254. *Litterae ad Iohannem comitem de Claromonte.* *Febr. 23.*

Copia in codicibus Anonymi Chronici Siciliae vel Siculi cap. 96. Adhibemus editionem (ed.), *quam paravit Rosarius Gregorio 'Bibliotheca Scriptorum Siciliae' II (1792) p. 224, de qua v. supra ad nr. 111, hic illic correctam.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 54 nr. 923.

252. a) ne *in loco raso or.*

253. a) *uncis inclusa evanida or.* b) dein *or.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Iohanni de Claromonte comiti Mohac et domino Ragusie multipliciter diligendo gratiam suam et omne bonum.

Significandum tibi duximus ex affectu quo te prosequimur, augere tuam letitiam et firmare tuam constantiam cupientes, quod in Italiam in presenti progredimur absque quolibet intervallo ad coronam imperialis culminis Rome cum gloria et reverentia assumendam. Quocirca nobilitatem tuam requirimus et hortamur, quatinus apud[a] predictum regem Sicilie dominum tuum ad felicem confirmationem predictorum tuis insistas consiliis et persuasionibus inductivis, ut ipse velit et curet iuxta bonum posse suum dare operam et effectum[b]. Et super hiis et aliis, que circa nos geruntur[c] et gesta sunt in partibus Alamannie et in parlamento quod nunc habuimus in Tridento, sapientis viri Francisci de Acellis nuncii dicti regis dictis vel scriptis tamquam eius qui vidit, interfuit et audivit ac testificari poterit, fidem poteris[d] adhibere.

Datum apud Tridentum, VII. Kalendas Martii, regni nostri anno XIII.

255. *Litterae ad Fridericum regem Trinacriae.* *Febr. 24.*

Copia ibidem cap. 96. Ed. Gregorio l. c. p. 223. Editionem (ed.) *repetimus hic illic correctam.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 54 nr. 924.

Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus illustri Friderico regi Sicilie tanquam fratri dilecto salutem et eterni amoris et amicitie affectum.

Magnificentie regie legationes per sapientem virum magistrum Franciscum nuncium vestrum expositas benigno auditu percepimus et auscultavimus diligenter et quod super hiis respondere voluimus queque nobis super secretis cordis nostri placuit demandare, capitulatim[a] dicto vestro nuncio commisimus referenda, cuius dictis et scriptis[b] vestra serenitas fidem plenariam adhibeat tamquam nobis. Specialiter tamen hoc vobis duximus intimandum, quod Deo favente firmum, pacificum et felicem statum habemus Alemannie et tam principes quam ceteri alii ad nostra beneplacita sunt intenti. Nunc etiam in parlamento quod habuimus cum Italicis in Tridento, de quo prefatus magister Franciscus, qui presens fuit et interfuit, latius vos poterit informare, omnes[c] ad vota nostra tales invenimus, quod nichil restat nisi quod Deo duce progrediamur in Italiam, Rome sacras imperiales infulas recepturi.

Datum Tridenti, VI. Kal. Martii, regni nostri anno XIII.

256. *Litterae ad Petrum filium Friderici.* *Febr. 24.*

Copia ibidem cap. 96. Ed. Gregorio l. c. p. 224. Editionem (ed.) *repetimus hic illic correctam.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 55 nr. 925.

Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus illustri Petro regi Sicilie secundo amico sincere dilecto salutem et plenum amoris affectum.

Ut intentionem nostram et statum felicem quem habemus favente Deo vestra serenitas excipiat et cognoscat, amicitiam vestram scire volumus ex fiducia speciali, quod bene ordinatis circa nos que sunt in Alemannia, ubi tam principes quam alii in-

254. a) ad *ed.; cf. pag. 167 lin. 7.* b) affectum *ed.* c) gerimus *ed.* d) poteritis *ed.*

255. a) capitulanti *ed.* b) huiusmodi *ed.; sed cf. supra lin. 12.* c) vos *ed.*

feriores parent nostris beneplacitis et mandatis, Lombardiam attigimus in Tridento. In quo nobiles Italici per se et civitates per suos syndicos ultro in nostri presentia comparentes[a] se et suos mandatis regiis subdiderunt, sic quod singulis bene dispositis hinc et inde in Dei nomine progredimur etiam usque Romam sacras imperiales infulas recepturi, procuraturi nichilominus vestrum et omnium amicorum nostrorum et fidelium ipsius sacri imperii commodum et profectum. Quocirca magnificentiam vestram intentis animis exoramus, quatinus et per vos et instantiam vestram apud illustrem Fridericum regem Sicilie patrem vestrum ad tam salubrem intentionis nostre confirmationem cooperari velitis, vestrum nobis conferendo consilium et iuvamen, ut nostra regia maiestas ad grata[m] vobis intendere debeat vicissitudinem et[b] ad augmentum vestri nominis et honoris. Et super premissis magistro Francisco latori presencium fidem adhibeatis credulam in dicendis.

Datum Tridenti, VI. Kal. Martii, regni nostri anno XIII.

257—263. SCRIPTA PRO BERTHOLDO COMITE DE HENNEBERG.
1327. Febr. 25.—Mart. 15.

257. *Potestas tractandi cum episcopo Herbipolensi.* *Febr. 25.*

Originale in tabulario Meiningensi. Contulit W. Füsslein. Sigilli fragmentum pendet loro membranaeeo. In verso legitur: Auctoritas ut possit reconciliari dominum Wolfram(um) Herb(ipolensem) episcopum domino Ludowico Rom. regi.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 55 nr. 926.

Nos Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus tenore presencium confitemur, quod spectabili viro Bertoldo comiti de Hennemberg secretario nostro dilecto plenam dedimus et damus presentibus potestatem et mandatum speciale venerabilem Wolframum episcopum Herbipolensem nobis reconciliandi et nos et ipsum ad invicem concordandi super omnibus questionibus et dissensionibus nostris qualitercumque subortis usque in presentem diem ex quacumque causa et abolendi quitquid est inter nos odii et rancoris omni meliori modo et medio, sicut crediderit expedire. Ratum et gratum habituri quitquid idem comes ordinaverit, statuerit vel egerit in premissis et quolibet premissorum. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et nostro sigillo iussimus communiri.

Dat. Tridenti, V. Kalendas Marcii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

258. *Procuratorium super sponsalibus Ludewici marchionis Brandenburgensis firmandis.* *Febr. 25.*

Originale ibidem. Item contulit Füsslein. Sigilli fragmentum pendet loro membranaeeo. In verso legitur: Auctoritas data domino Bertoldo comiti, ut possit videre de sponsalibus et uxore domini marchionis Brandenburgensis. *Scriptum est eadem manu ac nr. 259.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 55 nr. 927.

Nos Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus constare volumus presencium inspectoribus universis, quod nos de fide et circumspeccione spectabilis viri

256. a) comparuerunt *ed.*; comparent *Mart.* b) et vic. *ed.*

Bertholdi comitis de Hennenberch secretarii nostri dilecti plene confisi et experti eundem nostrum fecimus et facimus in hiis scriptis procuratorem legitimum et nuncium specialem, dantes et concedentes eidem plenariam potestatem et mandatum speciale, illustri Ludowico marchioni Brandeburgensi primogenito et principi nostro karissimo, cuius curam gerimus et tutelam, in sponsam et uxorem ducendi quamcumque secundum condicionem et genus suum sibi viderit et crediderit expedire et sponsalia eciam de presenti hinc inde firmandi iuramentis et caucionibus quibuscumque et omni modo, sicut fuerit oportunum, dotem et donacionem propter nupcias alterutrim promittendi, constituendi et paciscendi et quelibet alia faciendi, quorum in premissis vel circa premissa quomodolibet opus fuerit, eciamsi mandatum exegerint speciale. Ratum et gratum habituri quicquid idem procurator noster in premissis vel circa premissa et ea contingencia et quodlibet eorundem procurandum duxerit et agendum. Promittentes bona fide quod ratificabimus, laudabimus et confirmabimus scriptis nostris et modis aliis oportunis ex postfacto totum, quod idem comes egerit et procuraverit in omnibus et singulis antedictis, statim postquam in nostram noticiam sunt deducta. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo regie maiestatis iussimus communiri.

Dat. Tridenti, V. Kalen. Marcii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

259. *Procuratorium super pecunia a rege Danorum recipienda.* *Febr. 25.*

Originale (or.) *ibidem. Contulit Füsslein. Sigilli fragmentum pendet loro membranaceo. In verso legitur:* Auctoritas data domino exigendi et recipiendi a domino Christoforo Danorum rege XII milia marc. argenti. *Scriptum est eadem manu ac nr. 258.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 55 nr. 928.

Nos Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus notum facimus per presentes hiis maxime quorum interest vel poterit interesse, quod nos de persona spectabilis viri Bertholdi comitis de Hennenberg secretarii nostri dilecti et eius sinceritate et fide plene confisi, ipsum nostrum procuratorem, ambassiatorem et nuncium fecimus et facimus in hiis scriptis, dantes et concedentes eidem pro nobis et illustri Ludowico marchione Brandeburgensi primogenito et principi nostro karissimo, cuius curam gerimus et tutelam, liberam potestatem et mandatum speciale, a magnifico Christoforo Danorum et Sclavorum rege fratre nostro summam duodecim milium marcarum argenti puri et phini[a] Magdeburgensis ponderis et valoris promissam, constitutam, pactam et stipulatam per eum nostro filio antedicto in dotem et pro dote inclite Margarete filie sue sibi desponsatam et traditam[a] in uxorem exigendi, petendi, requirendi et recipiendi in toto et in parte simul et successive, sicut oblata sibi fuerit et placuerit recipere, necnon eandem summam pecunie receptam tenere, erogare et distribuere secundum divisionem et particionem dudum per nos pro singulis ordinatam et super huiusmodi pecunie quantitate recepta et distributa dictum regem pro nobis ac ipso filio nostro quittandi, quittum et solutum reddendi et clamandi, cartas et instrumenta super eo conficiendi et tradendi, cauciones dandi et quelibet alia faciendi, quorum in premissis vel circa premissa vel quodlibet premissorum opus fuerit, eciamsi mandatum exegerint speciale. Ratum et gratum habituri quitquid prefatus comes procuratorio nomine nostri et prefati marchionis in omnibus et singulis antedictis quomodolibet procurandum duxerit vel agendum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo regie maiestatis iussimus communiri.

Dat. apud Trident(um), V. Kalen. Marcii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

259. a) *sic or.*

260. *Privilegium super infeudatione terrae Rugensis.* *Mart. 13.*

Originale deperditum. Copia (c.) *in Copiario tabularii Meiningensis. — Ed. 'Hennebergisches Urkundenbuch' V, 67 nr. 118 ex* c. *Editionem repetimus in orthographicis correctam.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 55 nr. 929.

Wir Ludewig von Gots gnadin Romischir kunig zů allin ziten merer dez riches vorjehen offenlich an disem briefe, das wir deme ediln manne Bertholde grafen von Hennenberg unserme liebin getruwen heimelicher und sinen erbin durch den dinst, den er allewege uns und deme riche vormals getruwelich getan had und noch getůn mag, gelihen habin das lant zů Růen mit alme rechte und nůtze, als die briefe sprechen die wir in darůber gegebin habin. Und were das das selbe lant deme vorgenanten grafen Bertholde und sinen erbin nicht werden mochte, von welchen sachin das were, oder dehein gut in danne wůrde, so globe wir in mit gůten truwen, das wir in ein furstentum da fur sullen geben und lihen als gut als das egenante lant zů Růen ist, das allir schirst uns und deme riche ledig wirt an allis geverde. Und were das sich das vorzihin und lengin wůrde, so glob wir deme vorgenantin grafen Bertholde und sinen erben, das wir in und sine erbin zů fůrsten sullin machin mit alme rechte und gewonheid und dartzu gehoret, wenne er das wol um uns und umb daz riche vorschult had. Und zů deme selbin furstentum zů stiur glob wir im und sinen erben zu gebene zwentzigtůsent marg silbers oder alzo vil gutes, alz sich gegen deme gelde gezihen mag und auch dez geldis wert ist. Darůber zů urkunde geben wir in disen brief vorsigilten mit unserme insigel.

Der geben ist nach Gots geburte dritzenhůndert jar und darnach in dem sibinundzwentzigisten jare, an deme nesten tage nach sente Gregorien tage, in deme dritzehenden jare unsers riches, in der stat zů Trient.

261. *Mandatum ad telonearios in Cuba.* *Mart. 13.*

Originale deperditum. E Copiario, cuius cognitionem nacti non sumus, olim dedit Schultes 'Diplomat. Geschichte des gräfl. Hauses Henneberg' II (1791) p. 81 nr. 59. Editionem (ed.) *repetimus in minutiis correctam.*

Cf. infra nr. 325.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 55 nr. 930.

Wir Ludwig von Gots gnaden Romischer chunig ze allen ziten merer des richs entbieten Otten dem Zengern[a] burchgraven ze Chube und Rudolphen den Nortwiner probest ze Oppenheim unsern liben getruwen unser huld und alles[b] gut. Wizzet daz wir unsern lieben haimlichen graf Bertolden von Hennemberg ze gelt an seiner schult, der wir im schuldig sein und der er unser ofen prief hat[1], gegeben und verschafet haben auz unserm zolle ze Chube alle jar tusent phunt Haller, die man im antwurten und geben schal vor allen dingen und vor allen geltern an sant Andres Nov. 29.
abend in ieclichen jare. Und haben im ze pfant gesetzet unser stat ze dem Newenmarcket mit grozzen punten, pen und vellen, die im vorschribent sint. Darumbe biten wir euch und gebieten ez vestichlich und er[n]stlich, daz ir[c] im alle jar dieselben tusent pfunt und auf demselben tag voderlich gebet und bewart, daz uns an der stat chein

261. a) Jengern *ed.* b) aller *ed.* c) er *ed.*

1) *Supra nr. 232.*

schade oder chein val widervar, wan ir daran grozlich wider uns tet und moch[t] auch daz nicht vertantwurten.

Der brif ist geben ze Trient, des Fritages nach sant Gregorien tag, in dem treutzehenden jare unsers riches.

262. *Mandatum super tutela marchionis Brandenburgensis.* *Mart. 15.*

Originale in tabulario Meiningensi. Contulit Füsslein. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. In verso legitur: ut curam marchionis et Marchie possit alteri committere Lud.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 55 nr. 933.

Nos Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus publice confitemur, quod quia plene confisi sumus de fide et industria spectabilis et sapientis viri Bertoldi comitis de Hennemberg collateralis nostri et secretarii predilecti, eidem commisimus et iniunximus, ut ad consilium et de consilio nobilium et prudentum virorum Guntheri comitis de Lyndowe, Henrici advocati de Plawen dicti Rüzze, Segeri prepositi in Stendal, Grifkonis et Hassonis de Wedel fidelium nostrorum dilectorum, de quorum fide et industria certam similiter fiduciam obtinemus, curam filii nostri karissimi illustris Ludowici marchionis Brandemburgensis et totius Marchie cum plena amministracione, gubernacione, disposicione et regimine generali nostri nomine et vice personis uni vel pluribus coniunctim vel divisim debeat commendare, quas secundum suam conscienciam et discrecionis arbitrium ad huiusmodi curam et ministerium conspexerit apciores. Cumque sepe que bono inchoata sunt principio, successu temporis tendant et vergant in noxam, nos dicimus et spondemus, quod predicto comiti in culpam nolumus impingere vel obiectum, si forte ex huiusmodi commissione, quam bona fide faciet omni provisione, diligencia adhibitis et cautela, quocumque modo sive circa personas regencium vel regimen sive statum principantis vel subiectorum terre, hominum vel bonorum, quod Deus auferat, aliquid contrarii grave vel magnum eveniat aut sinistri. In cuius rei testimonium presentes sibi damus sigilli nostre maiestatis munimine communitas.

Dat. Tridenti, Idus Marcii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

263. *Privilegium legitimandi et notarios publicos creandi.* *Mart. 15.*

Originale (or.) *ibidem. Item contulit Füsslein. Sigilli fragmenta pendent filis sericis flavi rubeique coloris. In verso legitur:* ut quilibet habens comitatum Henninbergensem possit quasdam legittimare personas et publicos notarios facere.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 55 nr. 934.

Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus presencium inspectoribus universis suis et imperii fidelibus et devotis graciam suam et noticiam subscriptorum.

1. Dignum credit nostre consideracionis provisio, ut viros spectabiles et sublimes dignioribus graciis et beneficiis honoremus, presertim illos qui per graciora obsequia fideliter exhibita pre aliis se fecerunt nostris graciis et beneficiis digniores. Sane cum vir spectabilis Bertholdus comes de Hennenberg collateralis noster et secretarius predilectus nobis et aliis Romanorum imperatoribus et regibus ac sacro imperio multo et longo tempore gratissima prestiterit obsequia et per fidei devocionem consilio, gladio et lingwa multisque modis aliis numquam desierit esse gratus et non minus adhuc idem[a] et eum de dicta domo sequentes nobis possint obsequi ac eciam esse grati, non indignum et

263. a) i *in loco raso or.*

proficuum arbitramur, ut in eorum memoriam et compensam ad specialem dicti comitis et suorum de dicta domo sua succedencium gloriam et honorem specialis sibi prerogative graciam faciamus.

2. Hinc est quod predictorum pretextu ac quod ipsum comitem amore diligimus singulari, eidem et castrum ac dominium Hennenberch post eum tenentibus ut sequitur concedimus per presentes, ut videlicet auctoritate nostra regia per tempora vite sue viginti personas, dumtaxat manzeres, spurios vel aliter illegitime natos legitimare valeat ad succedendum parentibus, obtinendum honores civiles et quoslibet actus legitimos exercendum omni modo, acsi essent legitime procreati, non obstante lege, que spurios, manzeres et alios illegitime natos legitimari prohibet[1], et cuiuslibet alterius iuris edicione contraria, quibus quantum est ad presentem legitimacionis casum, ex certa nostra sciencia et auctoritate speciali ipse poterit derogare.

3. Ad hoc eidem concedimus ex eadem gracia speciali, quod similiter per tempora vite sue eadem fultus auctoritate decem dumtaxat notarios publicos possit instituere et facere ad suum arbitrium eligendos, tamen ydoneos et fideles, qui sciant et valeant rite huiusmodi officium exercere.

4. Easdem quoque legitimacionis et institucionis notariorum gracias in descendentes ex eo filios et heredes legitimos diffundentes concedimus de plenitudine gracie ac nostre regie potestatis, ut quicumque proximus nunc post eum castrum et dominium Hennenberch tenuerit, legitimandi decem personas illegitimas, ut supra dicitur, et instituendi sex notarios publicos, donec vixerit, similiter ydoneos et fideles liberam auctoritate predicta habeat potestatem. Sic eciam consequenter sine prefinicione temporis quilibet alius castrum et dominium predictum tenens et possidens legitimandi decem personas et faciendi sex publicos notarios omni modo, ut predicitur, eadem concessione, auctoritate et gracia nostra plenariam obtinet facultatem.

5. Ex uberiori preterea dono gracie prefato dumtaxat comiti et suis heredibus hanc graciam personaliter duximus faciendam, ut quecumque bona et feoda a nobis et sacro imperio descendencia a quibuscumque personis, cuiuscumque status et condicionis existant, valeant precio comparare vel alio modo dono, cessione vel qualiter aliter conquirere et ammodo a nobis et ipso imperio tenere in feodum omni modo et iure, sicut alter vel alii antea tenuerunt. De quibus feodis eundem comitem et heredes suos exnunc ut extunc infeodamus et presentibus investimus. Licet eciam predictis Bertholdo comiti de Hennenberg[b] et suis heredibus ex hac nostra permissione, feodum et feoda a nostris et imperii fidelibus comparare et conquirere, ut premittitur, et eosdem reinfeodare denuo de eisdem, sic quod ipse comes et sui heredes de predictis feodis immediati nostri et imperii sint vasalli.

In premissorum omnium testimonium et plenam roboris firmitatem presentes litteras conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Tridenti, Idus Marcii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

---

264. *Transsumtum Reversalium Friderici.* *Mart. 9.*

Originale (or.) *in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Descripsimus nos. Pendent loris membranaceis sigilla primum, secundum, tertium, quintum parum laesa; quartum desideratur. Orthographiam servavimus. Manu ipsius cancellarii scriptum esse contenderim. — Ed. Preger loco supra ad nr. 141 citato p. 128.*

263. b) comiti de Hennenberg *in loco raso or.*

1) *Nov. 89, 15; cf. Cod. 5, 27, 10.*

Wir graf Ber(tolt) von Hennenberg und bruder Chunr(at) von Gundolfingen meister von Tutschem lande und Frid(erich) burcgraf von Nuremberch und Ber(tolt) grafe von Grayspach und von Marstetden genant von Nyffen und Herman von Liechtenbercg dez Romschen chuninges cancel(er) verjehen offenlich uf unser aide an disem brief, den vir[a] versigelt han mit unsern insigeln[b], daz wir gehort und gesehen und gelesen haben einen brief der nich gefelschet waz noch geschaben mit gantzem insigel dez Rômischen chunig Frid(eriches), der stunt von wort zu worte alsos:

'Wir Frid(erich) — jare unsers richez'. *supra nr. 141.*

Und wir die vorgenan[a] henken unser insigel an disen brief ze einnem warem urcunde der ob gescriben dinge.

Der geben ist ze Trint, da man zalt von Gotz[c] geburte drizehenhundert jar und sibenundzwainzich jar, an dem Mandach vor sant Gregorien dache.

265. *Treuga inter ducem Karinthiae et Canem Grandem aliosque icta.* *Mart. 13.*

Originale (or.) *in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 340, ex archivo Tirolensi proveniens. Contulimus nos. Sigillum, quod loro membranaceo pendebat, desideratur, foraminibus relictis. — Ed. J. Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 33 nr. 56 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 55 nr. 931.

1. Nos Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus presentibus publice profitemur, quod nos inter carissimum avunculum nostrum Henricum ducem Karinthie pro se, comitibus Goricie et quod de comitatu eodem eidem avunculo nostro et ipsis sive racione advocacie vel cuiuslibet alterius modi et iuris pertinet necnon pro Paduanis, Tervisinis et omnibus ipsorum familiaribus et servitoribus ac ipsis attinentibus hominibus atque bonis ex una et inter nobilem virum Canem de Verona pro se et marchionibus Ferrarien(sibus) necnon Veronen(sibus), Vincen(tinis) et omnibus ipsorum familiaribus et servitoribus ac ipsis attinentibus hominibus atque bonis ex parte altera treugas fidas et 1329. Apr. 23. firmas constituimus et fecimus a die beati Georii venturo proxime per duos annos continue se sequentes. Et treugas easdem constituendi ipsi nobis ex utraque parte dederunt et concesserunt plenariam potestatem, facto et recepto voluntario ipsorum promisso per eorum fidem ipsas treugas ratas tenendi et inviolabiliter observandi.

2. Et ad ampliorem securitatem huiusmodi treugarum ipsi nobis hinc inde pro parte qualibet quisque tria castra in potestatem nostram libere assignarunt et tradiderunt cum burchûtis, redditibus, hominibus atque bonis plene, sicut hactenus habitum est ea teneri, esse et servari cum omnibus que ad dicta castra seu municiones pertinent quoquo modo. Ipse quidem avunculus noster pro parte sua castra Perseni, Chunigesperg et Visiun, ipse vero Canis pro parte sua castra Marostica apud Passanum, Suave et Rocka Maseseni super Lacum prope Rifin in nostram forciam tradiderunt.

3. Et utrimque ex eorum voluntate, peticione et iussu pro ipsis treugis hinc inde securatores et conservatores sumus positi, ut ipse treuge serventur inviolabiliter ab eisdem, ita quod neuter alterum ipsis treugis durantibus nec in se nec in suis familiaribus vel famulantibus nec sibi pertinentibus hominibus sive bonis nullis causis, viis vel modis debeat quomodolibet molestare vel pati eciam molestari et omnes strate utrobique patere debent et consistere libere et secure.

4. Si qua forte violencia vel temeritas presumptiva inter eorum homines casu vel proposito accideret, que tamen per forciam non fieret, super eo ius debet et iusticia a passis violenciam peti et recipi nec propter hoc in treugas vel dici conqueri poterit

264. a) *sic or.* b) insilgeln *or.* c) *in loco raso or.*

vel impingi, nisi forte iusticia conquerentibus negaretur vel per negligenciam differretur. Si vero casus aliquis vel quid aliud emergeret vel eciam eveniret, propter quem in ipsas treugas dici posset conqueri vel impingi, usque ad nos deduci debebit et a nobis disbrigacio et expedicio eius peti, ad quam faciendam tres de consilio nostro destinare habebimus infra mensem, qui talia audient et cognoscent et amore et bonitate si poterunt expedient et decident. Sin autem quem tunc secundum iusticiam culpabilem iudicaverint, puta quod ipse fuerit facti reus, idem infra mensem postea subsequentem commissum emendare tenebitur et satisfacere cum effectu. Et si huiusmodi reus taliter iudicatus hoc non faceret, extunc ipsi nos quod omissum vel neglectum est, ex predictarum parcium voluntate et iussu iam habitis et concessis habebimus et volumus sicut promisimus disbrigare. Homicidium autem vel plura si contingeret perpetrari, cum talia in esse nequeant reparari, quitquid iterum tres de consilio nostro ad hoc deputati et electi constituerint pro emenda, ille vel illi qui rei sunt homicidii luere, attendere et exequi tenebuntur et satisfacere ad arbitrium eorundem. Nec propter illum vel quemcunque casum alium sive causam nexus treugarum rumpi poterit vel dissolvi, set firme debet consistere sicut ante.

5. Cum eciam treugas alias dudum inter partes constituerimus antedictas[1], hoc actum est et a partibus acceptatum, quod tres de consilio nostro ad secundam feriam post Penthecosten venturam proxime debebimus transmittere, coram quibus partes inter Iun. 1.
Vincenciam et Paduam sufficienter debent convenire pro omnibus in ipsis treugis hinc inde a partibus contra constitucionem treugarum factis presumptis et attemptatis redintegrandis, reformandis, restituendis, expediendis et sicut debitum fuerit emendandis cognicione dictorum trium, primum per amorem et amiciciam, si quiverint. Alioquin quem secundum ius reum et culpabilem iudicaverint, viderint seu dixerint, quod per eum factum, presumptum vel attemptatum est quocumque modo, emendare, expedire et satisfacere tenetur infra mensem proxime subsequentem. Quod si factum non fuerit, nos ipsi, cuius commissionem et iussum nunc habemus a partibus, debebimus et volumus ipsum, sicut visum fuerit et placuerit, expedire.

6. Omnes eciam utrobique captivi ad octavas Penthecostes proxime venientes Iun. 7.
debent excredi de rebus et personis suis et qui detectus fuerit esse ex causis racionabiliter captivatus, captus remanere debebit. Qui vero absque causa et racione captus exstitit, liber esse debebit de rebus pariter et persona.

In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. Tridenti, III. Idus Marcii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

266. *Litterae de comitiva praestanda ad comitem Hollandiae priores.* *Mart. 13.*

Copia (c.) in cod. hist. 17 fol. 99' bibliothecae Hamburgensis publicae, qui Wilhelmi Procuratoris Chronicon Egmondanum continet, quo omnes editiones redeunt. Contulimus nos. — Ed. C. Pijnacker Hordijk 'Willelmi capellani in Brederode etc. Chronicon' (= 'Werken uitg. door het Historisch Genootschap (Utrecht). 3. Serie' Nr. 20. Amsterdam 1904) p. 184 sqq. ex c.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 55 nr. 932.

Cf. infra nr. 289.

Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus spectabili viro Willelmo comiti Hollandie socero suo karissimo gratiam suam et omne bonum.

1) *Supra nr. 110 et 247.*

1. Licet quemadmodum alias[1] sinceritati tue patefecimus, ob causas quasdam speciales sacro imperio ac corone nostre fidelibus necessarias, animo tamen redeundi in Alemanniam venerimus in Tridentum, omnes nobiles civitatum, castellorum et castrorum imperialis corone fideles nobis obviam occurrerunt, exponentes afflictiones et attritiones suas innumerabiles, quibus professores imperialis nominis amplius resistere non valerent, cum lacrimis nobis et amaris singultibus supplicantes, personas suas et posse decem et novem episcopatuum, castellorum et castrorum quodammodo innumerabilium cum pecunia maxima offerentes et personam nostram sub sacramento per nos de conservandis iuribus imperii prestito obtestantes et quod sicut ex debito eiusdem imperialis gubernaculi assumpti et divinitus nobis crediti tenemur, ad relevanda ipsorum onera importabilia descenderemus et ad assumendum dyadema cesareum more solito et sedem imperii principalem, que iam attrita et polluta nefandis rebellium ausibus a temporibus divine et clare memorie quondam imperatoris Henrici predecessoris nostri pene[a] usque ad ultimum exitium et usque irrecuperabilis desolationis obprobrium sunt deducta. Protestationes suas, sicut nos duros suis senserunt postulationibus, coram nobis publice in presentia nostri consilii, multorum sapientum Lombardie ac notariorum publicorum, quos de conficiendis instrumentis super eisdem interpellabant, facientes et cum cordis amaritudine proponentes, quod nisi absque processu retrogrado in Italiam procederemus ad liberandum eos et nomen imperii sustinendum, quod ex hoc nunc renuntiarent fidei[b] eidem et quod de necessitate naturali dominio[c] relicto ipsos se oporteret peregrine committere servituti in non modicum nostrum, principum electorum, domus nostre Bavarie[d] et totius nationis Alemannie obprobrium et verecondiam perhennalem et quod deinceps apud Deum et homines de hoc deberent teneri in perpetuum excusati.

2. Nos vero hiis auditis multis que nos, sicut Deo placuit, tetigerunt adversitatibus superatis, ne nostris temporibus persone et domus nostre Bavarie[d] ac totius Theutonie et specialiter ne iura principum Roman(um) principem eligentium, de quorum propagine et nos processimus et in quorum etiam cum nostra posteritate numero sumus, sic dampnabiliter obsorberentur et per indirectum occuparentur per nationes alienas et frequenter antecessui Alemannico invidentes [et] regnum mundi multo generoso Alemannorum sanguine acquisitum ad eosdem deduceretur exteros et raptores, de consilio procerum et sapientum nostrorum ante mori quam vivere et huius[modi] exspectare improperia eligimus, illius misericordie nos commit[t]entes, per quem reges regnant[2] et principes dominantur et in cuius manibus cor nostrum est, videlicet domini nostri Ihesu Christi, ad laudem et honorem ipsius Dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli ac sancte matris nostre ecclesie Romane, non tamen iam presidentis, et ad exaltationem nostri nominis perpetuumque ac desiderabile commodum omnium fidelium amicorum ad statum imperii pro viribus conservandum descendimus et ad imperialia dyademata assumenda.

3. Quapropter dilectionem tuam ex intimo affectu sub plenissima fiducia requirimus et hortamur, [ut] ad huiusmodi nostrum propositum feliciter assequendum tuum in persona propria vel saltem per potentem et paratum tuum exercitum celeriter nobis conferas adiuvamen, memor quod ad hoc nos semper sollicitasti quodque nobis in Italiam obsequi promisisti, quia honor tuus ac filie tue conthoralis nostre karissime propterea gloriosissime sublimatur, non minus etiam quod ad hoc nobis et sacro imperio ex fidei debito obligaris. Ex quibus promissis[e] et omni alio modo quo possumus te contestantes attentissimeque rogantes tuum auxilium invocamus et ad obsequendum nobis ut premittitur et corde et labiis invitamus. Sciturus certissime, quod propterea

266. a) *sequ.* usque ad *delet. c.* b) *sequitur linea quinque litterarum spatium adaequans in fine lineae atramento pallidiori scripta c.* c) *atramento pallidiori corr. ex* dn̄o *c.* d) Rauonie *c.* e) p̄missis *c.*

1) *Litterae servatae non sunt; sed cf. supra nr. 241.* 2) *Prov. 8, 15.*

ad tui honoris augmentum et ad sublimiorem tuum statum intendere volumus et prescriptorum gratissimas reddere tibi vices. Noveris etiam quod ipsam conthoralem nostram inclitam Margaretam Rom(anorum) reginam nobis transduci mandavimus, ut simul nobiscum apud Mediolanum in proximo coronetur et exinde Rome coronis imperialibus infulemur.

Datum Tridenti, III. Idus Martii[f], regni nostri anno XIII.

267. *Provisio senatus Venetiani.* *(1327. Ian.—Mart.)*

Provisionem ad tractatus Tridenti habitos spectantem subiungimus, quam publici iuris fecit G. Giomo 'Le Rubriche dei Libri Misti del Senato perduti' ('Archivio Veneto' Tom. 24 (Anno XII.)) p. 310. Sumpta est ex libro X. sub rubro: Imperator Romanorum et Alamannia[1]. *Editionem repetimus.*

Dicatur ser Leonardo de Molin, quod respondeat ad litteras sibi missas a comite de Henebergh qui est in Tridento petente suum consilium, utrum videatur quod dominus rex mitteret suos ambaxatores Venecias, quod civitas Veneciarum regit se multum solemniter et ideo super hoc non potest nec scit plene consulere.

268—270. LITTERAE DIVERSORUM AD REGEM ARAGONUM ET INFANTEM MISSAE.

(1327.) Febr. 23.—Apr. 1.

268. *Litterae Bernardi Lulli ad regem.* *Febr. 23.*

Originale (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi CRD nr. 10721. — Partim ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, 385 nr. 8 ex* or. *Editionem repetimus.*

Alia non sunt nova nisi de duce Bavarie, qui ut dicitur habuit parlamentum in Tridento cum aliquibus de parte Gibilina. Multi murmurant quod in brevi est intraturus Ytaliam, aliqui dicunt quod non poterit, quia multum opprimitur paupertate. Dicitur etiam quod Castruccius accepit unum castrum in Ripparia Ianue et tenet aliud obcessum[a]. Bononienses receperunt sine prefinicione temporis in dominum dominum cardinalem legatum in Ytalia et intendunt facere guerram contra dominum Pacerinum de Mantua, cum quo iniverant pacis federa iurata . . .

Scriptum Avinione, VII. Kalendas Martii.

269. *Litterae Corsi Pinelli ad Infantem.* *Mart. 25.*

Originale (or.) *chartaceum ibidem CRD nr. 10967. — Partim ed. Finke l. c. I, 385 nr. 9 ex* or. *Editionem repetimus.*

. . . Nova que sunt scribenda non sunt in istis partibus, salvo de aventu domini inperatoris, qui de certo ut aserunt homines venientes de Pisis et de Saonna, est in

266. f) sub *add. c.*

268. a) *sic or.*

1) *Cf. iam supra tom. IV ad nr. 1311.*

civitate de Trinto, que civitas est in confineis Aramanie[a] et Lombardie et multi nobiles et potentes de Lombardia et Tuscia iverunt oviam ei[1]. Dominus cardinalis legatus de Lombardia et Tuscia est in Beronia et omni die expetabat[a] dominum ducam[a] filium domini regis Roberti, qui erat in Florencia pro consciliando et tractando, qualiter possint evitare, ne dominus imperator possit ire Romam . . .

Dat. in castro Calari, XV. mensis Marcii.

270. *Litterae Galeotti de Auria ad regem.* *Apr. 1.*

Originale (or.) *chartaceum ibidem CRD nr. 11122. — Ed. Finke l. c. I, 386 nr. 10 ex* or. *Editionem repetimus.*

Mart. 19. Ecce quod die decima nona Marcii excellentissimus dominus Lugdovicus Romanorum rex semper augustus cum multo trihumpho suam civitatem Pergami intravit, in qua per dominos Galeacium Vicecomitem et alios magniffice receptus, sicut hoc tam ex litteris dicti domini Galeacii quam aliorum multorum fidedignorum factis in Pergamo certitudinaliter est notum . . .

Data Saone, die prima Aprillis.

---

271. DUCIS CALABRIAE ENCYCLICA AD CIVITATES ET NOBILES ITALIAE MISSA.
1327. Mart. 11.

Copia (c.) *in Registris Andegavensibus tabularii regii Neapolitani tom. 266 fol. 127'. Dedit Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 31 nr. 53 ex* c. *Editionem repetimus.*

Cf. alias encyclicas litterasque eiusdem ducis l. c. p. 32 sqq. nr. 54. 55. 58—60.

Karolus etc. nobilibus et discretis viris rectoribus, consilio et communi Excoli dilectis et devotis paternis et nostris salutem etc.

Ex vulgaris fame preloquio ad vos pervenisse iam credimus, qualiter generosus vir dux Bavarie conceptum virus extrinsecus evomens sibique nomen usurpans imperii tirannorum Ytalie promissione seductus, reverentia et honore sancte Romane matris ecclesie christicolarum fidelium moderatricis et domine temere parvipensis, arma parat, ingenium acuit et rebellium ac dampnatorum nequaquam sibi in nefandorum perpetracione disparium synagogam adaugens, est in offensionem cunctorum devotorum ac fidelium de proximo infelici omine auctore Domino processurus, acsi ipsos quod absit imbecilles et tenues ad resistendum conatibus eius inspiceret et immunitos per securitatis negligentiam inveniret. Illius igitur verbi dominici non existentes immemores, quo censetur dormiendum non fore, sed potius vigilandum, ne hostis superveniens, cuius est hora incerta[2], dormientes inveniat offendendos, licet ipsorum devotorum ac fidelium potentia consilioque fulti ipsius Bavari non ambigamus conatus cum auxilio divine gratie propulsare, sunt tamen ante tempus adinvenienda consilia et ea que expediunt liberacius
Apr. 5. ordinanda. Cumque die dominico Palmarum immediate sequente coram reverendo in

269. a) *sic or.*

1) *A. (1327.) Mart. 8 filii Christiani Spinulae Saonae degentes regi Aragonum nuntiant* quod dominus imperator Alamanie aplicuit in quadam civitate cui dicitur Trent . . . cum maxima quantitate baronum et equitum et intendit dictus dominus imperator esse ad faciendum festum Pasce *(Apr. 12.)* . . . in Verona; *cf. Finke l. c. I, 386 nr. 12.* 2) *Cf. Marc. 13, 33.*

Christo patre domino I(ohanne) Dei gratia Sancti Theodori dyacono cardinali apostolice sedis legato et nobis in civitate Florentie providerimus super predictis generale fieri parlamentum et de expedientibus singulis ibidem provisius ordinari, devotionem vestram attente requirimus et hortamur, ut statim sine more dispendio ambassiatores vestros solempnes plena autoritate suffultos, cum quibus de hiis valeat oportune disponi, ad ipsius cardinalis et nostrarum presentiam destinare velitis, ita quod ipso die Dominico coram eodem cardinali et nobis Florentie infallibiliter sint presentes, ut conferentibus invicem sequatur inde consulta provisio, qua hostibus et rebellibus succumbentibus duce Deo devoti ac fideles ceteri ingenti leticia glorientur.

Datum Florentie, anno Domini MCCCXXVII, die XI. Marcii, X. ind., regnorum etc. anno XVIII[1].

272. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD DUCEM CALABRIAE.

1327. Mart. 21.

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 114[II] fol. 60' nr. 971. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 324 nr. 831 ex* c.

Reg. Löher loco supra ad nr. 243 citato p. 214 nr. 426.

Eidem duci.

Quamvis fili de Bavari ad partes Italie dicatur adventu, illum tamen suo et tyrannorum Gibellinorum attento statu minus formidabilem reputamus. Et quia forsan adventus eiusdem suspicione durante multa tu et dil. fil. Iohannes Sancti Theodori diaconus cardinalis apostolice sedis legatus, cui super hoc scribimus[2], ad securitatem et utilitatem fidelium ordinare poteritis, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente tibi nichilominus paterno consilio suadentes, quatinus circa hec, prout decet magnificentiam tui status et nomen, agas viriliter et potenter. Nos autem faciente Domino circa confusionem dicti Bavari et tuitionem prefatorum fidelium intendimus modis omnibus quibus sciemus atque poterimus vigilare, sperantes in eo cuius res agitur, quod circa hec nobis vie non deerunt, sed potius aderunt oportune.

Dat. Avinion(e), XII. Kal. Aprilis, anno undecimo.

1) *In Registris l. c. sequuntur haec*: Eodem die similes facte sunt: Rectoribus, consilio et communi civitatis Fulginii. Rectoribus, consilio et communi Urbis Veteris. Archiepiscopo Ravennati comiti Romandiole. Rectoribus, consilio et communi Prati. Rectoribus, consilio et communi civitatis Perusii. Rectoribus, consilio et communi civitatis Regii. Rectoribus, consilio et communi civitatis Bononie. Domino Riccardo de Manfredis capitaneo Imole necnon rectoribus, consilio et communi dicte terre. Rectoribus, consilio et communi Cesene. Rectoribus, consilio et communi Sancti Miniati. Rectoribus, consilio et communi Vulterrarum. Rectoribus, consilio et communi Sancti Giminiani. Domino Ferantino capitaneo civitatis Arimini necnon rectoribus, consilio et communi civitatis eiusdem. Rectoribus, consilio et communi Camerini. Comitibus de Battifolle. Rectoribus, consilio et communi Collis. Comiti Rogerio de Adoadolo. Rectoribus, consilio et communi civitatis Parme. Domino Amelio de Lautrico abbati Sancti Saturnini Tholosani Marchie Anconitane rectori. Rectoribus, consilio et communi Eugubii. Rectoribus, consilio et communi civitatis Senarum. Francisco de Manfredis capitaneo civitatis Faventie necnon rectoribus, consilio et communi dicte terre. Domino Nastagio domino civitatis Ravenne ac rectoribus, consilio et communi civitatis eiusdem. Clause processerunt. 2) *Cf. Riezler l. c. p. 323 nr. 830.*

273—277. IOHANNIS XXII. PAPAE PROCESSUS VARII.
1327. Apr. 3.—9.

273. *Processus contra Ludewicum super privatione ducatus Bawariae.* *Apr. 3.*

Copia (c.) *in cod. bibliothecae Dresdensis A 70 saec. XIV. ex fol. 20, ubi rubra sequentia:* Quintus processus. Processus privationis ducatus Bavarie et omnis iuris si quod ei in eodem ducatu competebat et omnium feudorum ecclesiasticorum et imperialium, *itemque* Privatur Bavarus ducatu Bavarie ac feudis ecclesiasticis et imperialibus ac declaratur fautor hereticorum citaturque super diversis criminibus sententiam auditurus; *contulimus nos; codex diligentissime exaratus, olim Caroli Ioach. Colbert episcopi Montispessulani, certe redit ad 'Librum processuum' omnino coaevum, qui notariis cancellariae usui fuit; cf. iam supra tom. V procemium ad nr. 792.*

Quae conveniunt cum prioribus Processibus, ea typis minoribus excudenda curavimus. Böhmer, Reg. Ludw. p. 219 Päbste nr. 53; Mollat 'Lettres communes' nr. 29700.

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

1. Divinis exemplis informamur, ut perversorum continuata nequitia penas penis curemus adicere, ut sic saltem ipsos a sue vesanie ausibus et proterva contumatia retrahere satagamus. Hoc utique utilitas publica postulat, cuius interesse noscitur, ne per impunitatem excessuum ad similia invitentur alii ac per eandem fiant qui nequam fuerant iniquiores.

2. Sane dudum ad nostri apostolatus auditum fama seu potius infamia divulgante perducto, quod Ludovicus de Bavaria, qui in regem Roman(orum) ab una parte principum, ad quos dicti regis electio pertinet, in discordia dicebatur electus, eius electione V nr. 792 cap. 2. a nobis, ad quem* electionis huiusmodi* ac persone electi examinatio, approbatio et admissio, repulsio quoque et reprobatio noscitur pertinere, nequaquam admissa nec eius approbata persona*, non querens ut deberet per ostium ad huiusmodi regni seu imperii conscendere dignitatis fastigium, set potius aliunde* nomen sibi et titulum regium in nostrum et ecclesie Romane contemptum et preiuditium, temere usurpavit, administrationi iurium regni et imperii predictorum se ingerere in gravem Dei offensam* ac manifestam iniuriam sancte Romane ecclesie matris sue, ad quam eiusdem imperii regimen vacationis eiusdem tempore, sicut et tunc vacabat et inpresentiarum vacat, pertinere dinoscitur, necnon et plurimorum scandalum*, turbationem et lesionem reipublice ac sue detrimentum anime se presumpserat* indebite immiscere*, exigendo et recipiendo sub prefato titulo regio fidelitatis in Alamanie et nonnullis Italie partibus tam a personis ecclesiasticis quam secularibus vassallis imperii per se et alios iuramenta ac de dignitatibus, honoribus et officiis ad eiusdem Romani regni seu imperii dispositionem spectantibus pro suo libito disponendo, sicut* patet de marchionatu Brandeburgensi, quem* suo primogenito de facto offerre presumpsit, necnon et alia plurima exercendo, que ad eiusdem Romani regni et imperii regimen non est dubium pertinere, et insuper intellecto, quod idem L(udovicus) Galeatio de Vicecomitibus de Mediolano et eius fratribus de crimine heresis a suis competentibus iudicibus exigente iusticia per diffinitivam sententiam condempnatis necnon et nonnullis aliis ecclesie Romane rebellibus se fautorem et defensorem cap. 3. contra dictam ecclesiam exhibebat, nos* tam temerariis ausibus* obviare* dictumque L(udovicum) a tam periculoso erroris devio ad veritatis callem reducere cupientes considerantesque, quod ad eius presentiam ad sibi proponendum presentialiter, per que posset et deberet a predictis retrahi, nequaquam tutus patebat accessus quodque circa premissa formidaba[n]tur probabiliter fore mora periculum et dampnum dissimulatio* allature, ad providendum* et obviandum malis huiusmodi de fratrum nostrorum consilio et ex certa scientia ac de apostolice plenitudine potestatis* prefatum

L(udovicum) presente fidelium multitudine copiosa* monuimus, eidem sub virtute sancte obedientie ac excommunicationis pena, quam ipsum, nisi cum effectu huiusmodi monitioni nostre pareret, incurrere voluimus ipso facto, eidem auctoritate apostolica nichilominus iniungentes, ut infra trium mensium spatium a die monitionis huiusmodi computandum, quos ei de eorundem fratrum consilio pro peremptorio termino duximus assignandos, ab administratione, fautoria et defensione* prorsus desisteret supradictis, administrationem ipsam per se vel alium* nequaquam resumpturus ulterius nisi tunc demum, cum et si electionem eius, que de ipso celebrata dicebatur, et personam eiusdem per sedem apostolicam approbari contingeret et admitti, quodque gesta per eum sub predicto regio titulo in premissis, quatenus de facto processerant, cum non tenerent de iure velut ab ipso, cui ius faciendi minime competebat nec competere poterat, attemptata, curaret infra predictum terminum quantum pateretur possibilitas realiter revocare*. Eidem apertius intimantes, quod si in premissis per eum infra prefatum terminum exequendis foret negligens vel remissus, nos contra ipsum ad publicationem penarum, in quas propter premissos notorios excessus inciderat vel infra prefatum incideret terminum, et alias procederemus quantum suaderet iusticia eius absentia non obstante.

3. (I) Qua dilatione pendente* Albertus de Swartzburch[a] tunc magnus preceptor ordinis V nr. 944 cap. 3.
Hospitalis Sancti Iohannis Ierosolimitani per Alamaniam necnon dil. fil. magister Ernestus[b] de Sebech archidiaconus Herbipolen(sis) ac Henricus de Trono canonicus Pragen(sis)* eiusdem Ludovici procuratorio nomine coram nobis et fratribus nostris comparere curarunt fidem* de suo procuratorio facientes per quasdam patentes litteras ipsius Ludovici, ut asserebant et prima facie apparebat, communitas sigillo, in cuius quidem sigilli circumferentiis erat scriptum 'Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus'* et consequenter* procuratores ipsi nobis et fratribus nostris constitutis in consistorio supplicarunt per nos dicto eorum domino sex mensium super predictis terminum indulgeri. Nos vero super hoc cum eisdem fratribus diligenti deliberatione prehabita et de *consilio eorundem eisdem procuratoribus duximus taliter preloquendum: (II) Attendentes V nr. 835 cap. 1.
et ad memoriam reducentes devotionem, quam prefatus L(udovicus) per alios nuntios suos ad presentiam nostram hactenus destinatos eius litteras de credentia deferentes ad nos et sepefatam Romanam ecclesiam se gerere asserebat, quodque inter alia* nobis obtulerat per nonnullos ex nuntiis supradictis, se paratum in ecclesie* et nostrum obsequium contra rebelles ipsius ecclesie ad partes accedere Lombardie, mirabamur quam plurimum*, quomodo sic subito nulla per nos sibi data occasione vel causa esset in virum alterum transmutatus, cum ipse in contemptum nostrum et magnam iniuriam sancte matris ecclesie se regem intitularet Roman(orum), quia de electo in discordia in Roman(orum) regem, sicut ipse dicebatur fuisse, a nullo foret in dubium revocandum, quod ante approbationem seu admissionem electionis sue per sedem apostolicam habitam non debeat tali nomine vel titulo nuncupari, quod utique dudum, cum de intitulatione duorum electorum in reges Roman(orum) controversia incidisset, per sedem eandem auditis allegationibus partium ac deliberatione cum* tunc sancte Romane ecclesie cardinalibus prehabita diligenti decretum extiterit, regem illorum neutrum, quousque alterutrius electio admissa existeret, appellandum, quod- cap. 2.
que Ludovicus predicto Galeatio de Vicecomitibus eiusque fratribus de Mediolano* aliisque hereticis et rebellibus dicte ecclesie superius nominatis hactenus contra prefatam ecclesiam faverat et alia contra ipsam ecclesiam commiserat superius expressata. (III) Admini- cap. 3.
strationi vero imperii se indebite presumpserat immiscere, homagia tam in Alamania quam in Italia a vassallis imperii recipiendo temere et alia indebite attemptando, cum tamen imperio vacante predicto, prout tunc vacabat et adhuc vacare dinoscitur, ad sedem huiusmodi administratio pertineat memoratam, quo iure predecessores nostri* usi fuerant, sicut exempla sequentia manifestant. Felicis namque recordationis Cle(mens) papa IIII. predecessor noster, cum suo tempore duo existerent in reges Roman(orum) electi, clare memorie Carolum regem Sicilie imperii vicarium constituerat generalem, qui predictum officium exercuerat diligenter. Similiter pie memorie

273. a) Siratzburch *c.* b) Ernestus *c.*

Cle(mens) papa V. predecessor noster in provinciis Lombardie et Tuscie carissimum in Christo filium nostrum Robertum regem Sicilie illustrem vicarium ordinarat. Cuius iuris possessione vel quasi prefatus L(udovicus), quantum in eo erat, nos conabatur et dictam ecclesiam indebite* spoli- cap. 4. are. (IV) Si igitur predicta necnon et verba in dictis littera et supplicatione ipsorum posita, que magis erant ad turbationem irritantia quam ad mansuetudinem* inductiva, vellemus attendere diligenter, eius nuntiis responsum aliquod non daremus. Set memores devotionis preterite Ludovici predicti eisdem procuratoribus et nuntiis de dictorum fratrum consilio breviter duximus respondendum, quod cum processus noster predictus contra dictum L(udovicum) rite factus existeret et super notorio habitus terminumque competentem contineret, infra quem ad eius deduci, nisi per ipsum steterit, noticiam potuerit ac a presumptis per eum temere etiam resilire ipsaque quantum erat sibi possibile revocare, quorum neutrum constet ipsum per exhibita complevisse*, circa edictum predictum non intendebamus aliquid innovare ipsum tollendo vel suspendendo vel quoad impediendum effectum sententiarum in eo latarum terminum, dilationem vel prorogationem aliquam concedendo, immo volebamus eum quoad omnia contenta in ipso et ipsorum effectu cap. 5. in suo pleno vigore atque robore permanere. (V) Verum quia in dicto processu nos eidem aperte duximus intimandum, quod si in premissis in dicto processu contentis per omnia infra prefixum sibi ad hoc terminum exequendis foret negligens vel remissus, nos contra ipsum ad publicationem penarum, in quas propter premissos excessus notorios inciderat vel incideret in futurum, et alias quantum suaderet iustitia procederemus eius absentia non obstante, intendebamus usque ad duos menses a die responsionis predicte computandos a publicatione penarum et processibus huiusmodi ac ab aggravatione supersedere processus eiusdem, infra quos certificari possemus, quid per eundem circa premissa existeret reformatum.

V nr. 881 cap. 3. 4. Quam quidem dilationem dicti procuratores et nuntii Ludo(vici) predicti cum gratiarum V nr. 839 cap. 4. actionibus acceptarunt. Et ut eadem responsio non solum ad ipsius L(udovici), set ad omnium communem noticiam perveniret, litteras nostras bulla nostra munitas responsionem continentes eaudem in* ecclesie Avinion(ensis) ostiis appendi fecimus et affigi.

V nr. 944 cap. 3. 5. Et licet infra duos menses predictos Ludovicus prefatus per se nequaquam comparuerit coram nobis nec aliquis alius pro eodem nec postea diutius expectatus, propter quod cap. 4. evidens eiusdem L(udovici) in non comparendo contemptus et inobedientia pertinax in non parendo nostris monitionibus et mandatis ac scandala et pericula plurima, que premissorum* impunitas et dilata iusticia probabiliter minabantur, super premissis* exigerent contra eundem de remedio celeri mediante iustitia provideri, nos tamen adhuc experiri volentes, utrum per viam mansuetudinis ipsum possemus a tam periculoso devio revocare, a publicatione seu impositione penarum, quibus se propterea obnoxium fecerat, preterquam excommunicationis sententie per nos in eum, nisi nostris pareret monitionibus, ut premittitur promulgate* duximus abstinendum. Quam quidem excommunicationis sententiam eundem L(udovicum) de eorundem fratrum consilio* astante multitudine copiosa fidelium declaravimus incurrisse et nichilominus, cum predictam excommunicationis penam non sufficere videremus, ipsum per adiectionem penarum aliarum a tam pernitioso devio revocare volentes, dicta die de fratrum eorundem consilio ipsum Ludo(vicum) per nostrum edictum publicum solenniter monuimus et auctoritate predicta sibi sub pena privationis omnis iuris, si quod ei ex sua electione predicta ad dicta regnum et imperium competebat, quam si monitioni et mandato huiusmodi efficaciter non pareret, eum incurrere voluimus ipso facto, eidem districtius duximus iniungendum, ut infra trium mensium spatium a dicta die inantea computandum ab intitulatione et denominatione regali huiusmodi per eum indebite usurpatis et administratione regni et imperii predictorum ac rerum et iurium eorundem penitus abstineret, se regem Romanorum non intitulando nec denominando nec describendo ulterius nec per se nec per alios quantum in eo foret tali intitulari vel describi titulo seu nomine faciendo, denominationem et intitulationem predictas et administrationem predictam non usurpaturus ulterius, nisi si et quando electionem predictam et personam ipsius per eandem sedem approbari contingeret et admitti.

cap. 5. 6. A fautoria quoque et defensione tam dictorum hereticorum Mediolanen(sium)* quam Ferrarien(sium),

videlicet Raynaldi et Opizonis olim marchionum Esten(sium) de heresi similiter* dampnatorum* rebellium Dei et ecclesie supradicte* abstineret omnino necnon et fidelitati et homagio, que ratione civitatis Ferrarien(sis) ad plenum ius et proprietatem Romane ecclesie pertinentis presumpserat de facto recipere ab eisdem*, prorsus renuntiaret et publice ac a se illa* abiceret, quasi sibi numquam prestita extitissent, nec ratione illorum in civitate predicta eiusque districtu vel civibus ac districtualibus eorundem aliquid sibi iuris presumeret usurpare, set potius predicta omnia usurpata, presumpta et per ipsum sub denominatione et intitulatione predictis seu colore vel occasione ipsorum quomodolibet attemptata curaret infra dictum terminum, prout sibi foret possibile, solenniter ac publice revocare ac parere* predictis nostris monitionibus et mandatis, ac ad eiusdem ecclesie rediret gremium, de offensionibus et iniuriis supradictis satisfactionem debitam impensurus*, nosque de hiis omnibus infra predictum terminum per litteras auctenticas vel instrumenta publica curaret certiores reddere et nichilominus infra eundem terminum per se coram nobis vel procuratorem seu procuratores ydoneos compareat super predictis excessibus, offensionibus et iniuriis ac super pena privationis iuris, si quod sibi competebat vel competierat ad regnum seu imperium supradicta, declaranda seu etiam infligenda necnon et super penis aliis, quibus excessus, inobedientia et contemptus predicti obnoxium ipsum reddiderant, diffinitivam sententiam et nostrum beneplacitum, quantum nostrum pateretur offitium, auditurus et al(ias) facturus et recepturus, quod iustitia suaderet. Quem quidem terminum eidem* de dictorum fratrum consilio ad premissa et premissorum singula peremptorium esse voluimus et eundem sibi pro peremptorio duximus assignandum, eidem apertius predicentes nos ad premissa coniunctim vel divisim, si nec veniret nec mitteret, prout videremus expediens, eiusdem non obstante absentia processuros.

7. Et ut prefati processus nostri ad eiusdem L(udovici) et aliorum quorum intererat communem noticiam devenirent, cartas sive membranas processus continentes eosdem *in Avinion(ensis) ecclesie ostiis appendi fecimus seu affigi, que ipsos processus suo quasi sonoro preconio et patulo inditio publicarent, ut predictus Ludo(vicus) et alii, quos processus ipsi contingebant, nullam possent excusationem pretendere, quod ad eos minime pervenissent vel quod ignorassent eosdem, cum non esset verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter esset omnibus publicatum. Eosdem quoque faciendo processus decrevimus auctoritate apostolica, quod ipsi processus prefatum Ludo(vicum) et alios supradictos apprehenderent et arctarent, acsi eisdem personaliter publicati et insinuati solenniter extitissent, constitutione quacunque apostolica in contrarium edita non obstante, cum ad eiusdem L(udovici) presentiam pro ipsis processibus publicandis et insinuandis eidem[c] securus non pateret accessus nec possent commode singulorum quos tangebant auribus inculcari. cap. 10.

8. Verum quia infra prefatum trium mensium spatium eidem L(udovico) ad deponendum titulum regium** et faciendum alia supradicta per nos peremptorium assignatum idem L(udovicus) nec per se comparuerit nec alius pro eodem neque predicta impleverit infra predictum termiuum, cum nec ea curaverit adimplere, set illis potius peiora studuerit cumulare nec nos per auctenticas litteras vel instrumeuta publica reddiderit certiores, licet tunc merito potuissemus contra ipsum procedere eius proterva contumacia exigente, de benignitate tamen sedis apostolice ac de fratrum predictorum consilio* usque ad diem V. videlicet Id. Iulii, pontificatus nostri anno octavo, hora consistorii duximus expectandum. Cumque nec infra predictum terminum nec post usque ad dictam diem et hora[m] consistorii de clementia sedis apostolice expectatus comparuisset ipse nec* alius pro eodem nec tunc etiam compareret, de fratrum eorundem consilio eundem L(udovicum) reputavimus et declaravimus merito contumacem eiusque contumaciam tam iu non comparendo quam in uon acquiescendo nostris superius expressatis salutaribus monitis et mandatis continuatam auctamque consideraütes attente, ne deinceps plures traheret in sui erroris devium, ad quod sua tota ferri videbatur iutentio, et ne de tanta gloriaretur contumatia, si iustitia ulterius differretur omnino, nos tam temerariis ausibus, tam periculosis excessibus tamque obstinate malitie Ludovici prefati otius cupientes cap. 11. 1324. Jul. 11.

273. c) *corr. ex* eisdem *c.*

occurrere, ne sero medicina ipsis procedentibus ulterius pararetur, attendentes quod ad excessus huiusmodi perpetrandos gloria tituli regii, quem sibi temere usurparat, incentivum tribuebat eidem ac in ipsis perseverandi fomentum periculose nimium ministrabat, hanc ad Dei honorem et sancte Romane ecclesie ac totius catholici populi quietam* pacem eiusdemque L(udovici) salutem, prout exigebat iusticia, amputare volentes, de fratrum ipsorum consilio memoratum L(udovicum), qui propter excessus notorios, contem[p]tus quoque ac superadditas obstinatas contumatias supradictas tam in non comparendo sibi prefixis terminis quam in non parendo nostris salutaribus preceptis et monitis supradictis regno et imperio predictis reddidit multipliciter se indignum quique propter suam protervam ambitionem et superbam proterviam a Deo, ne regnaret[1] vel imperaret, erat abiectus, ipsum Ludovicum* omni iure, si quod sibi ex electione sua predicta competere seu competiisse poterat, a Domino privatum denuntiavimus et ostendimus nosque ipsum iure prefato sententiando privatum declaravimus et privavimus nichilominus ad cautelam, de benignitate sedis apostolice et eorundem fratrum consilio supersedentes pro tunc a penis aliis, quibus excessus predicti reddiderunt ipsum obnoxium, cum ad illas infligendas vel declarandas inflictas potuissemus procedere iuxta tenorem nostrorum processuum iustitia exigente, reservantes nobis procedendi ad penas ipsas infligendas seu inflictas declarandas coniunctim vel divisim, prout negotii qualitas exegerit eiusdemque Ludo(vici) obedientia vel inobedientia suaderet et expediens videremus, plenariam potestatem.

cap. 13. 9. Et quia si deinceps idem Ludovicus se regem Roman(orum) seu electum intitulare presumeret seu administrationi regni vel imperii se ingerere attemptaret, eius excessus et contumatia graviores existerent, quam ante nostram sententiam extitissent, idcirco presente* multitudine fidelium copiosa Ludo(vicum) prefatum per* nostrum edictum publicum monuimus, eidem nichilominus auctoritate apostolica districtius iniungentes sub penis excommunicationis ac privationis feudorum, que ab ecclesia Romana vel aliis seu imperio obtinebat, necnon et privilegiorum quorumcunque a sede apostolica vel Roman(orum) imperatoribus eidem vel suis predecessoribus, quatenus eius commodum tangerent, quomodolibet concessorum, ne deinceps se regem Romanorum vel electum intitulare presumeret nec administrationi regni seu[d] imperii se immisceret seu ingereret quoquo modo, a fautoria quoque predicta desisteret realiter nec illam ulterius reassumeret ac que gesserat vel fecerat sub colore predicti tituli regii temere usurpati revocaret, quantum esset sibi possibile, cum de iure non tenuissent velut attemptata ab illo, cui ius non competierat faciendi, que et nos*, quatenus de facto processerant, cassa, nulla et irrita nuntiantes ea* nichilominus cassamus, anullamus et irritamus ac cassa, nulla et irrita duximus declaranda. Quas penas et earum quamlibet ipsum incurrere voluimus ipso facto, si premissa contempneret contumaciter adimplere. Ipsumque
1324. Oct. 1. nichilominus citavimus per nostrum edictum publicum, ut Kal(endis) Octobr(is) tunc ventur(i) proxim(e) vel sequenti die non feriata, si dies Kal(endarum) ipsarum existeret feriata, quam sibi perempt(orie) de eorundem fratrum consilio assignavimus, per se vel per procuratorem compareret ydoneum coram nobis super penis aliis, quibus excessus predicti reddebant ipsum obnoxium, auditurus sententiam et facturus al(ias), quod iusticia suaderet. Predicentes eidem, quod sive veniret aut mitteret vel non veniret nec mitteret, nos ad predictam sententiam coniunctim vel divisim absque citatione procederemus alia, prout expedire videremus.

cap. 17. 10. In eodem processu adicientes expresse, quod licet* ex presumptuosis et indebitis usurpationibus, iniuriis, inobedientiis, culpis et excessibus predicti Ludo(vici) quadam necessitate compulsi fuissemus procedere taliter contra eum, nequaquam tamen nostre intentionis seu propositi existebat*, iuri principum ecclesiasticorum et secularium, ad quos electio Roman(i) regis in futurum imperatorem promovendi noscebatur spectare, per processus nostros seu aliqua contenta in eis in aliquo derogare, immo illud omnino illibatum eis volumus reservari.

cap. 18. 11. Et ut* processus noster* ac omnia et singula in eodem contenta ad prefati L(udovici) et omnium aliorum quorum interesset communem deducerentur notitiam, cartas sive membranas

273. d) sui vel *c.*

1) *Cf. 1. Reg. 8, 7.*

processum continentes eundem in ecclesie Avinionen(sis) appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus fecimus, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicarent, ut idem L(udovicus) et alii, quos processus ipse contingeret, nullam possent excusationem pretendere, quod ad eos non pervenisset vel quod ignorassent eundem, cum non esset verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus existeret publicatum. Voluimus autem et auctoritate apostolica decrevimus, quod processus ipse prefatum Ludovicum et alios, quos tangere noscebatur, apprehenderet et arctaret, acsi eisdem personaliter et singulariter publicatus et intimatus solenniter extitisset, constitutione quacunque per predecessores nostros Ro(manos) pon(tifices) in contrarium edita non obstante.

12. Et quia memoratus Ludovicus nec tantis nec talibus remediis acquiescens a predictis, videlicet usu regalis tituli, administrationis immixtione regni Roman(i) et imperii, fautoria hereticorum de Mediolano, Raynaldi et Opizonis dudum marchionum Esten(sium) predictorum necnon et aliorum rebellium sancte matris ecclesie noluit abstinere, set ea contumatius prosequens et de sui perversi obstinatione propositi glorians manifestiora circa premissa exhibere non erubuit solito argumenta, sicut convocatio predictorum hereticorum de Mediolano et de Ferraria et universaliter omnium rebellium ecclesie in partibus Italie per ipsum facta novissime in Tridento tractatusque diutius habitus cum eisdem, quomodo posset Lombardiam ingredi in dictorum hereticorum et aliorum rebellium ecclesie presidium et tutelam ac ut regni et imperii administrationem posset exercere plenius et devotos sancte ecclesie pregravare, immo exterminare liberius, evidentius manifestant necnon et quod divinis offitiis audiendis non absque contemptu clavium se ingerit et in locis ecclesiastico interdicto suppositis sic ligatus aliosque ad non servandum ecclesiasticum interdictum velut in profundum malorum perductus inducere ac nonnumquam compellere non veretur, cotidie peramplius in continuatione seu contumatia intumescens, ne igitur ulterius glorietur vir tam reprobus sue perversitatis opera absque condignis saltem in partem meritorum stipendiis preteriri, nos propter eiusdem L(udovici) excessus detestabiles et culpas horrendas, iniusticias et iniurias tanto continuatas et auctas tempore, cum premissa sint adeo notoria, quod nequeant aliqua tergiversatione celari, presente hac multitudine copiosa fidelium contra eum cogente conscientia et iustitia exigente de fratrum nostrorum consilio procedentes ipsumque reputantes et declarantes merito contumacem denuntiamus et declaramus ipsum Ludovicum privatum feudis omnibus, que ab ecclesia Romana vel ecclesiis aliis seu ab imperio obtinebat et specialiter ducatu Bavarie et omni iure, quod in eodem ducatu seu eius continuatione vel causa sibi competebat seu competere poterat quoquo modo, exponendis vel concedendis catholicis, si, prout et quando ac quibus vel de quibus sedes apostolica duxerit ordinandum, principalis domini iure salvo, necnon et omnibus privilegiis apostolicis et imperialibus sibi seu eius predecessoribus indultis, quatenus ipsum contingere poterant vel quomodolibet contingebant, ipsumque privamus omnibus et singulis supradictis, vassallos quoque ipsius a iuramento fidelitatis et quolibet fidelitatis vinculo et homagio expressius nuntiantes penitus absolutos.

13. Et quia excommunicatus pro fautoria hereticorum excommunicationis sententiam sustinuit per biennium et ultra animo indurato, idcirco declaramus prefatum Ludovicum fore manifestum hereticorum fautorem ipsumque penas omnes a canonibus inflictas talibus incurrisse, rursus eundem Ludo(vicum) per presens edictum publicum monemus tam sub excommunicationis quam aliis spiritualibus et temporalibus penis contra fautores et defensores hereticorum per sacros canones impositis et inflictis, quas ipsum, nisi monitioni nostre huiusmodi paruerit cum effectu, incurrere voluimus ipso facto, ut a fautoria, defensione et adhesione dictorum hereticorum eorumque fautorum, sequatium et valitorum desistat penitus, eis vel eorum aliquibus de cetero, quam diu in sua perfidia et extra gratiam predicte sedis et communionem fidelium perstiterint, nullatenus adhesurus nec eos defensurus vel eisdem prestiturus per se vel alium seu alios directe vel indirecte,

publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem nec se regem Roman(orum) seu ducem Bavarie intitulet vel appellet nec se intitulari faciat vel etiam appellari, ab administratione quoque regni vel imperii Romani et ducatus Bavarie ac rerum et iurium abstineat eorundem, illa ulterius nullatenus resumpturus. Et[e] nichilominus ipsum per idem edictum Oct. 1. de dictorum fratrum consilio citamus peremptorie, ut infra Kal(endas) Octobr(is) proxime futuri, quem terminum sibi pro peremptorio assignamus, apostolico conspectui se presentet super penis aliis, quibus excessus omnes predicti eundem obnoxium reddiderunt, sententiam auditurus ac facturus et recepturus quod iustitia suadebit, expressius intimantes eidem, quod sivè infra predictum terminum comparuerit sive non, nos super predictis, que adeo notoria sunt, quod non possunt aliqua tergiversatione celari, sicut suadebit iustitia et expedire videbimus, procedemus eius absentia non obstante.

V nr. 944 cap. 14. 14. Preterea universis Christi fidelibus, cuiuscumque conditionis, preminentie, dignitatis aut status existant, etiamsi dignitate patriarchali, pontificali aut alia superiori vel inferiori seu etiam regali premineant, necnon et aliis quibuscumque personis ecclesiasticis, secularibus et regularibus cuiuscumque religionis seu ordinis, ducibus quoque, marchionibus, comitibus*, baronibus ac universitatibus et communitatibus civitatum, castrorum, villarum et aliorum locorum quorumlibet* inhibemus et mandamus expresse, ne prefato L(udovico) super hiis, que ad administrationem regni vel imperii seu ducatus predictorum pertinent, quoquo modo assistant, pareant seu intendant aut prestent eidem per se vel alium seu alios auxilium, consilium vel favorem* nec sibi tanquam regi seu duci Bavarie pareant in aliquo seu intendant quacumque occasione vel causa, etiam pretextu* homagii aut fidelitatis vel cuiuslibet alterius prestiti iuramenti aut cuiusvis colligationis, confederationis, sotietatis, pactionis seu* conventionis aut lige contractarum* vel contrahendarum imposterum, que omnia cassamus, anullamus et irritamus, cassa et irrita nuntiamus et penas ac iuramenta predicta, si qua super hiis intervenerint, relaxacap. 15. mus. Alioquin omnes singulares personas, cuiuscumque sint preminentie, conditionis et status, ecclesiastici vel mundani, excommunicationis, terras vero et loca eorum necnon civitates, castra, villas et loca quecumque alia ubilibet constituta et universitates ipsorum, que* inhibitiones huiusmodi* preterire propria temeritate presumerent, interdicti sententiis, quas exnunc proferimus, et extunc volumus et decernimus subiacere preter alias penas in processibus nostris predictis al(ias) habitis, ut superius continetur, contentas et contra tales inflictas, quas in sui roboris efficacia voluimus perdurare easque innovamus ac ratas et gratas habemus ac de dictorum fratrum consilio ratas et firmas volumus et decernimus permanere, quarum absolutionem vel relaxationem soli Romano pontifici, sicut alias reservavimus, in predictis processibus reservamus.

15. Ut autem processus huiusmodi ad eiusdem Ludovici et aliorum quorum interest communem notitiam deducatur, cartas sive membranas processum continentes eundem in predicte Avinion(ensis) ecclesie appendi vel affigi ostiis faciemus, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, ut predictus L(udovicus) et alii, quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem pretendere, quod ad eos non pervenerit vel quod ignorarint eundem, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Ceterum volumus et auctoritate apostolica decernimus, quod dictus processus prefatum L(udovicum) et alios supradictos apprehendat et artet, acsi eisdem personaliter publicatus et intimatus solenniter extitisset, constitutione quacumque per Romanos pontifices predecessores nostros in contrarium edita non obstante, cum pro eodem publicando et insinuando processu ad eiusdem L(udovici) presentiam securus accessus non pateat nec possit commode singulorum quos contingit auribus inculcari.

Dat. Avinion(e), III. Non. Aprilis, pontificatus nostri anno undecimo.

273. e) *in margine add.* Citatio *c.*

274. *Citatio Ludewici super crimine haeresis.* *Apr. 3.*

Copia (c.) *ibidem fol. 25'. Contulimus nos. Est rubrum:* Citatur Bavarus ad audiendum sententiam super crimine heresis.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 219 Päbste nr. 54; Mollat nr. 29701 et 29702.

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

1. Quia iuxta doctrinam apostoli[1] peccantes publice sunt publice arguendi publiceque utilitatis intersit, ut peccata nocentium deducantur in publicam notionem, idcirco nonnullos excessus graves et offensas exsecrabiles, quas Ludovicus de Bavaria in discordia dudum ut fertur in regem Roman(orum) electus divino timore ac humano pudore calcatis committere non expavit, sicut et fama notoriat publica et multarum personarum sublimium relatione non absque turbatione percepimus animi, multitudini fidelium, cum ad ipsum non sit tutus accessus, per quem ad eum redargutio nostra perveniat, referimus cum dolore, per quos vehementer presumitur, immo conatur potius clavium ecclesie sancte contemptor existere et labe respersus heretice pravitatis.

2. Licet enim nos dudum de fratrum nostrorum consilio, deliberatione prius tam cum ipsis quam cum numerosa prelatorum et doctorum theologie ac utriusque iuris multitudine diligenti prehabita, duxerimus declarandum[2], quod[a] assertio qua pertinaciter asseritur, quod Christo et apostolis in hiis, que ipsos habuisse sacra scriptura recolit, ius illis utendi seu ea consumendi non competierit nec illa vendendi seu donandi ius habuerint, que tamen ipsos de premissis fecisse scriptura sacra testatur seu potuisse facere supponit aperte, cum talis assertio evidenter includat usum et gesta premissorum non iusta, quod de Christo sentire nefas noscitur, scripture sacre contrarium ac doctrine catholice obvium, erronea et heretica est censenda, ipse tamen velut datus in sensum reprobum[3] contra predictam declarationem presumptione temeraria, immo potius insania exsecranda ausus est facta mentione expressa de constitutione predicta contrarium asserere publice ac in eius presentia per alios, ut plures secum in erroris devium traheret, facere publicari et etiam ut[b] sua insania ad plurium deduceretur notitiam et manifestius appareret, libellum quendam sigillo suo in eodem appenso inter alia multa falsa et erronea predictam continentem heresim[4], videlicet[c] quod immo Christo et apostolis in rebus quas habuerunt nullum ius competiit, set tantummodo usus facti, hoc adiecto quod dicere contrarium hereticum est censendum, in quo quidem libello expresse asserit in multorum presentia se iurasse, premissa et omnia alia in dicto libello contenta se credere esse vera[5], per certos nuntios ad diversas civitates et principes transmisit Alamannie et Italie et aliarum partium necnon et ad tyrannos hereticos partium predictarum, libellum illum poni faciens in locis publicis et exponi publice, ut haberet de tanta et tali insania plures testes. Ex quibus evidenter convincitur ipsum asseruisse, verum esse pertinaciter quod iudicavit hereticum constitutio antedicta ac hereticum quod dicta constitutio ordinavit.

3. Adhuc cumulans mala malis, sicut dudum ad nostri apostolatus auditum multorum fidedignorum tam litteralis perduxit insinuatio quam verbalis, duos viros nequam perditionis filios[6] et maledictionis alumpnos, quorum unus Marsilium de Padua et alter Iohannem de Ianduno se faciunt nominari, qui in Paris(iensi) studio annis pluribus a veritate suum avertentes auditum ad fabulas sua duxerant studia, sicut rei probat exitus, convertenda quique dum in eodem studio, cum in eo catholici principis auctoritas vigeat ac studium ipsum orthodoxorum theologorum et canonistarum copia sit munitum,

274. a) *in margine add.* heresis *c.* b) in *c.* c) *in marg. add.* repeticio heresis *c.*

1) *Cf. 1. Tim. 5, 20.* 2) *'Cum inter nonnullos'; cf. c. 4 Extrav. Ioh. XXII. 14.* 3) *Cf. Rom. 1, 28.* 4) *Supra tom. V nr. 909 cap. 28.* 5) *Supra tom. V, 743 lin. 9 sq.* 6) *Cf. 2. Thess. 2, 3.*

vesanie sue virus effundere non auderent, [ad] L(udovicum) predictum, quem suis demeritis exigentibus velut hereticorum fautorem et persecutorem sancte Ro(mane) ecclesie ac plurium atrotium aliorum excessuum patratorem de fratrum ipsorum consilio privavimus iure, si quod ei ex electione predicta fuerat acquisitum, gressus suos properaverunt dirigere sibique librum quendam quem composuerant erroribus profecto non vacuum, set plenum heresibus variis, sicut fidedignorum multorum catholicorum habet assertio, qui librum ipsum examinaverunt in multis articulis, presentarunt, offerentes se paratos contenta in eodem defendere ac docere, quod et facere publice dicto L(udovico) presente ausu temerario pluries presumpserunt, sicut habet fama publica et premissorum insinuatio hoc fore notorium in illis partibus manifestat. Et licet nonnulli viri catholici sacris litteris eruditi eidem L(udovico) exposuerint doctrinam illam hereticam ipsosque velut hereticos puniendos periculosumque sibi fore dixerint, tales ad familiaritatem suam admittere aut in terris sue dictioni subditis sustinere, ipse tamen velut credens illorum hereses ipsos in familiares suos retinuit, et adhuc cum eo erat Marsilius in Tridento predictus, ipsosque errores manifestissimos et dampnatos publicare permisit, ex quibus se fautorem et defensorem hereticorum, immo credentem eorum hereses arguit vehementer.

4. Adhuc diversis ligatus excommunicationum sententiis in locis etiam interdictis divina facit nonnumquam contra rectorum et religiosorum voluntatem et beneplacitum celebrari, immo potius quantum in eo est prophanari illisque interesse non metuens alios ad celebrandum in locis interdictis, excommunicatis et interdictis presentibus, inducere ac compellere non omittit.

5. Rursus ut se manifestaret evidentius canonum contemptorem, filio suo secundogenito quandam puellam nobilem eidem filio in gradu consanguinitatis prohibito attinentem contra interdicta canonum in uxorem, quantum in eo fuit, dedit dictumque matrimonium, immo potius incestuosam copulam inter eos solennizari fecit in ecclesia publice ecclesiastico interdicto supposita, dispensatione super hoc non obtenta.

6. Nos igitur in predictis lesionem fidei ac iniurias Christi, patrum quoque sanctorum contemptus et probra necnon et presentium scandala et varia posterorum pericula attendentes ac tantis malis occurrere salubriter cupientes, licet iustitia exigente possemus ad sententiam super premissis proferendam procedere contra ipsum, cum adeo noscantur, quod nequeant tergiversatione aliqua occultari, volentes tamen adhuc de benignitate apostolica exspectare, si dimissis prefatis erroribus ad sinum sancte matris ecclesie et viam redire voluerit veritatis, de fratrum predictorum consilio ipsum citamus[d] presente
Oct. 1. hac multitudine fidelium per hoc edictum publicum, ut infra Kal. Octobr. proximas personaliter compareat coram nobis super premissis facturus quod rationis fuerit et sententiam auditurus, quem terminum eidem de predictorum fratrum consilio peremptorium assignamus. Predicentes eidem quod sive venerit sive non venerit, ad proferendum sententiam et al(ias) super omnibus premissis et singulis coniunctim vel divisim absque citatione alia, prout expedire viderimus et suadebit iustitia, procedemus.

7. Ut autem processus noster et cetera ut supra[1].

8. Predictum insuper citandi modum eligendum decrevimus, cum ut predicitur ad dicti L(udovici) presentiam propter viarum pericula et alia discrimina varia tutus minime pateret accessus. Volentes ac auctoritate apostolica et de potestatis plenitudine decernentes, ut perinde processus noster citationis huiusmodi eundem L(udovicum) apprehendat et arctet, acsi eidem insinuatus personaliter et al(ias) solenniter extitisset, constitutione quacumque per predecessores nostros Ro(manos) pontifices in contrarium edita non obstante.

Dat. ut supra proxima[2].

274. d) *in marg. add.* Citatio c.

1) *Pag. 184 lin. 35 sqq.* 2) *Scil. nr. 273.*

275. *Admonitio Ludewici, ut Italiam relinquat.* *Apr. 9.*

Copia (c.) ibidem fol. 27. Contulimus nos. Est rubrum: Monetur Bavarus quod exeat Lombardiam[1].

Böhmer, Reg. Ludw. p. 219 Päbste nr. 55.

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

1. Ad speculatoris officium noscitur pertinere illis, quos per iter devium currere conspicit, ut gressus suos attente considerent pedesque suos ab illo convertere nequaquam differant, nunciare, illis quoque, quibus per impios parari periculum percipit, tenetur illud pandere, ut providentie studium sibi contra illud valeant precavere, et ut hec vitare possint innocentes, debet ipse etiam oportuna remedia adhibere. Cum igitur in notionem publicam per facti evidentiam sit deductum, quod vir ille venumdatus, ut faciat malum[2], Ludovicum dicimus, qui dudum erat dux Bavarie et rex Roman(orum) in discordia dicebatur electus quique suis exigentibus demeritis utroque videlicet ducatu et iure, si quod ei ex electione huiusmodi acquisitum fuerat, est privatus[3], adeo sit ambitionis igne succensus, quod vias non cessans querere, per quas de facto saltem, cum de iure nequeat, ad imperialis possit conscendere solium dignitatis, hereticos de Mediolano et de Ferraria aliosque rebelles ecclesie sancte Dei in partibus Italie constitutos hiis diebus preteritis in Tridento ad suum consilium convocavit. (cf. nr. 273 cap. 12.) In quo ad nostram et fidelium sancte matris ecclesie in partibus Italie et precipue carissimi in Christo filii nostri R(oberti) regis Sicilie illustris et regni predicti ad nos et Romanam ecclesiam iure directi dominii pertinentis, quodque a nobis et eadem ecclesia Romana in feudum rex idem obtinet et pro quo noster et ecclesie Romane vassallus existit, turbationem et scandalum aspirantes iniisse dicuntur consilium pessimum et ordinata in eodem consilio pactis et iuramentis illicitis firmavisse, et ut conceptus suos iniquos possint in partu producere, rebelles et heretici supradicti iam ipsum Ludovicum datum in sensum reprobum[4] in Lombardiam ad sui, ut speramus in Domino, confusionem perpetuam deduxerunt, ut sic mutuo se iuvantes rebelles ipsi sub umbra culminis per eum indebite usurpandi possint in suis rebellionibus et heresibus perseverare libere ac devotos ecclesie de finibus illarum partium effugare ipseque L(udovicus) eorum fultus potentia nomen regium, quod usurpat indebite, retinere valeat ac nomen imperiale similiter promptius usurpare. Ad que exequenda sua iniqua studia congerunt ac vires et potentias conglobare non cessant, non attendentes quod exercituum Dominus reproborum novit infatuare consilia[5] ac etiam dissipare.

2. Ut igitur in hac parte utcumque saltem partes nostri offitii exequamur, presente hac multitudine fidelium copiosa Ludovicum ipsum ac rebelles et hereticos supradictos, quorum conversionem et salutem paterno more desideranter appetimus, per hoc publicum commonemus edictum et in Domino exhortamur, ut a tam periculoso devio curent pedes suos retrahere ac in hac valle miserie sic ipsos in viam veritatis et pacis convertere studeant, quod post huius vite transitum immarcessibilis coronam glorie[6] feliciter assequi mereantur. Et ut tam Ludovici et aliorum predictorum perversis conceptibus, tam gravibus malorum initiis tantisve periculis acceleratis remediis obviemus, ne tam horrenda principia invalescant, set suo potius prefocentur in ortu, per nostrum edictum publicum presente hac multitudine fidelium copiosa eundem L(udovicum) monemus, eidem nichilominus districtius iniungentes sub pena anathematis et penis aliis a iure quocumque seu constitutionibus nostris inflictis seu comminatis hiis qui titulum regium falso temeritate propria ausi sunt usurpare aut se administrationi imperii immiscere, que ipso vacante

1) *Cf. Preger-Reinkens loco supra ad nr. 2 citato p. 219 nr. 330—332.* 2) *3. Reg. 21, 25.* 3) *Supra nr. 273 et tom. V nr. 944.* 4) *Cf. Rom. 1, 28.* 5) *Cf. 2. Reg. 15, 31.* 6) *Cf. 1. Petr. 5, 4.*

imperio sicut et nunc vacat ad Ro(manam) ecclesiam noscitur pertinere, ipsam ecclesiam in eadem administratione ausu temerario perturbando, immo quantum in eis est spoliando, aut hiis qui hereticis aut Ro(mane) ecclesie rebellibus presumunt contra ecclesiam impendere consilium, auxilium vel favorem, quasque infligunt iura hiis qui guerram movere presumunt indebite pacemque gratam cunctis mortalibus perturbare, et quas imponunt pro maleficiis que consueverunt subsequi ex predictis, quas omnes et singulas preter mortis et mutilationis membrorum supplicium ipsum, si huic nostre monitioni presumpserit temere non parere, incurrere volumus ipso facto, quatinus infra duorum mensium
Iun. 9. spatium numerandorum a data presentium, deponat nomen regium seque regem Romanorum non intitulet ulterius nec denominet nec describat nec per alios faciat quantum in eo fuerit tali intitulari titulo vel etiam nominari ac sigillum curet abicere, ubi talis titulus est descriptus ipsum nequaquam ulterius nec simile resumpturus nec administrationi eiusdem regni seu imperii et iurium eorundem nullo modo se immisceat, privilegia, immunitates, feuda, bona vel iura quecumque in eisdem regno vel imperio aut eorum parte aliqua concedendo vel tanquam rex Roman(orum) vel imperator quicquam temptet agere, cum ius hoc sibi non competat faciendi, neque dominium vel subiectionem aliquam in quascumque personas singulares aut terras ipsarum vel potestariam seu quamcumque rectoriam seu offitium, quocumque nomine censeantur, in civitate aliqua vel quovis loco alio, maxime in urbe Rome seu in ipso regno Sicilie vel terris aliis Ro(mane) ecclesie subditis aut alicuius partis Italie, vel cum hereticis et ecclesie rebellibus predictis assumere non attemptet, insuper contra ecclesiam societatem sive aliquam confederationem non contrahat vel observet qualitercumque contractam. Eidem sub eisdem penis
Iun. 9. nichilominus iniungentes, ut infra duorum mensium spatium a data presentium numerandum de tota Italia exeat nequaquam ulterius, quousque ad obedientiam et gratiam ecclesie Ro(mane) redierit, reversurus quodque sub titulo regio vel imperiali nequaquam presumat aliquem vel aliquos ad partes aliquas presertim Italie destinare.

3. Universis quoque patriarchis, archiepiscopis, episcopis ac aliis personis ecclesiasticis quibuscumque sub virtute obedientie et penis suspensionis ab offitio et benefitio, quam eas incurrere volumus ipso facto, nisi infrascripte inhibitioni nostre efficaciter studuerint obedire, necnon omnibus et singulis civitatibus, communitatibus et universitatibus ac personis aliis singularibus quibuscumque, cuiuscumque conditionis aut status existant, etiamsi imperiali seu regali vel alia quacumque dignitate prefulgeant, et specialiter hereticis et rebellibus supradictis in virtute sancte obedientie et sub penis excommunicationis in personas et interdicti in terras eorum, quas ipsos incurrere volumus ipso facto, si nostris renuerint obedire monitionibus et mandatis, necnon privationis privilegiorum quorumcumque apostolicorum et imperialium ac feudorum, que ab ecclesia vel imperio obtinent, inhibemus, ne Ludovico ipsi in premissis pareant, faveant vel intendant, eidem circa regni seu imperii regimen vel administrationem eorum contingentia favendo vel etiam assistendo, privilegia, immunitates, feuda vel iura quecumque in eisdem regno vel imperio ab eodem recipiendo, dominium vel subiectionem aliquam tanquam regi seu in regem Roman(orum) electo vel imperatori recognoscendo vel impendendo, terras, potestarias, rectorias seu alia officia, quocumque censeantur nomine, in civitate aliqua vel quovis loco alio, maxime in urbe Rome seu in regno Sicilie vel terris aliis Romane ecclesie subditis aut alicuius partis Italie supradictis, ab ipso vel sub eius nomine recipiendo vel etiam exercendo, sotietatem quoque seu confederationem aliquam cum eo contra ecclesiam nequaquam contrahant vel observent nec consentiant contrahende nec retinendo ipsum seu fovendo quomodocumque vel qualitercumque in Italia eidem faveant, assistant aut prestent auxilium cum armis vel sine armis consilium vel favorem publice vel occulte, a quibus quidem excommunicationis et interdicti sentenciis nullus nisi dumtaxat Romanus pontifex preterquam in mortis articulo pretextu cuiusvis auctoritatis

seu privilegii generaliter seu specialiter sub quavis forma verborum concessa eis absolvere valeat vel etiam liberare. Quod si forte aliquem vel aliquos de predictis in dicte mortis articulo absolvi contingeret, nisi sanitate recepta sedi apostolice quam primum commode potuerint se presentent satisfacturi de premissis iuxta mandatum Ro(mani) pon(tificis), in predictam relabantur excommunicationis sententiam ipso facto. Aperte nichilominus predicentes, quod contra prelatos et personas ecclesiasticas alias supradictas ad depositionem, privationem et inhabilitationem prelationum, dignitatum, officiorum et beneficiorum suorum ecclesiasticorum quorumcumque, contra civitates vero, communitates, universitates, collegia, castra, loca seu villas et personas singulares quascumque, cuiuscumque preeminentie, dignitatis, status vel conditionis extiterint, etiamsi imperiali, regali vel alia dignitate quacumque prefulgeant, que contra inhibitionem, monitionem aut mandata nostra huiusmodi directe vel indirecte, publice vel occulte presumpserint temere aliquid attemptare, ad privationem privilegiorum quorumcumque apostolicorum et imperialium ac feudorum, que a Romana vel aliis ecclesiis seu imperio quomodolibet obtinent, et al(ias) procedere coniunctim vel divisim intendimus absque citatione alia, prout facti qualitas exiget, sicut et quando viderimus expedire. Non obstante si predictis aut L(udovico) prefato seu quibusvis aliis per litteras apostolicas foret sub quacumque forma verborum vel expressione concessum vel concederetur imposterum, quod excommunicari, suspendi vel eorum terre seu loca interdici non possint per litteras sedis eiusdem non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et quibusvis aliis privilegiis, constitutionibus seu indultis, quod contra processum nostrum huiusmodi eis vel eorum alicui nolumus suffragari, set ipsa quoad hec viribus volumus penitus vacuari.

4. Ceterum colligationes, confederationes, pactiones, sotietates et ligas contra premissa vel premissorum aliqua factas vel initas inter quoscumque sub quacumque forma vel expressione verborum, etiamsi penarum adiectione, iuramentorum prestatione vel quacumque firmitate vallate fuerint, utpote in divine maiestatis offensam ac contra iura et honorem sancte matris ecclesie ac in dampnum et preiudicium reipublice et periculum animarum presumptas decernimus cassas, nullas, irritas et inanes ac nullius existere firmitatis et eas, quatenus processere de facto, revocamus, cassamus, irritamus, dissolvimus et omnino viribus vacuamus, iuramenta quoque super hoc prestita de apostolice potestatis plenitudine relaxamus. Omnes et singulos, qui confederationes, pactiones et sotietates huiusmodi cum dicto L(udovico) contra processus huiusmodi post dictum terminum presumpserint observare, predictas excommunicationis ac alias penas et sententias incurrere volumus ipso facto.

5. Et ut processus noster huiusmodi ad eiusdem L(udovici) et aliorum predictorum ceterorumque quorum interest vel interesse potest communem notitiam deducatur, cartas sive membranas processum continentes eundem in portis Avinion(ensis) ecclesie appendi vel affigi faciemus, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio et patulo inditio publicabunt, ut predictus L(udovicus) et alii quos ipse processus contingit nullam possint excusationem pretendere, quod ad eos non pervenerit vel quod ignorarint eundem, cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Volumus autem et apostolica auctoritate decernimus, quod dictus processus prefatum L(udovicum) et alios supradictos apprehendat et arctet, acsi eisdem personaliter publicatus et insinuatus solenniter extitisset, constitutione quacumque per predecessores nostros Ro(manos) pontifices in contrarium edita non obstante, cum ad eiusdem L(udovici) presentiam pro eodem processu publicando et insinuando securus accessus non pateat nec posset commode singulorum quos tangit auribus inculcari.

Dat. Avinion(e), V. Id. Aprilis, pontificatus nostri anno undecimo.

276. *Citatio Ludewici marchionis Brandenburgensis et excommunicatio tutorum. Apr. 9.*

Copia (c.) *ibidem fol. 29. Contulimus nos. Sunt rubra sequentia:* Processus contra Ludovicum de Bavaria primogenitum Bavari ac Ulricum[a] et Guicherum comites de Lundowe *itemque* Citatur filius Bavari super usurpatione marchionatus Brandeburgen(sis).

Böhmer, Reg. Ludw. p. 219 Päbste nr. 56; Mollat nr. 29704 et 29676. 29705.

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

1. Olim contra Ludovicum de Bavaria certos processus diversis temporibus habuimus, cf. V nr. 792 cap. 2. in quibus inter cetera continetur, quod deducto ad nostri apostolatus auditum prefatum L(udovicum), qui in regem Roman(orum) in discordia dicebatur electus, electione huiusmodi per nos, ad quos et Romanam ecclesiam electionis et persone cuiuscumque in regem Romanorum electi examinatio, approbatio et reprobatio seu repulsio pertinere noscitur, nequaquam admissa nec eius approbata persona, usurpando nomen et titulum regium indebite se administrationi iurium regni et imperii ambitiose ac periculose nimium ingessisse, de dignitatibus ad regnum et imperium predicta pertinentibus disponendo, sicut de marchionatu Brandeburgensi, quem Ludovico primogenito suo infra annos pubertatis constituto non providendo dignitati, set persone potius presumpserat de facto cap. 3. conferre, nos eundem L(udovicum) per edictum publicum sub excommunicationis pena, quam ipsum, nisi cum effectu monitioni pareret huiusmodi, incurrere voluimus ipso facto, monendum duximus et eidem districtius iniungendum, ut premissa que sic improvide gesserat de facto, cum de iure non posset, curaret infra dictum sibi prefixum terminum revocare, que nos etiam cassa, nulla et irrita esse tanquam per illum attemptata, cui ius ea faciendi minime competebat, declaravimus atque nulla illaque cassavimus, irrita- cap. 4. vimus et anullavimus nichilominus ad cautelam. Et insuper monuimus omnes et singulos tam clericos quam laicos, cuiuscumque forent preeminentie, conditionis et status, etiamsi pontificali vel imperiali seu quavis alia dignitate fulgerent ecclesiastica vel mundana, necnon communitates et universitates civitatum, castrorum, villarum et aliorum locorum quorumcumque, ne prefato L(udovico) super hiis, que ad administrationem regni vel imperii predictorum pertinent, parerent vel intenderent quoquo modo nec sibi quoad hoc prestarent auxilium, consilium vel favorem et hoc sub pena excommunicationis, quam contrarium facientes incurrere voluimus ipso facto, ac aliis penis et sententiis in predictis processibus inflictis seu comminatis et specialiter privationis feudorum et privilegiorum apostolicorum et imperialium, ad quas infligendas nos, prout videremus expediens, eisdem duximus absque monitione et citatione alia processuros.

2. Verum quia, sicut fama publica notoriat, nobilis vir Ludovicus dicti Ludovici de Bavaria primogenitus ac Ulricus et Guicherus comites de Lundowe dicti Ludovici primogeniti pro gubernatoribus seu administratoribus se gerentes prefato L(udovico) de Bavaria excommunicato, Dei et ecclesie rebelli et hosti ac de fautoria hereticorum sententialiter condempnato adheserunt super predictis, que ad administrationem regni et imperii pertinent, ac prestiterunt et prestant eidem contra tenorem dictorum processuum auxilium, consilium et favorem, sibi tanquam regi seu in regem Roman(orum) electo parendo et obediendo ac usurpando quantum in eis est marchionatum predictum pretextu temerarie collationis iam dicte, que omnia sic fore noscuntur notoria, quod nulla possint tergiversatione celari, nos licet contra eundem primogenitum ad declarandum ipsum in sententias predictas contra tales in dictis processibus promulgatas et alias

276. a) Wlric. *semper c.*

penas eorundem processuum incurrisse iuste procedere valeremus, tamen propter ipsius etatem teneram ab hiis de benignitate apostolica supersedentes ad presens, prefatos Ulricum et Guicherum pro administratoribus seu gubernatoribus dicti primogeniti se gerentes in eandem excommunicationis sententiam incidisse ipsosque tanquam excommunicatos preter casus exceptos a iure fore vitandos ab omnibus, de eorumdem fratrum consilio declaramus.

3. Et insuper per hoc edictum publicum presente multitudine copiosa fidelium eosdem primogenitum, Ulricum et Guicherum se gerentes pro gubernatoribus et administratoribus ipsius monemus eisdemque sub excommunicationis, quam ipsos et eorum quemlibet monitioni huiusmodi forsitan non parentes incurrere volumus ipso facto, ac privationis feudorum, bonorum, honorum et iurium ac privilegiorum quorumcumque, que a Romana vel quibusvis aliis ecclesiis seu imperio obtinent, penis et sententiis mandamus expresse, ut ab occupatione dicti marchionatus ac iurium et pertinentiarum ipsius et quavis molestatione prelatorum et personarum ecclesiasticarum necnon nobilium et aliorum quorumlibet incolarum predicti marchionatus cessent penitus et desistant, ipsosque citamus peremptorie[b], ut infra quatuor mensium spatium a data presentium numerandum, Aug. 9. quos eis pro peremptorio termino de ipsorum fratrum consilio prefigimus ac etiam assignamus, apostolico conspectui, ipse videlicet Ludovicus primogenitus per se vel alium, alii vero duo personaliter se presentent super predictis facturi et recepturi ac sententiam audituri, prout iustitia suadebit. Eisdem nichilominus predicentes, quod sive infra predictum terminum comparuerint sive non, nos contra ipsos et eorum quemlibet ad declarationem inflictionum dictarum et aliarum penarum contentarum in predictis processibus, prout et sicut expedire videbimus, absque monitione et citatione alia procedemus eorum absentia non obstante.

4. Et insuper omnibus et singulis tam clericis quam laicis, cuiuscumque preminentie, dignitatis et conditionis existant, etiamsi pontificali vel regali seu quacumque alia ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, necnon communitatibus seu universitatibus, civitatibus, castris et locis sub excommunicationis in personas singulares et interdicti in communitates, universitates, civitates, castra et loca predicta penis et sententiis mandamus et inhibemus expresse, ne prefato primogenito tanquam marchioni aut prefatis Ulrico et Guichero ut gubernatoribus seu administratoribus ipsius super aliquibus dictum marchionatum tangentibus assistant, adhereant seu intendant vel prestent quomodolibet per se vel per alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem necnon de reditibus, proventibus, obventionibus, iurisdictionibus et dominiis eiusdem marchionatus vel alicuius partis ipsius respondeant quoquo modo. Contrarium facientes personas singulares excommunicationis, universitates vero, communitates, civitates, castra et loca interdicti sententiis subiacere volumus et decernimus ipso facto.

5. Ut autem processus noster huiusmodi ad dictorum L(udovici) primogeniti ac Ulrici et Guicheri et aliorum quos tangit communem notitiam deducatur, cartas sive membranas processum continentes eumdem appendi seu affigi in ecclesie Avinion(ensis) ostiis faciemus, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio et patulo inditio publicabunt, ita quod ipsi vel alii, quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem pretendere vel ignorantiam allegare, quod ad eos idem processus non pervenerit vel quod ignorarint eundem, quia non est verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Ceterum volumus et auctoritate apostolica decernimus, quod processus noster huiusmodi adeo prefatos primogenitum, Ulricum et Guicherum ac alios omnes et singulos, quos tangere noscitur, apprehendat

276. b) *in marg. add.* Citatio c.

et artet, acsi eisdem insinuatus personaliter et publicatus solenniter extitisset, quacumque constitutione a predecessoribus nostris Ro(manis) pontificibus in contrarium edita non obstante.

Dat. Avinion(e), V. Id. Aprilis, pontificatus nostri anno undecimo.

277. *Processus contra praelatos Ludewico adhaerentes.* *Apr. 9.*

Copia (c.) *ibidem fol. 31. Contulimus nos. Sunt rubra sequentia:* Processus habiti contra nonnullos prelatos et alias personas ecclesiasticas adherentes et obedientes Bavaro, *itemque* Privantur Marsilius et Iohannes cum duobus aliis et excommunicati ac suspensi ceteri prelati adherentes Bavaro nunciantur.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 219 Päbste nr. 57.

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

1. Dudum propter notorios excessus detestabiles ac culpas enormes, contumatias quoque diutius continuatas et auctas Ludovici dudum ducis Bavarie et in regem Romanorum in discordia ut dicebatur electi, quos in Dei contemptum, nostrum et ecclesie Romane preiudicium regis Roman(orum) assumendo titulum seque administrationi dicti regni et Romani imperii, eius electione per nos, ad quos electionis in regem Roman(orum) assumendum in imperatorem de aliquo celebrate ac persone electi examinatio, admissio et approbatio ac reprobatio et repulsio pertinet, nequaquam admissa, perpetrare presumpserit necnon et propter excessus alios varios detestabiles et enormes per eundem L(udovicum) contra Deum, nos et dictam ecclesiam perpetratos diversos contra ipsum processus cogente conscientia et iusticia exigente fecimus, eidem penas conminando diversas et successive infligendo eidem aliquas, prout eius continuata nequitia et aucta contumatia exigebant, prout in dictis nostris processibus, quos promulgavimus presente fidelium multitudine copiosa quosque in portis Avinion(ensis) ecclesie affigi fecimus, plenius continetur. In quibus quidem processibus nos considerantes attente, quod si Ludovico predicto catholicorum virorum subtraherentur suffragia, posset facilius a tam obstinata malitia et periculoso devio revocari, in prefatis processibus habitis contra ipsum, diversos processus tam contra personas ecclesiasticas in dignitatibus ecclesiasticis constitutas quam alias personas ecclesiasticas, cuiuscumque status vel conditionis existerent, fecimus, in quibus diverse pene eisdem comminate fuerunt, si nostris non parerent super hoc monitionibus et mandatis, et aliquas iuxta ipsarum continuatam et auctam contumatiam presente multitudine copiosa fidelium infliximus, sicut sequentia manifestant.

2. In primis quidem cum nos de fratrum nostrorum consilio prefatum L(udovicum)
cf. V nr. 792 cap. 3. per edictum publicum monuissemus presente multitudine fidelium copiosa eidem sub virtute sancte obedientie ac excommunicationis pena, quam ipsum, nisi cum effectu nostris pareret monitionibus, incurrere voluimus ipso facto, auctoritate apostolica districtius iniungentes, ut infra trium mensium spatium extunc inantea computandorum, quos sibi de eorumdem fratrum consilio pro peremtorio termino duximus prefigendos, ab administratione regni seu imperii ac nomine et intitulatione regis Romanorum per eum, ut predictum est, indebite usurpatis desisteret, illas non resumturus ulterius, nisi, si et quando personam ipsius et electionem, que de ipso celebrata dicebatur in discordia, approbari contingeret et admitti, necnon et quod a fautoria hereticorum aliorumque
cap. 4. rebellium ecclesie abstineret omnino, universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis aliisque personis ecclesiasticis quibuscumque sub pena suspensionis ab officio et beneficio, quam eos incurrere voluimus ipso facto, nisi infra dictum terminum huiusmodi nostre inhibitioni efficaciter obedirent, in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis districtius duximus inhibendum, ne predicto Ludovico tanquam regi seu in regem Roma-

norum electo, nisi et quousque dictam electionem et personam ipsius per sedem eandem approbari contingeret et admitti, in tangentibus regni seu imperii regimen parerent in aliquo seu intenderent quovis modo neve eidem circa premissa preberent auxilium, consilium vel favorem. Quam quidem penam suspensionis ab officio et beneficio patriarchas, archiepiscopos et episcopos ceterasque personas ecclesiasticas supradictas, que parere forsitan neglexerant nostris monitionibus, inhibitionibus et preceptis contentis in processibus supradictis, eidem L(udovico) tanquam regi seu in regem Roman(orum) electo parendo vel obediendo aut prestando per se vel per alium seu alios auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, de dictorum fratrum consilio subsequenter per alios processus post dictos tres menses[1] et plures alios, videlicet X. Kal. Aprilis, pontificatus [1327. Mart. 23.] nostri anno octavo[2], presente copiosa multitudine fidelium declaravimus incurisse. [cf. V nr. 881 cap. 6.] Eosdem necnon universos alios patriarchas, archiepiscopos et episcopos ac alias quascumque personas ecclesiasticas eadem presente multitudine copiosa fidelium monentes nichilominus et eisdem tam sub excommunicationis, quam ipsos dictis monitionibus et inhibitionibus non parentes incurrere voluimus ipso facto, quam sub privationis dignitatum, personatuum, offitiorum et beneficiorum ecclesiasticorum penis et sententiis, ad quarum inflictionem contra non parentes nos infallibiliter processuros prediximus, prout nobis expediens videretur, districtius iniungentes ac etiam inhibentes, ne ipsi vel eorum [aliqui][a] prefato L(udovico) tanquam regi vel in regem Romanorum electo super hiis, que ad regnum vel imperium supradicta aut eorum regimen ac administrationem pertinent, quovis modo parerent, adhererent vel intenderent seu prestarent per se vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem. Quibus penis et sententiis adeo ipsos ligari et astringi voluimus et decrevimus, acsi propriis eorum nominibus nominati fuissent specialiter et expresse. Non obstantibus quibusvis fideli- [cap. 7.] tatis et aliis iuramentis, per que ipsi vel eorum aliqui dicto L(udovico) se quomodolibet astrixissent, ad quorum observantiam veluti prestitorum cui minime prestari debuerant iurantes huiusmodi nullatenus artabantur, que nos etiam ad cautelam in nostris prefatis processibus auctoritate apostolica duximus relaxanda, seu quibusvis aliis privilegiis et indulgentiis apostolicis sub quacumque forma vel expressione verborum eidem Ludovico vel quibusvis aliis concessis, que sibi vel eorum alicui contra processus nostros prefatos vel eorum aliquem noluimus in aliquo suffragari. Verum quia infra prefatum trium [cf. V nr. 944 cap. 11.] mensium spatium tam eidem L(udovico) ad deponendum titulum regium et ab administratione regni penitus abstinendum necnon et ad alia nonnulla faciendum, que in dictis processibus plenius continentur, quam dictis patriarchis, archiepiscopis, episcopis et personis aliis ecclesiasticis ad ea que sunt expressa superius [assignatum][a] idem L(udovicus) nec per se comparuisset nec alius pro eodem nec alia curasset contenta in nostris processibus infra predictum terminum adimplere ac nonnulli prelati et persone alie ecclesiastice contempsissent parere predictis nostris monitionibus et mandatis, licet tunc potuissemus contra ipsum L(udovicum) et prelatos ac personas supradictas processisse merito eorum proterva contumatia exigente, de benignitate tamen sedis apostolice et de fratrum predictorum consilio ipsum L(udovicum) usque ad diem videlicet V. Id. Iulii, [1324. Iul. 11.] pontificatus nostri anno VIII, hora consistorii duximus expectandum. Cumque nec comparuisset hactenus nec tunc etiam ipse L(udovicus) compareret nec aliquis alius pro eodem nec prelati ipsi ac persone ecclesiastice predictis nostris monitionibus paruissent, de fratrum eorumdem consilio contra dictum Ludovicum processimus, ut in processu nostro super hoc habito plenius continetur[3]. Universos autem patriarchas, archiepiscopos et episcopos aliasque personas ecclesiasticas et earum singulas, qui contra inhibitionem,

277. a) *excidit c.*

1) *Supra tom. V nr. 839.* 2) *nr. 881.* 3) *nr. 944.*

monitionem et mandata nostra predicta Ludovico prefato tanquam regi vel in regem Romanorum electo in quibuscumque regni seu imperii regimen seu administrationem tangentibus paruerant vel adheserant quomodolibet aut per se vel alios directe vel indirecte, publice vel occulte super predictis prestiterant eidem auxilium, consilium vel favorem, auctoritate predicta de ipsorum fratrum consilio declaravimus penas suspensionis ab offitio et beneficio ac excommunicationis sententias contra tales promulgatas in dictis cap. 14. nostris processibus incurrisse. Universis insuper personis ecclesiasticis, cuiuscumque conditionis, preminentie seu status existerent, etiamsi dignitate patriarchali, pontificali aut alia superiori vel inferiori fulgerent, necnon et aliis personis ecclesiasticis secularibus vel regularibus cuiuscumque religionis aut ordinis et specialiter incolis et habitatoribus eorundem regni et imperii Romani inhibuimus et mandavimus expresse, ne eidem L(udovico) super hiis, que ad regni seu imperii predictorum administrationem pertinent, quoquo modo assisterent, parerent seu intenderent aut prestarent eidem auxilium, consilium vel favorem per se vel alium seu alios publice vel occulte quacum- cap. 15. que occasione quesita neve Ludovico eidem vel alii pro eo de redditibus vel obventionibus sive iuribus regalibus vel imperialibus seu ratione regni vel imperii predictorum aut dominii cuiusvis per eum usurpati in illis responderent vel aliam satisfactionem sub quocumque velamine impendere attemptarent. Alioquin personas ipsas, cuiuscumque preminentie, conditionis aut status existerent, que predictas inhibitiones vel earum aliquam preterire presumerent, excommunicationis sententie, quam extunc protulimus, decrevimus subiacere. Non obstantibus quibuscumque privilegiis et indulgentiis apostolicis prefato L(udovico) seu personis ipsis communiter vel divisim sub quacumque forma vel expressione verborum ab eadem sede concessis vel imposterum concedendis, etiamsi de illis totoque tenore ipsorum de verbo ad verbum specialiter et expresse oporteret in nostris litteris fieri mentionem, que sibi vel eorum alicui contra processum nostrum eundem vel aliqua contenta in ipso in nullo voluimus suffragari, que quidem privilegia et indulgentias omnino quoad hec voluimus et decrevimus viribus vacuari. Apertius nichilominus predicentes, quod adversus huiusmodi presumptores, prelatos, religiosos et alias ecclesiasticas personas predictas ad infligendum penas contra tales in prefatis nostris processibus contentas et comminatas seu declarandum inflictas, videlicet privationis dignitatum, personatuum, offitiorum et beneficiorum ecclesiasticorum, et al(ias) spiritualiter, quando et sicut facti suaderet qualitas aut putaremus expediens, absque citatione et cap. 14. monitione alia curaremus procedere divina gratia preeunte. Confederationes quoque, pactiones et sotietates, si que inter ipsum L(udovicum) et personas predictas super premissis vel ea tangentibus facte seu inite sub quacumque forma vel expressione verborum, etiam penarum adiectione, iuramentorum prestatione vel quacumque alia firmitate vallate fuissent, utpote in divine maiestatis offensam ac contra iura et honorem sancte matris ecclesie ac in dampnum et preiudicium reipublice et periculum animarum presumpte, decrevimus nullas, cassas, irritas et inanes et nullius existere firmitatis, eas quatenus de facto processerant revocavimus, cassavimus, irritavimus, dissolvimus et omnino viribus duximus vacuandas, iuramenta insuper super hoc prestita relaxavimus de apostolice plenitudine potestatis. Omnes etiam illos et singulos, qui confederationes et sotietates huiusmodi dicto L(udovico) contra processus eosdem post dictum terminum presumerent observare, predictas penas et sententias incurrere voluimus ipso facto, contra cap. 16. eos spiritualiter et temporaliter gravius processuri, prout nobis expediens videretur. Ceterum predictas suspensionis et excommunicationis sententias sic voluimus inviolabiliter observari, quod absolvendi ab eis vel relaxandi easdem nisi tantum in mortis articulo tam omnibus penitentiariis nostris quam quibuscumque aliis confessoribus generalibus vel specialibus seu familiaribus quarumcumque vel quantumcumque sublimium personarum ubilibet consistentium, etiamsi eas a nobis vel aliquo predecessorum nostrorum sub

quacumque forma verborum absolvendi a sententiis hominis vel canonis seu eas relaxandi generalis vel specialis facultas concessa fuisset vel concederetur imposterum, ademimus potestatem, absolutionem et relaxationem huiusmodi soli Roman(o) pontifici reservantes. Quod si forsan eos vel eorum aliquem in predicto mortis articulo absolvi contingeret, nisi sanitate recepta sedi apostolice quam primum possent commode se representare curarent satisfacturi de predictis iuxta mandatum Ro(mani) pontificis, in predictam excommunicationis sententiam reciderent ipso facto. cap. 18. Ut autem processus nostri predicti ad eiusdem L(udovici) et aliorum quorum intererat communem noticiam devenirent, cartas seu membranas processus continentes eosdem in Avinion(ensis) ecclesie ostiis appendi temporibus quibus facti fuerunt fecimus seu affigi, que ipsos processus et in eis contenta suo quasi sonoro preconio et patulo inditio publicarent, ut idem L(udovicus) et alii quos tangebant processus predicti nullam possent excusationem pretendere, quod ad eos minime pervenissent vel quod ignorassent eosdem, cum non esset verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter existeret omnibus publicatum. Eosdem quoque faciendo processus decrevimus, quod ipsi prefatum L(udovicum) et alios supradictos comprehenderent et artarent, acsi eisdem extitissent insinuati personaliter et solenniter publicati, constitutione quacumque apostolica in contrarium edita non obstante.

3. Sane cum nonnulli prelati et alie persone ecclesiastice et specialiter Emicho[b] Spiren(sis) et Gebehardus[c] Eysteten(sis) episcopi necnon Hermannus dictus Humele de Lechtemberch scolasticus ecclesie Spiren(sis) et Henricus[d] de Gundvinchen preceptor Hospitalis sancte Marie Theotonicorum per Alamaniam et Rudgerus de Amberg prepositus ecclesie sancte Catherine in Openheym Maguntin. dioc. et Marsilius de Padua ac Iohannes de Ianduno tanquam acceptorum benefitiorum immemores et ingrati, terga non faciem vertentes[1] ecclesie ac fidelitatem qua tenentur eidem in perfidiam non absque suarum animarum periculis et plurimorum scandalis commutare non verentes, prefatis nostris processibus et contentis in eis obedire temerariis ausibus contempserint, prefato adherendo Ludovico post publicationem eorundem processuum ac super hiis, que ad regni seu imperii Romani regimen pertinent, parendo et obediendo et eum pro rege tenendo sibique tanquam regi reverentiam exhibendo et aliter assistendo et prestando eidem contra tenorem dictorum processuum auxilium, consilium et favorem eosdemque processus publicare contumaciter dicti prelati videlicet omittendo et nichilominus eodem Ludovico, sicut predicitur, diversis excommunicationum sententiis innodato presente et in locis etiam ecclesiastico suppositis interdicto ipsorum videlicet aliqui divina celebrare seu[e] potius quantum in eis est prophanare offitia non sine divine maiestatis contumelia et contemptu clavium presumpserint sepius et presumant, sicut fama publica notoriat et rei evidentia manifestat, predicti etiam Marsilius et Iohannes tam prefato L(udovico) quam pluribus aliis dampnatos hereses et errores publicare, predicare ac dogmatizare dampnabiliter presumpserint, que omnia adeo sunt notoria, quod nulla possint tergiversatione celari, nos nolentes excessus horribiles et inobedientias et contumatias execrandas huiusmodi absque correctione debita preterire, ne inobedientes ipsi de sua valeant malicia ex eisdem horrendis excessibus gloriari, episcopos ac personas ecclesiasticas superius nominatos et omnes alios et singulos tam prelatos quam alios, cuiuscumque sint preminentie, dignitatis, ordinis, conditionis et status, etiamsi pontificali vel quavis alia premineant dignitate, qui dictis processibus parere, sicut premittitur, contempserunt, suspensionis ab offitio et beneficio et excommunicationis sententias contra tales in eisdem processibus promulgatas declaramus de dictorum fratrum consilio incurrisse ipsosque

277. b) Emoche *c.* c) Gebohardus *c.* d) *ita c.* e) sʒ *c.*

1) *Cf. Jerem. 32, 33.*

tanquam excommunicatos fore preter casus expressos in iure ab omnibus evitandos. Prefatosque Hermannum scolasticum ac Henricum[d] preceptorem et Rudigerum prepositum dicte ecclesie in Openheym ac Marsilium et Iohannem omnibus beneficiis ecclesiasticis, etiam dignitatibus, personatibus et offitiis cum cura vel sine cura, que ubilibet obtinent, quibus propter excessus predictos notorios ac contemptus, contumatias et inobedientias supradictos se reddiderunt indignos, sententiando privamus[f].

4. Et licet contra dictos episcopos ad privationem dignitatum possemus procedere propter predictos eorum excessus notorios iusticia exigente, nos tamen iusticiam ipsam volentes oleo misericordie temperare et agere mitius cum eisdem, ipsos episcopos per hoc edictum publicum hac presente multitudine copiosa fidelium necnon dictos scolasticum, preceptorem, prepositum ac Marsilium et Iohannem citamus peremptorie[g], ut infra Aug. 9. quatuor mensium spatium, quod eis et eorum cuilibet de dictorum fratrum consilio pro peremptorio termino prefigimus ac etiam assignamus, apostolico conspectui personaliter se presentent super predictis excessibus et delictis ut prefertur notoriis iustam dante Domino sententiam audituri ac responsuri, facturi et recepturi, quod iusticia suadebit, ac mandatis et beneplacitis apostolicis humiliter parituri. Eisdem apertius predicentes, quod sive infra predictum terminum coram nobis comparuerint sive non, nos ad privationem dignitatum predictorum episcoporum et aliarum personarum ecclesiasticarum nominatarum superius, inhabilitationem [ac] alias penas, de quibus expedire videbimus, absque monitione et citatione alia procedemus eorum absentia non obstante. Non intendentes nos astringere quoquo modo, quominus contra prelatos et alias personas ecclesiasticas inobedientes quomodolibet in hac parte singulariter et nominatim, coniunctim vel divisim super predictis et ea tangentibus procedere, quanto et quotiens nobis expedire videbitur, valeamus.

5. Processus autem omnes predictos tam contra dictum L(udovicum) quam contra alias personas ecclesiasticas et mundanas, cuiuscumque status, conditionis aut dignitatis existant, etiamsi pontificali vel imperiali seu regali vel quavis alia prefulgeant dignitate, de eorumdem fratrum consilio ratos esse decrevimus eosque ratificamus et approbamus expresse. Volentes nichilominus ac etiam decernentes citationem predictam, etiamsi termini predicti prefixio in tempore forsitan caderet feriato, perinde valere suumque debere sortiri effectum, acsi tempus feriatum non existeret, quacumque constitutione super hoc in contrarium edita non obstante.

6. Ut autem processus noster huiusmodi et omnia contenta in ipso ad predictorum episcoporum et aliorum tam nominatorum superius quam aliorum quos tangere dinoscuntur communem notitiam deducantur, cartas sive membranas processum continentes eundem in maioris ecclesie Avinion(ensis) appendi vel affigi ostiis faciemus, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, ut ipsi episcopi et alii quos processus ipse contingit nullam possint excusationem pretendere, quod ad eos non pervenerit vel quod ignorarint eundem, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Ceterum volumus et auctoritate apostolica decernimus, quod idem processus episcopos et alios citatos predictos apprehendat et artet, acsi eis insinuatus personaliter et publicatus solemniter extitisset, constitutione quacumque per Roman(os) pontifices predecessores nostros in contrarium edita non obstante.

Dat. Avinion(e), V. Id. Aprilis, pontificatus nostri anno undecimo.

---

277. f) *in marg. add.* Privatio c. g) *in marg. add.* Citatio c.

278—280. LITTERAE REGI ARAGONUM DIRECTAE.
(1327.) Apr. 3.—30.

278. *Litterae Bernardi procuratoris priores.* *Apr. 3.*

Originale (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi CRD nr. 12741. Sigilli vestigia adsunt. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, 425 nr. 280 ex* or. *Editionem repetimus.*

Regie celsitudini cum debita reverencia ac humili recomendacione significat vester clericus et factura Bernardus Lulli, quod hodie que est tercia dies Aprilis dominus papa in consistorio publico processit contra ducem B[av]arie et recitacione facta omnium processuum, quos fecerat contra eum, propter excessus et multiplices contumacias et causas expressas in processibus pronunciavit eum fautorem hereticorum et suspectum de heresi et causas fautorie et suspicionis expressit, quod esset longissimum enarrare secundum prolixitatem negocii. Et finaliter omnes civitates, castra et loqua[a] quecunque, qui[a] eum reciperent, consilium vel favorem darent, ecclesiastico supposuit interdicto et homines excomunicavit, asignans sibi peremptorie et de gracia terminum Kalendarum Octobris Oct. 1. proximi venturi, responsurus super predictis personaliter comparendo et sentenciam auditurus. Ipse est in Bergamo[1]. Quid intendat vel non, diversi diversa dicunt. Gibilini asserunt, quod recto tramite ibit Romam, et si ibi recipiatur benigne, circa quod est diversitas opinionum, erit . . .[b], sin au[tem], . . .[c] ire ad terram regis Roberti. Guelfi dicunt aliter, scilicet quod rex Robertus ibit Romam et restringet et impediet sibi passus. Fecit Ponxellum de Urssinis et Stephanum de Columpna cum magno festo milites et officiales suos, qui ut dicitur, sunt potentiores de Roma, qui se ponent obices Bavaro. Dicitur tamen quod Bavarus erit cum forti manu et magna militum multitudine. Videntur parata terribilia scandala in mundo. Ihesus Christus det nobis suam pacem qui potest.

De Cicilia etiam sunt nova, quod XII galee regis Roberti, que ex convencione prodicionali iverant ad recipiendum unum castrum fortissimum de Cicilia, cum confusione et gentis amissione sua spe frustrati redierunt Neapolim. Frater Ferrarius de Apilia, qui vere honorem magniffice domus vestre regie diligit, hic est impeditus, pauper et depressus. Misericordiam et honorem facietis vestrum, si regia celsit[ud]o domino pape per dominum archiepiscopum Tholetanum, qui in brevi venturus est, pro ipsius expedicione faciat supplicari. Ihesus Christus vobis longissimam et bonam vitam prestet.

Dat. Avinyone, die qua supra.

279. *Litterae Nicolai de Auria.* *Apr. 6.*

Originale (or.) *chartaceum ibidem CRD nr. 11164. Sigilli vestigia item adsunt. — Ed. Finke l. c. I, 426 nr. 281 ex* or. *Editionem repetimus.*

Significo per presentes serenissimum nostrum dominum dominum regem Romanorum noviter ad civitatem Cumarum territorii Lombardie feliciter appulisse, ad quem omnes domini et ambassiatores terrarum Lombardie imperio subiectarum ire festinant ad tractandum et ordinandum coronacionem accipiendam in civitate Mediolani et statum

278. a) *sic or.* b) *verbum quoddam excidit or.; an* bene? c) *verbum excidit or.; an* intendit?

1) *Cf. litteras eiusdem procuratoris a. 1327. Mart. 21. l. c. II, 837 nr. 518.*

procurandum salubrem imperii et omnium fidelium devotorum, ex quo cuncti fideles imperii gaudiis ineffabilibus exaltantur et rebeles terrore maximo deprimuntur. Et speramus quod ipse dominus noster procedet in brevi contra hostes ad Dei laudem et gloriam et omnium fidelium augmentum.

Noscat eciam regia celsitudo illustrissimum dominum regem Sicilie filiam suam olim reginam Cipri illustri d[omino Steph]ano domini nostri regis Romanorum nepoti[a] tradidisse veram et legitimam in uxorem . . .

Scripta Saone, VI. Aprilis.

280. *Litterae Bernardi procuratoris alterae.* *Apr. 30.*

Originale (or.) *chartaceum ibidem CRD. nr. 11361. Sigilli vestigia adsunt. — Ed. Finke l. c. I, 427 nr. 282 ex* or. *Editionem repetimus.*

Magniffice regie celsitudinis receptis litteris ac viso quorundam litterarum iuratorum et procuratorum [civitatis][a] vestre Cesaraug(ustane) necnon cuius[dam] protestationis seu requisicionis facte per Eximi(num) Alvari de Rada coram officiali dicte civitatis tenore, statim informavi dominum Neapoleonem de negocio et de malignanciis dicti Eximini Alvari, pro tanto quod si idem in reprobum sensum[1] deductus in consistorio per se vel per alium contra honorem regium vel officiales seu iura aliquid proponeret, dictus cardinalis me faceret vocari, ut moris est, et ego coram domino papa et consistorio defendam honorem et iura regia et in hiis et aliis iuxta mandata faciam quid incumbit.

Alia nova non sunt nisi de illo Bavaro qui est Cumis. Aspectat ut dicitur uxorem cum multitudine militum. Litere sunt hic, quod ambaxatoribus regis Roberti petentibus auxilium a Romanis per eosdem fuit diversemode responsum, a nobilibus quod aliqui intendunt eum iuvare, aliqui non. a populo quod non intendunt nec reciperent aliquem nomine sui, set si dominus papa iret ad Urbem, eum solum et insolidum in dominum recipient. Legatus erit cito ibi dominus Iohannes Gaytani. Nescitur si convertet eos.

Ex parte novi regis Anglie sunt ambaxatores, qui petunt instanter comitem de Lancastre[2], quem pater nunc a regno depositus decapitaverat, canonizari. Asserunt quod Deus fecit et facit miracula per eum.

Nuper in facto Rotomagensis ecclesie pro domino Tholetano scripsi magnificencie regie. Maximum et pinguissimum beneficium est. Supplico magestati regie, quatenus divino intuytu saltim dignetur in speciali recomendare promocionem meam domino Tholetano, quamvis eidem sit cordi michi benefacere . . .

Scripta Avinione, ultima die Aprilis.

281—287. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE DIVERSIS MISSAE.

1327. Apr. 5.—29.

281. *Litterae ad civitatem Coloniensem.* *Apr. 5.*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom.* 114^{II} *fol. 51' nr. 912. Descripsit H. Pogatscher. — Ineditum.*

Löher loco supra ad nr. 243 citato p. 215 nr. 433 et Preger-Reinkens p. 217 nr. 327.

279. a) *sic or.*

280. a) *excidit or.*

1) *Cf. Rom. 1, 28.* 2) *Cf. notam apud Finke l. c. additam.*

Dil. fil. iudicibus, scabinis, consulibus, proconsulibus magistrisque civium totique universitati Coloniensi.

Absurdum foret o filii tam credulitate quam dictu, quin sicut erga vos viget integra magna benignitas matris ecclesie, sic erga eam gratitudinis filialis integritas in vestro clareat probitate. Verum circa processus et sententias contra Ludovicum ducem Bavarie olim discorditer in Romanum regem electum per nos, demeritorum eius horribili exigente convicio, hactenus habitos et iam in ipsis partibus auctoritate nostra solenniter publicatos, ut nostis, nostrarum exhortationum instanciam ad vos dudum in hac parte manancium nondum constat, prout in vobis extitit, ad effectum totalis obediencie ac executionis admissam. Circa quod non immerito admirari possemus, nisi considerandum nobis occurreret, quod profecto nec ingratum[a], ut credimus, vestra devotio memor saltem illius benignitatis insignis, qua privilegiis reducta magnificis vos dicta ecclesia multipliciter insignivit, nec communis vestri commodo nec saluti expedire prudencius existimat[b], huiusmodi processus atque sententias quoquo modo negligere vel eos in easdem incidendo sententias aliquatenus violare. Quamvis igitur ex premissis non putemus expediens vos ad hec ulterioribus inducere monitis aut rogatibus exhortari, ut salutiferis tamen affectibus nostris vestrisque profectibus vos reddamus paterna sollicitudine plus intentos, universitatem, prudenciam et sinceritatem vestram monemus, rogamus pariter et hortamur attente, vobis nichilominus paterno sanoque consilio suadentes, quatinus huiusmodi processus atque sententias in eo, in quo minus obedienter forsitan executione previa observastis, pro nostra et apostolice sedis reverencia debita, quantum in vobis est, sic servetis integraliter et patenter, super hoc nos reddentes ut expedit per documenta legittima certiores, in aliquo eidem Bavaro, sicut in nullo tanquam Romano regi sibi tenemini, contra tenorem processuum et sententiarum huiusmodi obediendo vel parendo aut prestando sibi quomodolibet auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte. Sicque vos nichilominus in premissis et aliis, que honorem sedis predicte respiciant et erga dictam matrem ecclesiam reverentiam sapiant filialem, obedientes sitis ut debetis et condecet ac devoti, quod preter premium retribucionis eterne ipsius devotionis et obediencie meritum apud sedem prefatam et eandem ecclesiam favoris et gracie vobis et vestris posteris auctore Domino pariat incrementum.

Datum Avinion(e), Non. Aprilis, anno undecimo.

282. 283. *Litterae super processibus publicandis.* *Apr. 5. 13.*

Adhibemus 1 a *exemplar episcopo Traiectensi die 5. m. Aprilis missum, ut Processum supra nr. 274 publicaret, quod autographum servatur in tabulario regio Ultraiectensi; ed. Brom 'Bullarium Trajectense' I, 317 nr. 714; editionem contulimus;*

1 b *exemplar item episcopo Traiectensi directum, ut Processum supra nr. 273 publicaret, quod transsumtum est in litteris eiusdem episcopi pontifici a. 1327. Aug. 16. missis infra edendis; cf. infra;*

2 *exemplar archiepiscopo Trevirensi destinatum, ut processum supra nr. 275 publicaret, quod autographum servatur in tabulario regio Confluentino; contulimus nos; pendet bulla plumbea filo canapis; in plicae parte dextera scripta sunt:* de curia | B. de Pont. *In dorso leguntur haec:* Nota quod secunda die Iunii fuerunt domino presentate hec Iun. 2.
quatuor littere et una clausa sub bulla in palatio Trever(ensi) per Reynh(ardum) thesaurarium ecclesie sancti Severini Trever(ensis) presente Bertrando de Confluentia publico notario; *itemque supra eadem manu scripta:* Item nota quod hec IIII littere . . . .

281. a) ingrata *c.* b) in *add. c.*

Iul. 21. anno Domini MCCCXXVII in vigilia beate Marie Magdalene *(sequuntur quatuor lineae fere omnino illegibiles). — Ed. Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 31 nr. 1175 ex 2 (decurtatum)* [1].

282. *Exemplaria Traiectensia.* *Apr. 5.*	283. *Exemplar Trevirense.* *Apr. 13.*

Iohannes episcopus servus servorum Dei

venerabili fratri . . episcopo Traiectensi salutem et apostolicam benedictionem.	venerabilibus fratribus . . archiepiscopo Treverensi[a] eiusque suffraganeis.

Pridem contra Ludovicum de Bavaria excommunicatum Dei et ecclesie sancte sue fideique catholice rebellem manifestum et hostem de fratrum nostrorum consilio certum processum habuimus, cuius tenor sequitur sub[b] hac forma:

'Iohannes episcopus servus servorum Dei.	Ad futuram rei memoriam.
Quia iuxta doctrinam — nostri anno undecimo'.[c] *supra nr. 274.*	Ad speculatoris officium — nostri anno undecimo'. *supra nr. 275.*

Et licet necessarium non existeret, processum eundem sic solenniter presente multitudine copiosa fidelium habitum et, ut in eo continetur, ostiis ecclesie Avinionensis affixum alibi quam apud sedem apostolicam publicari, nos tamen ex superhabundanti, ut cunctis clarius earum partium fidelibus innotescat, illum ad

te tuasque civitatem et diocesim providimus serie presentium destinandum, per apostolica scripta mandantes, quatinus tu in locis tue civitatis et diocesis,	vos vestrasque civitates et dioceses fraternitati tue[d] in virtute sancte obedientie vos et singuli vestrum in locis vestrarum civitatum et diocesum,

quibus fuerit expediens, per te[e] et alios religiosos et seculares, de quibus tibi[f] videbitur, quos ad hoc per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellere valeas[g], exemptionibus et quibusvis aliis dicte sedis privilegiis quibuscunque locis seu personis sub quacunque forma verborum vel conceptione concessis, etiamsi de illis esset specialis et expressa ac de verbo ad verbum in presentibus mentio facienda, que quoad hoc nulli volumus suffragari, nequaquam obstantibus, dictum processum et contenta in eo etiam in vulgari in locis solennibus, ubi multitudo populi fuerit et alias expedierit, publices[h] ac facias solenniter publicari[h]. Nos redditurus[i] de publicatione huiusmodi per tuas[k] litteras vel instrumenta publica principium et finem presentium continentia infra prefixum in eodem processu terminum certiores.

Dat. Avinion(e), Non. Aprilis, pontificatus nostri anno undecimo.	Dat. Avinion(e), Id. Aprilis, pontificatus nostri anno undecimo.

284. *Litterae ad civitatem Florentinam priores.* *Apr. 27.*

Copia (c.) *in tabulario regio Florentino 'Capitoli' XVI nr. 15. — Ed. J. Ficker 'Urkunden zur Geschichte des Roemerzuges' p. 35 nr. 57 ex* c. *Editionem repetimus.*

282. 283. a) *alio atramento mutato stilo post insertum* 2. b) in 2. c) *loco* Quia — undecimo 1b: Divinis exemplis informamur — non querens etc. (= *supra nr. 273*) et sic finiunt. d) vestre 2. e) vos 2. f) vobis 2. g) valeatis (tis *in loco raso*) 2. h) *loco* publices — publicari 2: solenniter publicetis. i) redditur i 2. k) vestras 2.

1) *Cf. litteras diversas a pontifice super publicatione processuum missas die 9. m. Apr. ad archiepiscopum Pisanum ('Archiv' XII, 738; partim mutilum); die 13. m. Apr. ad archiepiscopos et episcopos apud Riedel 'Codex diplom. Brandenburgensis' B II, 37 nr. 639; die 22. m. Apr. item ad archiepiscopos et episcopos varios apud Sauerland l. c. II, 34 nr. 1184; die 5. m. Maii ad archiepiscopum Pisanum apud Preger l. c. p. 222 nr. 337.*

Iohannes episcopus servus servorum Dei dil. fil. prioribus artium, vexillifero iustitie, consilio, populo et communi Florentin(o) salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Ad nostram nuper veniens presentiam dil. fil. nobilis vir Symon de Pactzis miles civis et ambaxiator vester nobis vestras de credentia litteras presentavit, quem benigne mittentium consideratione ac eiusdem missi probitatis obtentu recepimus et que sub commissa sibi per dictas litteras credentia tam verbo quam scriptis voluit proponere coram nobis, patienter audivimus et intelleximus diligenter. Primo namque petiit ambaxiator predictus, quod cum Ludovicus olim dux Bavarie tractatibus et colloquiis iniquis cum hereticis et rebellibus habitis ac pactionibus, confederationibus et colligationibus initis dampnabiliter cum eisdem ad offendendum Deum et ecclesiam ac fideles Lombardiam dampnate intentionis proposito sit ingressus, tam ad ipsum quam dictos rebelles et hereticos eorumque fautores et sequaces citius et felicius extirpandos crucem predicari contra eos faceremus. Super quibus duximus respondendum, quod cum fratribus nostris deliberatione super hiis habita pleniori annuente Domino proponimus, quod expediens in hac parte videbitur ordinare[1]. (2) Deinde vero ambaxiatore subiungente predicto, quod si extrinseci civitatis Bononiensis reintroducerentur ad illam, esset eadem civitas suis reintegrata civibus fortior ad resistendum quibusvis hostibus ascendere molientibus ex adverso, nobisque supplicante, ut super hoc intendere curaremus, fuimus plurimum admirati, quod dictos extrinsecos, qui post expulsionem eorum cum hereticis de Ferraria conversationem habuisse noscuntur, pro parte vestra postulentur reduci, cum hoc non esset aliud quam fideles intrinsecos, quos idem expulsi odiunt sicut hostes, exponere discrimini et favere ipsis extrinsecis ad dictam civitatem in hostium et inimicorum manibus, quod abvertat Dominus, exponendam. Nec probabiliter estimamus, quod si dil. fil. nobilis vir Carolus carissimi in Christo filii nostri Roberti regis Sicilie illustris primogenitus dux Calabrie vellet vestre civitatis extiticios reintroducere, vestris affectibus esset gratum. Nos tamen mandamus dil. fil. nostro Bertrando tituli Sancti Marcelli presbitero cardinali apostolice sedis legato, ut super hoc procuret et faciat, quod statui civitatis predicte pacifico viderit expedire. (3) Rursus eidem ambaxiatori pro parte vestra nobis humiliter supplicanti, ut Ferrarienses hereticos, si redire ad gremium sancte matris ecclesie cum satisfactione debita et reincorporari cetui fidelium voluerint, ut tenentur, ad misericordiam recipere de benignitate sedis apostolice dignaremur, breviter respondimus in hunc modum, quod licet de ipsorum fidelitate sperare probabiliter non possimus, cum multipliciter se aliis hereticis et rebellibus innuerint et obligaverint eisdem novissime, specialiter in Tridento, quia tamen ecclesia nulli consuevit claudere gremium redeunti, parati sumus eos recipere, si ut debent redierint, et postmodum gratiose tractare. Super quo dicto legato plenam concedimus per alias nostras litteras[2] potestatem, vestram providentiam attentius exhortantes, quatinus super hiis et aliis, que qualitas temporis ingerit, prudenter et provide vos gerentes viriliter et potenter in constantia solita persistatis, de nobis fiduciam habituri, quod vobis et aliis fidelibus cum domini nostri Redemptoris auxilio, cuius res agitur, assistere proponimus, sicut ipse ministraverit oportune.

Dat. Avinion(e), V. Kal. Maii, pontificatus nostri anno undecimo.

285. *Litterae ad episcopum Constantiensem priores.* *Apr. 28.*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tom. 114[II] fol. 51 nr. 906. Contulimus nos. — Ed. Rieder 'Römische Quellen' p. 220 nr. 786 ex* c.

Löher l. c. p. 215 nr. 443; Preger-Reinkens p. 221 nr. 333; Reg. ep. Constant. nr. 4126.

1) *Cf. Böhmer, Reg. Ludw. p. 220 Päbste nr. 64.* 2) *Cf. Preger l. c. p. 220 nr. 332.*

Episcopo Const(antiensi).

Fraternitatis tue litteras rumores earum partium ac nobilem virum Hugonem comitem de Monteforti nepotem tuum fautoriam, sequelam et adhesionem Ludovici de Bavaria excommunicati Dei, ecclesie ac fidei catholice persecutoris et hostis suisque horrendis excessibus et culpis gravibus exigentibus iure, si quod [ei] ex electione, que de ipso dicebatur celebrata discorditer, ad regnum Romanum vel imperium competebat, et subsequenter ducatu Bavarie privati et de fautoria hereticorum sententialiter condempnati te procurante totaliter dimisisse benigne recepimus describentes et que continebantur in eis pleno collegimus intellectu. Super quibus tue circumspectionis diligentiam plurimum in Domino commendantes fraternitatem eandem attentius exhortamur, quatinus in tua devotione solida continuatione persistens ac predictum nobilem et alios partium predictarum in illa confovere procurans nobis sepius rescribere, que tibi nuntianda occurrerint, non postponas. Et ecce quod super absolutione predicti nobilis a sententiis, quas propter adhesionem et sequelam dicti Ludovici incurrerat, litteras tibi mittimus oportunas[1].

Datum Avinion(e), IIII. Kal. Maii, anno undecimo.

286. *Litterae ad eundem alterae.* *Apr. 28.*

Copia (c.) *ibidem tom. 114[II] fol. 43' nr. 856. Contulimus nos. — Ed. Rieder l. c. p. 220 nr. 787 ex* c.

Löher l. c. p. 215 nr. 444.

Radulpho episcopo Const(antiensi).

Cum nobilis vir Hugo comes de Monteforti nepos tuus ab invio, quo Ludovico de Bavaria excommunicato Dei et ecclesie sancte sue rebelli et hosti favendo et adherendo contra tenores nostrorum processuum deambulaverat diutius, retraxerit, sicut accepimus, saniori ductus consilio pedes suos, ab adhesione, fautoria et sequela dicti Ludovici se totaliter subtrahendo, nos volentes sibi, si sit vera conversio ut credimus, pietatis et gratie ianuam aperire, ut ipsum comitem ab excommunicationis et aliis penis et sententiis per nostros processus adversus dictum Ludovicum suosque fautores, sequaces et adherentes habitos generaliter promulgatis, quas per huiusmodi adhesionem et fautoriam incurrisset, iuxta formam ecclesie auctoritate nostra valeas absolvere, adiecto tamen specialiter et expresse, quod si prefato L(udovico), quam diu extra gratiam nostram et apostolice sedis extiterit, adhereret et pareret seu obediret aut prestaret per se vel alium seu alios auxilium, consilium vel favorem, in easdem penas et sententias recidat ipso facto, plenam et liberam fraternitati tue concedimus facultatem.

Datum Avinion(e), IIII. Kal. Maii, [anno undecimo].

287. *Litterae ad civitatem Florentinam alterae.* *Apr. 29.*

Copia (c.) *in tabulario regio Florentino 'Capitoli' XVI nr. 16. — Ed. Ficker l. c. p. 37 nr. 61 ex* c. *Editionem repetimus*[2].

Iohannes episcopus servus servorum Dei dil. fil. communi Florentino salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Dum vestrorum progenitorum vestramque fidem invictam ac devotionem sinceram, quam exactis temporibus habuistis erga matrem vestram sanctam Romanam ecclesiam spretis rerum dispendiis et personarum non vitatis periculis, delectabiliter recensemus,

1) *Infra nr. 286.* 2) *Cf. etiam litteras pontificis apud Preger-Reinkens l. c. p. 222 nr. 338.*

profecto spe tenemus indubia, quod ab illis nec prospera imposterum vos avellere poterunt nec adversa. Sane licet nos apud vos super hiis exhortationibus vel precibus supponamus indubie non egere, quia tamen solicitare solicitos nonnunquam noscitur expedire, circumspectionem vestram providam vestramque providentiam circumspectam exhortandam duximus et attentius deprecandam, quatinus in premissis utique Deo gratis vestroque honori expedientibus et utilitatibus multipliciter oportunis perseverare immobiliter studeatis nec adventus in Lombardiam illius viri reprobi Ludovici de Bavaria, qui regis Romani presumptuose usurpat et indebite sibi nomen, vos terreat seu conturbet, sed potius sic vos invicem et cum circumvicinis fidelibus in pacis vinculo uniatis viresque insimul conglobare curetis, quod divino auxilio preeunte ac potentia ecclesie assistente sic eidem suisque valitoribus resistatis viriliter et potenter, quod gaudium tam ab ipso quam ab hereticis Italie ac eorum fautoribus ex eiusdem adventu conceptum in eorum tristiitam et sperata gloria in ignominiam perpetuam convertantur, ad quod vos debet aperta eorum iniustitia vestreque partis nota iustitia inter alia multipliciter animare. (2) Ipse quidem Ludovicus suis demeritis exigentibus, sicut vos nosse credimus, iure, si quod ei ex electione, quam de se celebratam asserit, ad regnum Romanum acquisitum fuerat, privatus iam diu existit iusticia exigente ac subsequenter ducatu Bavarie et omnibus feudis, que ab ecclesia Romana seu ecclesiis aliis vel imperio obtinebat, necnon et omnibus privilegiis ecclesiasticis et imperialibus fuit hiis diebus preteritis privatus seu declaratus privatus iusticia exigente et nichilominus extitit declaratum, ipsum fautorem esse hereticorum notorium ipsumque penas inflictas talibus incurrisse [1]. Et quia de heresi evidentius est convictus, ad audiendam super hoc sententiam est sibi peremptorius terminus assignatus [2], sicut plenius in nostris processibus, quos dil. fil. Iohanni Sancti Theodori diacono cardinali apostolice sedis legato in partibus illis transmittendos duximus, poteritis intueri [1]. Illos autem Dei hostes et nostros ac vestros, tirannos scilicet de Mediolano, de Ferraria et de Mutina de heresi ac illos de Cumis et de Luca ac de Aretio de fautoria condempnatos vestra prudentia non ignorat.

Agite igitur viriliter et constanter. Dominus enim cuius causa agitur vos non deseret nosque vobis aliisque fidelibus assistere intendimus dante Domino utroque gladio oportune.

Datum Avinion(e), III. Kal. Maii, pontificatus nostri anno undecimo.

---

288. INNOVATIO PACIS GENERALIS RHENI MEDII.

1327. Apr. 8.

Cf. supra nr. 49.

Originalia duo omnino inter se concordantia, quorum

1) *in tabulario civitatis Spirensis; contulimus nos; pendent quinque sigilla plus minusve laesa loris membranaceis; in verso legitur:* littera pacis generalis ultima; *ed. Hilgard 'Urkunden zur Gesch. der Stadt Speyer' p. 297 nr. 372 ex* 1;

2) *in tabulario civitatis Argentinensis; item contulimus; e quinque sigillis, quae loris membranaceis pendent, secundum desideratur loro relicto; in plicae parte sinistra scripta sunt:* prima prorogatio infer(ioris) lant(vriden); *ed. 'Urkundenbuch der Stadt Strassburg' II, 425 nr. 475 ex* 2, *adiectis lectionibus autographi* 1.

Cf. infra ad a. 1327. Aug. 20. et Dec. 21.

1) *Supra nr. 273 et 274.* 2) *A. 1327. Oct. 1.*

1. Wir die . . rette unde die burgere gemeinlichen der stetde von Mentze, von Strazpurg[a], von Wormesze, von Spire unde von Oppinheim důnt kunt allen den die disen brief iemer sehent oder ho̊rent lesen, daz wir den ersten lantvriden, den wir gemaht, bestellet unde verbriefet unde mit unser der vorgenanten stetde ingesigele besigelt hatdent, erlengert habent von nu sant Georgien tage der ze nehest kumet uber ein jar unde gelopt ze haltenne in alle der wise unde mit aller der verbintnisze, gelůbeden unde eiden, alse wir in vormales gemaht unde mit unsern der vorgenanten stetde ingesigeln besigelt hant unde in alle die wise, alse die briefe besagent die dar uber gemaht sint[1].

1328. Apr. 23.

2. Unde were ez daz die obern herren, der hertzog von O̊sterich[b] unde der byschof von Strazburg nit woltent fůrbaz in dem vriden sin alse biz her, so so̊llent unde mo̊gent die von Strazburg uf ir eide unde ere ander herren, stetde oder diener zů dem lantvriden gewinnen unde enpfahen, die sie truwent die dar zů aller nůtzlicheste sin, mit dem selben gelte, daz man den vorgenanten herren vor an dem zolle pflag ze gebenne. Gelicher wise daz selbe so̊llent unde mo̊gent ouch důn bi irm eide unde irn eren die nidern stetde von Mentze, von Wormesze, von Spire unde von Oppinheim, obe die nidern herren, die biz her in dem lantvriden gewesen sint, nit me dar inne sin woltent. mit dem gelte, daz den nidern herren an dem zolle viel.

3. Ouch hant wir dar zů geleit. were ez daz wir die vorgenanten stetde einre gemeinen uzverte mit enander ze rate werdent, so so̊llent die, die denne die verresten sint, dez ersten uz zogen unde so̊llent zů den nehesten zogen die zů dem lantvriden ho̊rent unde so̊llent ouch denne die mit in zogen, biz daz sie alle bi enander kument, daz sie alle denne mit enander zogent. Unde were ez ouch daz etzlich stat die zů dem lantvriden ho̊ret unversehens dinges fůr ein vesten viel unde ein uzvart detde, die mag aber die nehesten herren unde stetde danne die zů dem lantvriden ho̊rent manen, daz sie ir beholfen sint. Unde so̊llent ouch die, die dar zů gemant werdent uf den eit, unverzo̊genlichen zů in zogen unde in dar zů beholfen sin ane alle geverde. Doch sol dehein stat die zů dem lantvriden ho̊ret die andern manen, sie erkennen sich denne vor sie alle in irm rate oder daz merre teil under in uf den eit, daz sie die getat die sie danne důn wo̊llent alleine nit zů mo̊gent bringen unde daz sie der die sie dar zů gemant hant dar zů notdůrftig sint. Welch stat ouch die andern die zů dem lantvriden ho̊ret manet. die sol in dem selben irm manebriefe schriben, waz schaden oder gedetde unde wie vil ir geschehen si, dar umbe sie sie gemant hat uf den eit.

4. Ez ist ouch beretd, waz schaden geschehen ist den die zů dem lantvriden ho̊rent von dem zil daz der erste lantvriden gemaht wart[2] biz her unde fůrbaz me geschiht, biz daz dirre lantvride ein ende nimet, daz man dar zů beholfen sol sin, daz ez geriht werde biz zů eim ende uz.

5. Unde zů eim warn urkůnde aller der dinge die hie vorgeschriben stant so hant wir die vorgenanten stetde alle von Mentze, von Strazburg, von Wormesze, von Spire unde von Oppinheim unserre stetde ingesigele gehenket an disen brief.

Der wart geben do man zalte von Cristez gebůrte drůzehenhundert jar unde dar nach in dem sibenundezweintzigistin jare, an der nehesten Mittewochen nach dem Palmtage.

---

288. a) Strazburg 2. b) Osterich 2.

1) *Supra nr. 49.* 2) *A. 1325. Mai. 1.*

289—291. LUDEWICI ENCYCLICAE SUPER COMITIVA PRAESTANDA.

1327. Apr. 10. — (post Apr. 10 et ante Mai. 31.)

289. 290. *Mandata ad comitem Hollandiae iteratum et ad episcopum Traiectensem prius. Apr. 10.*

Copia 1 exemplaris comiti Hollandiae missi in solo cod. hist. 17 bibliothecae Hamburgensis publicae, de quo v. supra ad nr. 266, post fol. 101' manu saeculi XVII. ad folium vetus iam deperditum copiata; quo omnes redeunt editiones; contulimus nos[1]. — *Ed. Pijnacker Hordijk loco supra citato p. 190.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 56 nr. 935.

Capitis 3. textum genuinum non esse, sed a scriptore quodam suo Marte variatum et auctum, monuit Zeumer.

Copia 2 exemplaris ad episcopum Traiectensem dati in Registro coaevo (1325—1330) tabularii Ultraiectensis, cui inscribitur: In papiro presenti sunt registrate littere per dominum episcopum Traiectensem sigillate. — *Ed. S. Muller Fz. 'De Registers en Rekeningen van het bisdom Utrecht. 1325—1336' I (= 'Werken van het Historisch Genootschap gevestigd te Utrecht. N. S.' LIII (1889)) p. 131 nr. 118 ex 2; editionem repetimus.*

289. *Mandatum ad comitem Hollandiae iteratum.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus spectabili viro Willelmo comiti Hollandie socero suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

1. Quemadmodum alias tibi scripsimus[2], licet alia intentione et proposito pertigerimus ianuas Lombardie, sacri tamen imperii irrecuperabilem subversionem videntes ac audientes fletum et ululatum[3] zelatorum eius, ne quod predecessores nostri Romanorum imperatores et reges acquisiverunt multorum Theutonicorum sanguine generoso, nostris temporibus perdatur, memores etiam mul-

290. *Mandatum ad episcopum Traiectensem prius.*

Ludovicus[a] Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili episcopo Traiectensi principi suo dilecto graciam suam et omne bonum.

1. Licet alia intencione et proposito pertigerimus ianuas Lumbardie, videntes sacri imperii irrecuperabilem subversionem ac audientes fletum et ululatum[3] zelatorum eius, ne quod predecessores nostri domini Romanorum imperatores et reges acquisiverunt multorum[b] Theutonicorum sa[n]guine genero[so], nostris temporibus perderetur, eius nos misericordie commisimus[c], qui nobis

290. a) Ludowycus 2. b) et multo 2. c) commiserimus 2.

1) *In adnotatione ponimus formam multo breviorem dato carentem, quam praebet Chronicon Iohannis de Beka (in edit. a. 1612. p. 100; contulimus ad cod. Breslaviensem R. 183 (S. IV. 1. 22) saec. XIV fol. 27'):*
Ludovicus Dei gratia Romanorum rex spectabili viro Wilhelmo comiti Hollandie socero suo dilecto graciam suam et omne bonum.
Cum ex divine largitatis munificencia longe plures civitates et castra nobis quam dive memorie quondam Henrico predecessori nostro fidelitatis omagia prestiterint, ita quod in imperiali coronacione nullus nobis possit difficultates aliquomodo procurare, soceritatem seu fidelitatem tuam, qua nobis et imperio teneris, cuius membrum principale te cognovimus, hiis presentibus obtestamur, quatenus indilate Lombardiam advenias cum potentia militari, recepturus nobiscum palmas imperialis triumphi, quas sine te capere quomodolibet nos tederet.
Dat. etc.
Eadem forma habetur Renaldo duci Gelrie comiti Zutphanie ac vasallo suo predilecto *directa in Chronico Coloniensi typis impresso fol. 251 (= Böhmer, Fontes I, 196 nr. 5; Böhmer, Reg. Ludw. p. 357 nr. 3239 (Addit. III); notandum est terminum* Iubilate *corruptum esse ex* indilate; *v. lin. 41).*

2) *Supra nr. 266; cf. infra nr. 310.* 3) *Cf. Iudith 7, 18.*

tarum instantiarum et persuasionum tuarum, quibus frequenter conatus es nos ad progressus subscriptos pro viribus inclinare, eius nos misericordie, qui nobis divinitus tradidit imperium gubernandum, per quem reges regnant[1] et principes dominantur, sub fiducia tui debiti adiutorii commisimus [et] pro defensione ipsius ac infularum imperialium assumptione intravimus Lombardiam.

2. Cum ergo largitor omnium gratiarum, qui cor nostrum quod in manu eius est altitudine occulti sui consilii contra deliberationem nostram ad procedendum[a] in premissis salubrius inclinavit, auspicia et successus propinet inopinatos et ultra humane sapientie providentiam prosperos et felices, ita quod longe plures civitates et castra cum suis habitatoribus, quam divine memorie Henricus imperator predecessor noster habuit, nobis fidelitatis homagia prestiterint, et quod tanta est nobis pars in urbe Romana, quod quasi pro certo credimus, quod in coronatione nostra imperiali in ipsa Urbe nullus nobis possit difficultates et impedimenta ingenio aliquo procurare, quare sinceritatem et fidem tuam sub debito, quo nobis et filie tue iure teneris naturali pariter et civili in specie et in genere ac sacro imperio, cuius te membrum novimus principale, presentibus obtestamur, requirentes omni instantia et rogantes, quatinus indilate te omni fortitudine et potentia qua valeas pares et ad parandum omnes amicos fideles et subditos nunc inducas, ut continuatis processibus ad nos accedere valeatis, recepturi palmas imperialis triumphi, quas sine te ac tuis amicis capere quodammodo nos tederet, ne a tanto principio excludamini desidia aliquali.

3. Surge ergo et armis potentie tue [te] circumda et aliis omnibus postergatis recupera imperium, exalta generum et filiam, te et domum tuam in perpetuum et quasi alter eris veraciter imperator. Pecuniam non petas, imo recipe per te ipsum. Manus misericordie Dei nobis aperte sunt. Astra arridere iubent, fortunam patefecerunt. Non negligamus illa, ne nostra ingratitudine et

divinitus sacrum imperium credidit gubernandum, per [quem] et reges regnant[1] et principes dominantur, et pro defensione[d] ipsius et infularum imperialium assumpcione intravimus Lumbardiam.

2. Cum igitur largitor omnium graciarum, qui cor nostrum quod in manu eius est altitudine occulti sui consilii[e] contra deliberacionem nostram ad proced(endum) in premissis salubriter inclinavit, auspicia et successus propinet inopinatos et u[l]tra humane sapiencie providenciam prosperos et felices, ita quod iam longe plures civitates [et] castra cum suis habitatoribus, quam divine memorie Henr(icus) imperator predecessor noster in Ytalia habuit, nobis fidelitatis homagia prestiterint[f], et quod tanta nobis est pars in urbe Romana, quod quasi pro certo credimus, quod in coronacione nostra imperiali in ipsa Urbe nullus nobis possit difficultates et impedimenta ingenio aliquo procurare, quare sinceritatem tuam ea fide qua sacro teneris imperio obtestantes omni instancia requirimus et rogamus, quatinus in adiutorium ipsius ac nostrum sic te pares et absque dilacione venias, sicut nobiscum, qui non more vanigloriorum et invidorum soli triumphorum palma[s] rapere querimus, velis de recuperacione et manutencione sacre imperialis corone perpetuo commendari et singularibus eius favoribus fulciri ac gratissimis beneficiis exaltari. Aperta est enim tibi manus imperialis.

3. Propera ergo et suscipe pallium imperiale extensum remunerativum expensarum omnium et laborum.

289. a) procedentia 1.
290. d) defencione 2. e) concilii 2. f) prestituerint 2.
1) *Prov. 8, 15.*

pigritia indignate seris difficultatibus[b] claudant gratias supradictas. Nos enim etiam usque ad sanguinem in premissis parati sumus nos exponere. Et sicut amicus es, novimus quod nolis nos absque te procedere in eisdem.

Datum Cumis, IIII. Idus Aprilis, anno regni nostri XIII.

Datum Cumis, IIII. Idus Aprilis, regni nostri anno XIII.

291. *Mandatum ad episcopum Traiectensem alterum.* *(post Apr. 10 et ante Mai. 31.)*

Copia in eodem Registro ac Mandatum nr. 290. — Item ed. Muller l. c. p. 130 nr. 117; editionem (ed.) *repetimus.*

De tempore cf. Willelmi Egmondensis Chronicon l. c. p. 198, ubi de huius Mandati receptione in die Pentecostes refertur.

Lud(ovicus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili episcopo Traiectensi principi suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Ius dictat, racio suadet, quod vasallus quilibet ad defensionem domini feodi eciam non vocatus omni posse se parare debeat et venire. Cum igitur sacrum imperium, cuius gubernaculum divinitus nobis est creditum et cuius vasallum et principem te in magnis et pinguibus beneficiis novimus non minorem, iam nefandis rebellium ausibus multiformiter impugnetur, qui imperium lacerare et subvertere multifarie molliuntur, te sub privacione omnium feodorum, privilegiorum, libertatum et emunitatum, que a sacro tenes imperio, presentibus requirimus et monemus, quatinus a presentacione presencium infra septimanas sex omnibus viribus decenter[a] [et] potenter in adiutorium sacri imperii et nostrum te pares et viam veniendi ad nos assumas, occasionibus et dilacionibus omnibus procul motis. Premissum enim sex septimanarum terminum tibi pro primo, secundo et tercio termino peremptorio presentibus assignamus, dantes tibi primas duas septimanas [pro] primo termino et secundas [duas] pro secundo et tercias duas pro tercio termino peremptorio et finali. Alioquin dicto seu dictis terminis elapsis contra te ad premissorum privacionem, quantum de iure poterimus et plenitudo nostre potestatis nobis concesserit, procedemus. Presentes[b] enim in premissorum testimonium iussimus registrari.

[Datum Cumis, IIII. Idus Aprilis, regni nostri anno XIII.][c]

---

292. IUDICUM PACIS GENERALIS CONFIRMATIO DONATIONIS. 1327. Apr. 20.

Originale (or.) *in tabulario regio Dresdensi. Pendet sigillum pacis laesum loro membranaceo; imaginem v. Posse 'Die Siegel der Deutschen Kaiser und Könige' II, tab. 59 nr. 4. — Iam edidimus 'Die Landfrieden in Deutschland unter Ludwig dem Baiern' p. 166 nr. 11 ex* or. *Editionem nostram hic repetimus.*

Wie Gunther von Gotis gnadin grefe von Swarczbûrg lantrichter und di czwelfe di ober den lantfride gekorn sint czu Doringen bekennen offenlich an disme briefe, daz di briefe wir gesen und gehort haben, di di Schenken von Dornbûrg her Henrich und ouch Henrich gegebin habin den erbern luten dem kummeture und den brudern des Thuschen huses czu Czweczen, also daz di selbin briefe warn gancz an wortin und an insigelin und an keinreleige stucken virergerit. Di briefe lutten also:

289. b) *sequ. linea octo litterarum spatium adaequans* 1.

291. a) decirici (?) *ed.* b) presencia *ed.* c) *lineam dati ex Mandato nr. 290 sumptam esse, monuit Zeumer.*

'Wir Rudolf unde Henrich und ouch Henrich gebrudere und Schenken von Dornbûrg bekennen offenlich an disme briefe, daz di ansprache, di wir hatten uf der brudere gut von deme Duschen hus czu Czweczen, habin vorczigen unde vorczin uns allis des gutes, daz wir da hatten mit guten willen, wir unde alle unse nachkomelinge ewiclichen. Unde habin un ouch globet und bekennen un dez, daz wir di briefe, di su habin von unsen eildirn und von unsem vatere, daz wir un die stete und gancz halden schullen an allirhande argelist und schullen su schuczen und schermen also verre, alse wir kunnen edir mogin. Und dise rede hat geteidinget unser liber swager her Henrich der eildere von Gera und habin un gebetin czu eime orkunde dirre vorbeschriben rede, daz her sin insigel hat gehangen an disen brief. Darnach habe wir ouch gebetin hern Henriche den jungen voyt von Gera, daz her sin insigel hat ouch gehangen an disen brief. Und daz wir di rede stete und gancz halden, so habe wir disen brief bevestent mit unsern insigelin. Bi dirre rede sint gewest und sint geczuge unser liber ome her Friderich von Schonbûrg der eildiste und her Beczolt von Sparrenberg, her Borgolt von Kozzebode und Luppolt von Wolferamstorf, Johann von Buthenicz und Diczman von Groutschen, Apecz von Gebese und andire biderver lute gnuc.

Dirre brief ist gegebin czu Gera, do man czalte nach Gotis geborte driczenhundirt
1324. Iun. 24. jar darnach in dem virundczwencigistin jare, an sante Johans des touferes.'

Dar obir bekenne wir der vorgnante lantrichter und di czwelfe, sint dem male daz wir dise briefe und ouch andire ure briefe gnuc gesen und gehort habin, di un gegebin sint von den vorgenanten Schenken ubir sogetan gut, daz die vorbeschriben brudere von Czwecin habin von un und un geeigent ist, ein recht orteil gegebin habin an dem lantdinge czu Mittelhusen, daz su niman czu rechte hindere schal an urme guthe, daz un recht und redelich geeigent ist, nach deme alse ure briefe luten, di un dar obir sint gegebin. Und swer su dar obir hindirt edir betrubet an deme selbin gute, der tut frevelichen widir daz recht und widir unse orteil, daz wi habin gegebin, he un bewise denne daz mit guten orkundin und mit bezzerme rechte. Ouch czu eime geczucnisse, daz wir dise briefe die vorbeschribin sten gesen habin und ditte orteil ouch un gegebin habin, habe wi disen brief gegebin mit des lantfrides insegel bevestent.

Dit ist geschen czu Mittelhusen, nach Gotis gebort driczenhundirt jar in deme sibenundczwencigistin jare, an dem Mantage nach der Osterwochin.

293—297. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.
1327. Mai. 1.—21.

293. *Privilegium pro civitatibus Silvanis.* *Mai. 1.*

Originale in tabulario Switensi. Pendet sigillum. Descripsit Jaffé.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 56 nr. 936.

Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis hominibus vallium Switz, Underwalden et Ura, suis et imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum.

Tunc fideles nostros in devocione fidei conservamus et ad serviendum et obediendum nobis fervenciores reddimus, cum ad profectum eorum iustis suis peticionibus annuimus et ipsorum vota per affectum recipimus et effectum. Sane oblata nobis vestra votiva peticio continebat, quatinus privilegia, iura et litteras, que et quas a nobis et aliis Romanorum imperatoribus et regibus nostris predecessoribus impetrastis et habetis, in sui integritate rata habere et auctoritate regia dignaremur de speciali gracia confirmare.

Cumque vos senserimus nobis et sacro imperio vere esse et fuisse fideles nec propter aliquam difficultatis instanciam aliquando deviasse, dignum credentes inde vos debere favoris meritum reportare, vestris devotis supplicacionibus annuentes omnia privilegia, iura et litteras ut premittitur impetrata et impetratas a nobis et quibuslibet Romanorum imperatoribus et regibus supradictis vobis de dono specialis gracie confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmacionis paginam infringere vel ei in ausu aliquo temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem nostram se noverit incursurum. In cuius nostre confirmacionis testimonium presentes vobis damus litteras appensione sigilli regii communitas.

Datum Cumis, Kalendis Maii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

294. *Scriptum pro eisdem alterum.* *Mai. 1.*

Originale ibidem. Item descripsit Jaffé. Pendet sigillum.
Böhmer, Reg. Ludw. p. 56 nr. 937.

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis hominibus vallium Switz, Underwalden et Ura, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Ex speciali affectu, quem vobis gerimus devocionis et fidei vestre intuitu, hanc vobis fiduciacionem facimus et certitudinem per hec scripta, quod postquam Rome ad imperialis dignitatis apicem, ad quem progredimur, favente Domino erimus sublimati, privilegia, iura et litteras, que a nobis et ab aliis Romanorum imperatoribus et regibus nostris predecessoribus obtinetis, vobis confirmabimus et ratificabimus modo et forma, sicut ea et eas a dictis nostris predecessoribus impetrastis[1]. Dantes vobis presentes in testimonium super eo sigilli nostri robore communitas.

Datum Cumis, Kalendis Maii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

295. *Scriptum pro civitate Nordlingensi prius.* *Mai. 3.*

Originale (or.) *in tabulario civitatis Nordlingensis. Descripsit Jaffé. Pendet sigillum. — Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 307 nr. 492 ex* or.
Böhmer, Reg. Ludw. p. 276 nr. 2700 (Addit. I)[2].

Wir Ludewich von Gotes genaden Rômischer chŭnig ze allen ziten merer des riches enbieten den bescheiden mannen . . dem rat und der gemein der burger ze Nôrdlingen, unsern lieben getrewen unser huld und alles gůt.

Wan wir die di uns und daz heilig riche angehôrent billich von unser chŭnichlicher wirde besorgen und bewaren sŭllen vor allem dem daz in schedlich ist oder hinfŭr schaden bringen môht, als wir in des schuldich sein, da von daz ir frume unser und des riches frume ist und ir schade uns und dem riche ze schaden chomen môht, haben wir angesehen, daz ewer vorgenantiu stat ze Nôrdlingen umb sich allenthalben groz vorstet hat ligent, da mit ir und diu stat umbvangen seit, und daz ewer stat mit nichtiu als wol betwungen und besezzen môht werden als mit den selben vorsteten. Und daz iu, uns und auch dem riche derselb gebrest versehen und understanden werde, enphelhen wir iu und heizzen euch ez auch, daz ir von unserm chunichlichen gewalt ein ungelt in ewer stat ze Nôrdlingen aufsetzet in aller der wise, als ez unser burger ze Nôrenberg oder ze Rotemburch in ir steten gesatzet habent und einnement, und daz

1) *Cf. infra ad a. 1328. Oct. 18.* 2) *Conferenda esse ea, quae ex Crusii Annalibus Suevicis citata sunt apud Wagner 'Das Ungeld in den schwäbischen Städten' (Diss. Marburg. 1903) p. 81, notat Zeumer*

Mai. 31. selb ungelt einnemet von Pfingsten di schierst choment aht gantziu jar, die ze hant nach ein ander gen. Und daz selb ungelt sůlt ir cheren und anlegen, daz ewer egenant vorstet jaerichlich gebezzert werden und mit graben und mit mauren und mit anderm pawe so ir best můgt ze ewer stat gevestent und gevangen werden, daz ir der vodern sorgen entladen und fursehen werdet. Waer auch daz ir daz gůt daz von dem ungelt geviel der stat mit pawe niht ze nucz anlegt, als vor geschriben stet, so můgen wir daz selb ungelt abnemen und widerrůffen nach unserm willen und swenne wir wellen. Und darůber ze urchůnde geben wir disen brief mit unserm chůnichlichen insigel versigelt.

Der geben ist ze Cume, des naehsten Suntags nach sant Walpurgentach, do man zalt von Christes geburt driuzehenhundert jar darnach in dem sibenundzweinzigsten jar, in dem dreitzehenden jar unsers riches.

296. *Scriptum pro eadem alterum.* *Mai. 11.*

Originale (or.) *in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 341. Descripsimus nos. Sigillum fere illaesum pendet filis sericis viridis coloris; videntur etiam foramina ad lora membranacea apta. — Ineditum.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 276 nr. 2701 (Addit. I).

Wir Ludowich von Gotes guaden Romischer chunig ze allen zeiten merer dez riches verjehen offenlich an disem briefe, daz wir unsern lieben getriwen . . dem rat[a] und der gemain der půrger von Nordelingen geheizzen haben und geheizzen, daz wir die stat ze Nordelingen niman versetzen sůllen noch wellen. Und biten den vorgenanten . . rat[a] und die gemain, ob ez ir gůter gemainer und verainter wille ist, daz si danne ir gewonliche stewer, die si uns und dem riche jærielich schuldig sein ze geben, den edeln mannen Ludowigen und Friderichen grafen von Ötingin unsern liben getriwen geben und gelten an unser stat. Wolten si aver dez mit gůtem gemainem und veraintem willen nicht tůn, so enwellen wir noch sullen si dartz̊ nicht twingen noch benôten mit dhainen sachen noch wellen, daz si ieman anders dartz̊ twinge oder benôte, sůnder si sullen si uns selber jaerielich geben und gelten, daz wir do mit tůn swaz wir wellen. Dar uber ze urchund geben wir disen brief mit unserm insigel versigelten.

Der geben ist ze Cume, an dem Montag nach dem Sůntag Cantate, do man zalt von Crists gebůrt dreitzehenhundert jar darnach in dem sibenundzweintzigistem jare, in dem dreitzehendem jare unsers riches.

297. *Quitatio de fodro a communi Trivilii recepto.* *Mai. 21.*

Copia (c.) *in codice dicto Trevigliese f. 6 nr. 18 saec. XV. bibliothecae Trivulzianae Mediolanensis. — Ed. Barelli 'Archivio storico Italiano' Ser. V tom. 30 (1902) pag. 63 nr. 27 ex* c. *Editionem repetimus*[1].

Nos Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus presentibus publice profitemur nos recepisse a prudentibus viris Givasono Bozono, Gualterio Dorono et Beltramino Butirono nostris et imperii fidelibus dilectis nomine comunis castri Trivillii grassi camere nostre imperialis in introytu nostro in Lombardiam pro camera nostra sex marchas argenti in florenis, que secundum veram rationem se extendunt et faciunt viginti quatuor florenos aureos de Florentia iustiponderis et legalis. Dantes sibi presentes in testimonium super eo.

Datum Mediolani, vigesima prima die Maii, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

---

296. a) . . *add. or.*

1) *Cf. supra tom. IV, 1 pag. 531 nr. 575 similem Quitationem a cancellario a. 1311. Mart. 26. datam.*

298—302. LITTERAE DIVERSORUM REGI ARAGONUM ET PROCURATORI MISSAE.

(1327.) Mai. 3.—Iun. 3.

298. *Litterae episcopi Maioricensis ad regem.* *Mai. 3.*

Originale (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi CRD nr. 9270. Sigilli vestigia apparent. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, 428 nr. 283 ex* or. *Editionem repetimus.*

Audivi, serenissime princeps, a pluribus, quod ego tamen non assero, quod propter quedam magna et ardua negocia, que dominus noster papa habet contra Ludovicum de Bavaria qui se dicit imperatorem et alios sibi adherentes dampnatos de heresi, illustris dominus rex Francie in fidei exaltacionem et sancte Romane ecclesie ac ipsius domini nostri pape reverentiam et honorem obtulit se eidem domino pape ad prestandum tam de se quam de gentibus suis omne subsidium et iuvamen . . .

Dat. Avinione, III. die Madii, anno Domini MCCCXXVII.

299. *Litterae Nicolai de Auria ad regem.* *Mai. 3.*

Originale (or.) *chartaceum ibidem CRD nr. 11398. Sigilli vestigia adsunt. — Ed. Finke l. c. I, 428 nr. 284 ex* or. *Editionem repetimus. Cf. notas l. c. additas.*

Dominus imperator mixit copiam magnam militum apud Cremonam inde ituram contra gentem legati et regis Roberti, que est in obsidione Burgi de Sancto Donino districtus Parme et tenetur pro vero . . .[a] et creditur quod vel illi de obsidione discedent vel inhybunt[b] cum gente domini imperatoris et Lombardorum campestre bellum. De civitate Romana sunt nova hodie confirmata in adventu cuiusdam ligni[c], quod disserant[d] de Corneto, quod cum dominus Iane frater dicti regis Roberti de regno ivisset versus Romam cum magna comitiva armatorum, equitum et balistariorum et appropinquasset Urbi, domini Sara de la Columpna et Petrus[1] Savelli facto per populum in Urbe rumore creati fuerunt predicti domini urbis Romane usque ad introytum domini imperatoris, quem annuente Domino faciet ad Urbem. Et sic predicti domini Sarra et Petrus[1], excluso fratre sive non admisso fratre regis Roberti, tenent terram pro domino imperatore et habent omnia fortalicia in eorum virtute. Alia ad presens non sunt, set sicut accurrerint, maiestati vestre nunciare curabo . . .

Dat. Saone, die III. May.

300. *Litterae quorundam de Auria ad eundem.* *Mai. 11.*

Originale (or.) *chartaceum ibidem CRD nr. 11545 (= 11541). Sigilli vestigia adsunt. — Ed. Finke l. c. I, 429 nr. 285 ex* or. *Editionem repetimus.*

. . . Romanorum rex est in partibus Lombardie in civitate Cumana cum magna militum quantitate, ibi suos processus continue ordinantes et sicut manifeste apparet, potentissime suos poterit ministrare processus. Quid contingat novit Altissimus. Expectat

299. a) *duo verba desunt ed.* b) *i. e.* inibunt. c) *i. e.* navis. d) *i. e.* dixerant.

1) *Rectius* Iacobus.

inclitam consortem suam dominam reginam, que ut dicitur venire debet non cum modica Mai. 31. comitiva, et in die Pentecostis in civitate Mediolani ferream intendit coronam Ytalie accipere. Rex autem Robertus timens de adventu dicti domini regis tractato modo diebus preteritis dominium civitatis Romane accipere voluit opere duorum ex magnatibus dicte civitatis, qui non modica utilitate ut dicitur corupti erant ad negocia dicti domini regis Roberti in dicta civitate facienda. Omnes autem alii nobiles et populares eiusdem civitatis sencientes predicta, ad deffensionem libertatis eorum et dicte civitatis dominium manu acceperunt armata et Xaram de Columpna et quendam alium nobilem et fidelem imperii[1] dominos et gubernatores dicte civitatis interim elegerunt. Et credimus quod ipsa civitas disposita est ad recipiendum dictum dominum Romanorum regem . . .

Dat. Saone, die XI. Madii.

301. *Litterae Bernardi Lulli ad Bernardum de Aversone.* *Mai. 29.*

Originale (or.) *chartaceum ibidem CRD nr. 11620. Sigilli vestigia adsunt. — Ed. Finke l. c. I, 430 nr. 286 ex* or. *Editionem repetimus.*

Dominus papa recepit purgam et per tres dies nullus palacium intravit. Eri et hodie ambaxatores diverssarum civitatum Ytalie bene septem tenuerunt eum occupatum et ipsis tantum dedit introytum[2] . . . Omnes ambaxatores prefati inter alia ut dicitur petunt, quod dominus papa vadat Romam et in hoc omnes Ytalici concordant. Ambaxatores Romani nondum venerunt, set ut dicitur iam recesserunt de Urbe. Dicitur Mai. 31. hic quod Bavarus debet coronari die Pe[n]tecosten . . .

Dat. Avinione, IIII. Kalendas Iunii.

302. *Litterae eiusdem ad regem.* *Iun. 3.*

Originale (or.) *chartaceum ibidem CRD nr. 11672. Sigilli vestigia adsunt. — Ed. Finke l. c. I, 430 nr. 287 ex* or. *Editionem repetimus.*

Bernardus Lulli procurator.

Iun. 2. Literas eri secunda Iunii domino pape presentasse . . .[a] non potui, licet diligenciam quam potui adibuerim, quia bene sunt octo dies quod nullus potuit ad eum intrare nisi ambaxatores diversarum comunitatum de Lombardia nec voluit intendere in aliis negociis[2] . . . Dicti ambaxatores de Ytalia ut dicitur inter alia capitula petunt, quod dominus papa vadat ad sedem suam et concordant in hoc quasi omnes Ytalici. Ambaxatores Romanorum nondum venerunt. Populus Romanus noviter expulit omnes nobiles de Urbe et etiam sindicos Ponxellum de Urcinis et Sthefanum de Columpna. Est satis magna novitas et multis periculosa. Dicitur quod ille de Bavaria debebat modo in festo Mai. 31. Pentecosten coronari et quod Passarinus dominus de Mantua cum multitudine militum de Alamannia currebat devastando comitatum Bononiensem . . . .

Scripta Avinione, III. die Iunii.

---

302. a) *verbum deest ed.*

1) *Est Iacobus de Sabellis; cf. nr. 299.* 2) *De eis quae sequuntur v. Finke l. c.*

303. PAX GENERALIS TERRAE MISNENSIS ET ORIENTALIS. 1327. Mai. 14.

Originale (or.) *in tabulario regio Dresdensi partim evanidum. Iussu praefecti collatum est. Pendent sigilla plus minusve laesa loris membranaceis. — Ed. 'Diplomatarium Ileburgense' I (Magdeb. 1877) p. 157 nr. 214 ex* or.; *'Codex diplom. Anhaltinus' III, 368 nr. 526 ex* or.

Cf. infra ad a. 1327. Iul. 31.

1. Wir Rudolf von Gotes gnaden [herczoge ze Saxen][a], ze Angern unt ze Westvaln, greve ze Bren, burchgref ze Magdburch unt oberster marschalch des Romischen riches unt wir greve Bernt unt greve Albrecht fursten ze Anhalt, greven ze Aschaneen bechennen [und kunden mit dise]n[a] offen brife, daz wir dem edeln fursten unserm lieben ohem marchgreven Fridrichen von Mysen gelobt und gesworen haben unt geloben einen rechten lantfrid ze halden an allerley arghelist von dem Obersten taghe der nechst 1328. Ian. 6. chumt v . . . .[b] Unt haben uns des beider sit verwillechurt, daz wir mit einander einen richter haben gesaczet Otten von Yleburch, der sol richten um roub unt um vridbrechen, daz hinnevort geschiet in dem lantvrid also:

2. Ob dem vorgenanten herren od[er si]nen[a] mannen ze unsern mannen ich wrre[c] um roub· als vor genant ist, daz sol man uns vor vierczehen nacht chunden. Hulf wir binnen des nicht, so sol der richter in helfen, als lantvrides recht ist. Daz selb sol uns geschen unt unsen mannen, ob iz not . . . . .[d] des vorgenanten herren mannen. Wer auch cheiner unser besessen manne der sich vor dem lantvrid vergriffen hette, des schulle wir unser voyte unt unse man ze taghe senten unt sullen von dem helfen minne oder lantrechtes.

3. Wer ouch cheyn ma[n, der d]en[a] vride breche, der under ander herren gesezzen were di nicht in disem vride sin, wird der in die achte getan vor unsem gerichte, der schulde ouch in der vorgenanten herren landen unt in aller der lande, die den lantvrid gesworen haben, unt gel . . . . . echt[e] sin daz selb herwider.

4. Wer ouch chein hus daz in unsern lantvrid nicht were, da man von roubte oder vrid breche, daz sul wir nicht choufen noch innemen noch vorteydengen unt unser cheyn sol des andern besezzen man vorteydengen, [der][a] den vrid bricht. Wer ouch daz ein roub geschech in disem lantvrid, dem sol man volgen als recht ist mit geschrei. Wer des nicht entete unt wer nicht volgete nach dem schrei, swen er iz verneme, den sol man phenden nach lantvrides recht.

5. Wer ouch daz [iem]ant[a] einen vorechten man hielte oder sins gesindes icht, der sol solhes recht haben, als der vorecht man. Unt swer vor disem richter, den wir mit einander gesaczet haben, geecht wirt, der sol in unses ohem lande von Mysen und ouch in unsen landen und in alle [. .][f] lande di den lantvrid gelobt haben vorecht sin.

6. Wer ouch daz ieman sine roubere oder sinen vorechten man angriffe, der sol vor dem richtere teydengen an alle vare unt man sol im helfen nach des lantfrides recht.

7. Ist daz der vorgenant marchgreve von Mysen unser ohem darf unser man, so schulle wir im volgen von Torgowe uber czwelf mile, wir herczog Rudolf mit tzweintzich mannen gewapent, mit einer blide unt mit sechs rucharmbrosten unt wir gref Bernt unt gref Albrecht mit einander mit tzweintzig mannen gewapent, mit einer blide und ouch mit sechs rukarmbrosten von Lypzk uber zwelf mile. Wer iz aber not, so schulle

303. a) *uncis inclusa evanida or.* b) *desunt 8 fere litterae or.; forsan* u[ber ein jar]. c) *ita or.* d) *5 fere litterae; forsan* [wer, ze]. e) *5 fere litterae; forsan* [ich vor]. f) *2 fere litterae; forsan* [di].

wir volgen mit gantzer macht, wo er iz darf, do man in dem lantvrid geroubt hette. Unt wir schullen alle unser chost haben ze viertzehen nachten. Ist daz er unser furbaz darf, so schol er uns geben bir unt brot unt wir sulen in der volghe nemen fuetir unt ungegeltz[g] holtz.

8. Wer ouch daz unser vorgenant ohem von Mysen unt wir der volghe gliche gerten unt wir uns des mit einander nicht voreinten, wer die volge haben solte, so schulle wir nach des richteres rat tuen, den wir beider site gesatzet haben. Wem der die volge gibt uf den eyt, der sol die volghe haben. Man sol ouch uns beider site der volghe lazzen wizzen vor dri wochen.

9. Dise gelubte gen uf nieman den uf roubere unt uf die die di lant verterben unt uf die die si husen und hegen. Unt wir nemen hie uz daz riche [unt] bischof Gebharten von Mersburch.

10. In disen vorgenanten lantvrid hab wir genomen unsern swagher von Mekelnburch, den von Barboy, den von Regenstein unt alle unser man.

Ditz is geschen unt diser brief ist geben ze Yleburch, do von Gotes geburt zergangen waren tusent jar drihundert jar an dem sibenundttzweintzigesten jare, an dem nechsten Donrestag vor der Ufvart unsers Herren.

---

304. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD IOHANNEM REGEM BOHEMIAE.

1327. Mai. 15.

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 114[II] fol. 51 nr. 907. Descripsit H. Pogatscher. — Ineditum.*

Extr. apud Riezler 'Vatikan. Akten' p. 328 nr. 850 ex c.; *Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 36 nr. 1189 ex* c.[1]

Carissimo in Christo filio Iohanni regi Boemie illustri.

Ut de certis processibus per nos noviter habitis[2] noticiam habeat excellencia regia pleniorem, ecce illos in quibusdam papireis rotulis per dil. fil. Nicolaum canonicum Pragensem nuncium tuum latorem presencium tibi fili carissime destinamus. De quibus per patentes nostras bullatas litteras, quas per eundem similiter mittimus in eis partibus publicandas, ipse te nichilominus reddere poterit certiorem.

Datum Avinion(e), Idibus Maii, anno undecimo.

---

305. DUCIS CALABRIAE LITTERAE AD CIVITATEM PISANAM.

1327. Mai. 17.

Copia (c.) *in Registris Andegavensibus tabularii regii Neapolitani tom. 266 fol. 162'. Dedit Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 39 nr. 64 ex* c. *Editionem repetimus.*

Cf. l. c. p. 38 nr. 62. 63.

303. g) ungengeltz? *or.*

1) *Cf. Preger-Reinkens loco supra ad nr. 2 citato p. 224 nr. 343 litteras die 24. m. Maii datas, quibus eidem regi mitti videntur Processus supra nr. 275—277, itemque litteras pontificis Bononiensibus die 29. m. Maii directas Böhmer, Reg. Ludw. p. 220 Päbste nr. 58, quas hic ponere supersedimus.* 2) *Videntur esse supra nr. 273. 274.*

Karolus etc. nobilibus et discretis viris potestati, capitaneo, antianis, consilio, populo et communi civitatis Pisarum, amicis paternis et nostris salutem etc.

Habet vulgaris fame preloquium, quod Bavarus gente quam prestolatur habita intendit versus Pisas dirigere gressus suos, cumque veniat tamquam sancte Romane matris ecclesie hostis notorius, paternus regius consequenter et noster, nos pro honore domini summi pontificis, eiusdem sancte Romane matris ecclesie, paterno et nostro amicitiam vestram hortamur ac in virtute pacis inter reverendum dominum genitorem nostrum et vos inite ex ipsius nostraque parte presentium tenore requirimus, ut ipsum in vestra civitate vel districtu minime recipiatis. Post receptionem siquidem eius et gentis sue vos ad libitum suum duceret, immo seduceret per abruta deviorum et errorum contra eiusdem domini summi pontificis, sancte ecclesie, paternos et nostros honores et status, quin potius ad offensiones, pro quibus non possetis apud Deum et homines excusari, cum vos causam talis sue coactionis et violencie dedissetis. Quin immo vos hortamur, ut contra ipsos et ceteros eius complices sancte ecclesie aversarios et nefande notatos vos viriliter accingatis, ut inde possitis in hoc mundo et in alio seculo premiari. Ipsi reverendo domino genitori nostro nobisque pariter per latorem presentium super premissis de intentionis vestre firmo proposito rescripturi.

Datum Florentie, anno Domini MCCCXXVII, die XVII. Maii, X. ind., regnorum etc. anno XVIIII.

---

306. 307. PETITIONES PRAEPOSITI S. SEVERINI COLONIENSIS ET INSTRUCTIO PRO PONTIFICE DATA.

(1327.) Mai. 18.

306. *Petitiones Bernardo Stephani archidiacono Figiacensi traditae.* *Mai. 18.*

Originale (or.) *chartaceum duabus petiis constans in tabulario Vaticano 'Armar. C fasc. 78—87'. — Iam edidimus 'Neues Archiv' XXV, 741 nr. 11 ex* or. *Editionem nostram hic repetimus denuo collatam. Ed. Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 581 sq. nr. 2397 et 2396 ex* or.; *cap. 1 ed. L. Schütte 'Zur Stellung der Städte und Fürsten am Rhein zu Ludwig dem Bayern' (= Quellen und Forschungen aus italienischen Archiven und Bibliotheken' XI (1908)) pag. 70 ex* or.

Cf. petitionem tertiam, quae ad res nostras non facit, in cuius dorso leguntur: Ex parte Heyd(enrici) prepositi Sancti Severini Coloniensis, *'Neues Archiv' XXV, 743; Sauerland l. c. II, 581 nr. 2395.*

Pater et domine domine B(ernarde) S(tephani) archid(iacone)[1].

1. Mitto vobis signata nomina quorundam dominorum, civitatum et opidorum partium Alemanie et precipue circa Renum et quandam instructionem in fine positam[2], per quam si fieret Bauwrus artaretur, quia non tantum executionibus litteralibus, set et[a] appositione manuum, ut dentur sibi adversarii invadentes eum, sua pertinatia est retundenda. Et sine dubio, si hoc factum fuerit, cogetur Lombardiam dimittere et redire. Nam antequam paciatur alios intrare hereditatem suam quam habuerat, ipse

306. a) *supra lineam add. or.*

1) *Est archidiaconus Figiacensis et notarius papae; cf. Sauerland l. c. II, 180 nr. 1545; cf. etiam Schwalm 'Das Formelbuch des Heinrich Bucglant' (Hamburg 1910) p. 137 sq.* 2) *Est nr. 307.*

potius alias vias queret. Super istis, si ad partes venero, omnia que potero per Coloniensem archiepiscopum faciam tractari et que fiunt rescribi.

Scriptum crastino dominice Vocem iocunditatis.

2. In terra Alemanie pauci sunt tabelliones auctoritate apostolica et qui sunt auctoritate imperiali reddunt se difficiles in executionibus processuum emissorum faciendis. Unde si placeret domino nostro[1], expediret ut daret archiepiscopo Coloniensi auctoritatem creandi duos vel tres tabelliones apostolica auctoritate. Tunc eligere posset personas, que congruerent pro processibus publicandis et que essent apte ad eundum ad diversa loca, quia dum alias processus priores publicari debebant, in diocesi et provincia Coloniensi in hiis defectus habebatur[2].

307. *Instructio pro pontifice super civitatibus et nobilibus Rheni papae aut regi adhaerentibus.* *(1327. Mai. 18.)*

Originale (or.) *chartaceum tribus foliis constans ibidem 'Armar. C fasc. 80 litt. D', quod a. 1898. frustra quaesivimus; cf. Schwalm 'Das Formelbuch des Heinrich Bueglant' p. 138. Descripsimus a. 1904. in. Sigilli parvi rotundi cerae rubeae vestigia apparent. In verso leguntur:* dno suo dno B. S. archid. *Cf. Schütte l. c. XI, 66 sq. — Ed. Schütte l. c. XI, 70—79 ex* or., *commentario fusiori adiecto, ad quem lectores volumus delegatos.*

Hec sunt civitates in littore Reni a Basilea, ubi quasi Renus oritur, et a lateribus dicti flu[v]ii Reni per Alemaniam constitute usque inferius Traiectum, ubi Renus fluit in mare:

1. Prima Basilea. Et hec est tota rebellis.

2. Item Sletstat et Columbaria. Hee due sunt in Alsatia et tenent se cum Australi et fratribus suis et quasi omnes nobiles Alsatie.

3. Post hec in littore Reni est una civitas cathedralis que vocatur Argentina, vulgari appellatione Straseborch. Hec civitas est fortis et aliqui in ea tenent se cum Bauro, aliqui cum Australi. De obedientia eorum erga sedem apostolicam nichil est auditum, sed episcopus ibidem est obediens.

4. Deinde est civitas Spirensis. Illa cum suo episcopo et capitulo omnino sunt rebelles.

5. Postea est inferius in littore Reni civitas Wormacen(sis). De illorum obedientia vel inobedientia nichil scitur, set habent se ad utrumlibet, magis tamen ad partem Bauri.

6. Postea est ibidem opidum dictum Oppenhe(m) attinens imperio. Hoc Maguntinus archiepiscopus sub se habet. Quo motu ipse archiepiscopus se habeat ad dominum nostrum, ipse dominus noster scit.

7. Deinde est ibi Moguntia. Illius loci cives Baurum pro rege receperunt et similiter illi de Wetflaria, Vredeberch, Vranckenvort et Ghelenhusen. Nec est auditum, quod iuramentum prestitum Bauro tamquam regi revocaverint.

8. Deinde infra Moguntiam sunt hec opida, videlicet Pinguia quod attinet Moguntino archiepiscopo, Wesalia superior, Backeracum, Bobardia que attinent imperio, Confluentia quod archiepiscopo Treveren(si), qui et dicta tria opida imperii sub se habet. Hec opida tenent se ad dictos archiepiscopos et tamen Bauro illuc veniente eum ut regem suscipiunt et honorant.

9. Postea incipit terra archiepiscopi Coloniensis, qui habet in littore Reni duo opi[d]a Andernacum et Bunnam. Hec sunt omnino contra Baurum, in aliis[a] obediunt archiepiscopo predicto[b].

307. a) *puncto supposito corr. ex* laliis *or.* b) *sequitur* J *delet. or.*

1) *Scil. pontifici.* 2) *Cf. supra tom. V nr. 907 cap. 2.*

10. Postea sequitur civitas Coloniensis. Quid in civibus illis dominus habeat obedientie, ipse novit.

11. Item sunt duo alia opida infra Coloniam Nuscia et Berca attinentia archiepiscopo Coloniensi et sibi adherent.

12. Item deinde idem archiepiscopus adhuc inferius habet opida Sanctis et Reys. Hec simili modo nullam[c] cum Bauro habent.

13. Post hec est opidum Wesalien(se) inferius. Hoc deberet spectare ad imperium, set comes Cliven(sis) ipsum habet sub se et opidani dicti loci sunt sicut et ceteri subditi dicti comitis ad eius nutum. Sic eodem modo se habent omnes de comitatu Ghelren(si), quod se tenent ad comitem Ghelren(sem) dominum eorum. Hii duo comites Ghelren(sis) et Cliven(sis) quam obedientiam dominus in eis invenerit, potest scire a se ipso. Set licet sint vasalli ecclesie Coloniensis, modicum tamen tenuerunt se ad partem suam.

14. Post hec sunt opida Embrica et Novimagium et Arnem que subsunt comiti Ghelrie, de quorum devotione erga sedem apostolicam non est fama.

15. Item post hec sequitur diocesis Traiectensis inferioris[d]. In qua diocesi et civitate comes Hollandie, cuius terra est in vicino, magis dominatur quam episcopus Traiectensis.

16. Nomina civitatum et opidorum dicte diocesis et comitatus Hollandie sunt hec: Traiectum inferius, Davantria, Oldensele, Campen, Svulle, Dordracum, Siricse, Arle et quedam alia minuta opida, de quibus non est vis. Hii omnes tenent se cum episcopo et comite predictis.

17. De nobilibus illarum partium habeantur dominus de Valkenbor, Iohannes de Nassowe et lantgravius Hassie pro obedientibus. De aliorum obedientia non constat.

18. Quid autem archiepiscopus Coloniensis cum suis suffraganeis, quorum sunt quinque, videlicet[e] Leodien(sis), Traiecten(sis), Monast[er]ien(sis), Osnaburgen(sis) et Minden(sis) faciat, satis constat, quia mandata domini nostri sunt executi et obediunt cum subditis suis, quorum posse habet.

19. De archiepiscopo vero Maguntino, qui habet XIIII suffraganeos, non constat michi ad plenum nec de archiepiscopo Treveren(si), qui habet tres. Set ibi credo esse attendendum, ut ex actibus suis cognoscantur[1].

20. Item sciendum est quod inter Moguntiam et Coloniam est situs comitatus qui vocatur Palatia Reni, quam qui habet e[s]t unus de electoribus regis Romanorum. Hanc attraxit sibi Baurus et pro parte municiones ipsius, videlicet castrum Vorstenberghe et castrum Kuve, ubi recipit pedagium, et quoddam novum castrum[2], quod ibidem in vicino edificare incepit, sub se habet, quedam etiam castra eiusdem comitatus archiepiscopo[f] Treveren(si) pignori obligavit. Si placeret domino, de hoc iure Palatie, que descendit ab imperio, posset tamquam eo de hoc privato[3] Coloniensem, Maguntinum et Treverensem archiepiscopos per modum vicariatus infeudare. Ipsi enim ex hoc constituerentur coniunctim sui adversarii et posse haberent, quia eorum dominia circumiacent, ex omni parte hec defendendi. Et isto facto nichil extra Bavariam, que bene ad sex dietas abinde distat, hereditatis in Reni partibus obtineret. Hii etiam tres archiepiscopi per hec in omnibus factis sedis apostolice contra ipsum Baurum unirentur maxime proprii sui commodi causa et darent consilium, quibus ad hoc valentibus et ducatu[s] Bauwarie et marchia Brandeburgensis secundum formam processuum domini nostri committerentur. Et illi deberent esse potentes nobiles de partibus illis, qui favore dictorum archiepiscoporum in adeptione[g] eorundem dominiorum iuvarentur. Et sciatur quod iste est modus

307. c) nullaȝ, ȝ *corr. super* m *or.; supplendum forte* rem *vel* partem. d) *ita or.* e) *bis scriptum or.* f) archiepiscopi *or.* g) *sequ.* dictorum *delet. or.*

1) *Cf. Matth. 7, 16.* 2) *Est Palatiolum in insula fl. Rheni.* 3) *Scil. per Processum supra nr. 273.*

executionis debite processuum contra dictum Bauwrum et eius filium factorum. Si quid de hiis placet acceptetur, aliud reiciatur.

Si in premissis aliqua vobis deficiunt, michi rescribatis si placet.

---

308. ANONYMI EPISTOLA ARCHIDIACONO (CARNOTENSI?) MISSA.

(1327. m. Mai. Iun.)

Copia (c.) *in cod. d III 21. saec. XIV. fol. 227 bibliothecae Escorialensis*[1]. — *Ed. P. Ewald 'Neues Archiv' VI, 244 ex* c. *Editionem repetimus.*

Quae in contextu epistolae praecedunt et sequuntur, eum ad nostras res minime faciant, hic non repetimus.

Venerabili viro domino L. archidiacono et cet. suo precipuo domino D. et cet. se cum reverentia humili ad omne genus obsequii.

. . . . Suscipite igitur reverende domine cum mansuetudine verbum, quod sub plica taciturnitatis quiesceret, nisi mandatum, quod ipse pridem indixistis Carnoti explicite, cum nova adessent, id exeri per litteras mandavisset, et que hic nova ferantur, hiis accipite brevibus. Dicunt societates Tuscorum se recepisse per litteras, quod Mutina sit plene sub potestate legati, qui maiores ex Guelfis civitatis ipsius solerter nondum reduxit in terram, ut prius inter Gebellinos et ipsos firmatis connubiis bonum pacis, ad quod intendit precipue, specialius ibi fructificet. Ferunt preterea, quod dissidium olim inter ecclesiam et Ferrarienses prehabitum sit firmiter utrimque in manibus ducis Calabrie, qui est ut nostis et fuit partium communis amicus, eius arbitrio concordandum. Addunt et istis, quod Barbarus iste vel Bavarus Mediolani satis invalidus squaleat. Filios tamen olim Mathei Vicecomitis non lesit, ut pristina fama vulgaverat. Hec licet hii asserant, qui sibi non credi per omnia sacrilegium extimant, alii nichilominus, qui non creduntur nec credunt de facili ledere veritatem, ab istis longe dissentiunt, negantes Mutinam subditam dispositioni legati et minus verum nec verisimile asserentes, illos de Ferrara, quorum querere principium extitit rex Robertus, compromisisse in ducem. Dicentes ulterius non squalere sic Bavarum, sed potius invalere, quem fatentur indubie
Aug. 15. ante Assumptionis sollempnia cum tribus milibus militum quos iam habet Tusciam ingressurum, progressurum exinde ad Urbem, ubi expectatur a multis, innovaturus signanter mirabilia et signa mirabiliter mutaturus. Profecto utrum hoc vel illud sit verius extimandum ignoro. Doctus enim in obsequium fidei Christi captivum facere intellectum[2], nusquam, ut placerem odiose hominum voluntati, illum potui captivare. Sufficiat michi narravisse, quod dicitur. Vestra sit optio, quod magis veritati videbitur consonum acceptare. Solvi ergo iniunctum a vestra dominatione mandatum, nova que scivi notificans, ut iussistis. . . . .

---

309. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD QUOSDAM NOBILES ROMANOS.

1327. Iun. 10.

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 114*[II] *fol. 4 nr. 22. Descripsimus nos. — Ineditum.*

1) *Cf. Antolín, 'Catálogo de los códices latinos' I, 496 sqq.* 2) *Cf. 2. Cor. 10, 5.*

Reg. Preger-Reinkens loco supra ad nr. 2 citato p. 226 nr. 347.

Cf. l. c. p. 225 sqq. nr. 346. 348. 351, itemque Böhmer, Reg. Ludw. p. 220 Päbste nr. 59.

Dil. fil. nobili viro Stephano de Columpna.

Ex hiis que a Paschate citra in Urbe audimus continue innovari, conicimus evidenter periculose dissentionis in eadem Urbe iecisse semina hostem pacis nec sufficimus admirari, quod in eadem tam diu tantarum novitatum inordinatio perseveret. Et licet per dil. fil. nobiles viros regios eiusdem Urbis vicarios nobis fuerit intimatum, quod tam ipsi quam populus ad resistendum Bavaro quem inimicum reputant vigilent et laborent, scimus tamen per fautores eiusdem Bavari, quod immo que facta sunt tam circa fortalicia nobilium Urbis quam circa obsides dil. fil. Roman(o) populo assignandos, sunt in favorem attemptata Bavari, fuisse per diversa mundi climata intimatum. Et quamvis hoc velut rationi obvium cadere nequeat in cor nostrum, ne tamen hec populum predictum lateant, illa sibi ut super eis providere possit, cautius nunciamus, ipsos exhortantes instanter, quod innovata huiusmodi ad finem Deo gratum eorumque devotioni ac fidei, quam erga sanctam Romanam ecclesiam gesserunt et gerunt, congruum studeant ordinare, precaventes ne subdola perversorum et ab ecclesia aversorum suasio ipsos ad eorum perfidiam pertrahat, sicut obtant, ad quod exequendum optamus tue providentie studium non deesse. Tu autem fili sicut vir providus in tantis novitatibus intende iuxta conditiones temporis agere provide, prout secundum Deum videris expedire. Devotionem autem, quam erga sanctam ecclesiam et nos constanter te intelleximus gerere et in ea perseveranter perstare, plurimum in Domino commendantes, nobilitatis tue pro eadem referimus gratiarum uberes actiones, tuam prudentiam attentius deprecantes, ut nec ab illa te separent prospera nec avellant adversa. Apr. 12.

In e(undem) mo(dum) Neapolioni de filiis Ursi.

Dat(um) Avinion(e), IIII. Id. Iunii, anno undecimo.

---

310. LUDEWICI LITTERAE SUPER CORONATIONE LOMBARDICA.

1327. Iun. 20.

Copia (c.) in cod. hist. 17 bibliothecae Hamburgensis publicae, de quo v. supra ad nr. 266, post fol. 101' manu saeculi XVII. ad folium vetus iam deperditum copiata; quo omnes redeunt editiones; contulimus nos. — Ed. Pijnacker Hordijk loco supra citato p. 192.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 56 nr. 939.

Cf. supra nr. 266 et 289.

Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus spectabili viro Wilhelmo comiti Hollandie socero suo karissimo gratiam suam et omne bonum.

1. Non te ea lateant, que universorum provisor, qui cuncta prout vult gubernat, ordinat et disponit, de nostris processibus miraculose quotidie operatur tam nobis quam cunctis[a] nostris amicis et fidelibus procul dubio feliciter profutura. Tibi ergo tanquam nostro specialissimo et nostri honoris ac sacri imperii fidelissimo zelatori significamus, quod divina gratia mediante circa omnia nostra negotia tam in Lombardia quam in

310. a) nobis tam ac *(super et delet.)* cunctis *c.*

Mai. 31. Tuscania feliciter habundamus. Nam coronationem nostram in die sancto Pentecostes nunc preterito Mediolani cum multa festivitate peregimus et celebravimus exhibitis omnibus solemnitatibus debitis et consuetis. In qua nobis adstiterunt multi principes seculares et ecclesiastici necnon comites, barones ac universi nobiles totius Italie et Tuscie et aliarum provinciarum et multarum terrarum et civitatum solemnes ambassiatores, qui nobis multas honorantias tempore dicte[b] coronationis nostre impenderunt, homagia fidelitatis prestiterunt, sua et se reddiderunt nostris monitis et voluntati semper benevolos et paratos.

2. Ultra hec omnia populus Romanus ad Urbem pro accipienda corona nostra ibidem nos concorditer evocat et invitat et ipsum adventum nostrum sic multis suspiriis et affectibus desiderat, quod ad ipsam Urbem, quam pro certo iam habemus et nos tanquam fidelis nostra et sacri imperii sponsa[1] continue exspectat, pro apprehendendo diademate imperiali immediate gressus nostros cum magna et forti potentia certitudinaliter dirigemus. Et hiis Deo propitio completis tibi et aliis nostris amicis cunctisque sacri imperii fidelibus, quorum regnum nobis divinitus traditum exstitit, benemeritorum responsa omnis pacis et refrigerii umbra[2] et tranquillitatis splendor procul dubio in virtute valida elucescet.

3. De novo autem intelleximus, quod is qui se papam nominat, noster et sacri imperii Romani notorius inimicus, de clero morante in dominio tuo ac aliorum multorum amicorum nostrorum partium inferiorum quoddam genus exactionis pecuniarie exigat et suis commoditatibus et iniuriosis processibus, quibus ex innata sibi malitia et contra Deum ac rationem humanam totum mundum inficit, nitatur penitus extorquere. Et cum ipsum hoc solummodo in perniciosas strages Christi fidelium et in nostrum et sacri imperii Romani dispendium et iacturam convertere dinoscatur, fidelitatem tuam sub fide qua nobis et dicto imperio teneris requirimus et rogamus volentes, quatinus omnem clerum secularem seu religiosum tuorum districtuum cum effectu[c] inhibeas, ne predicto inimico nostro et turbatori sacri imperii, contra quem pro nostris et dicti imperii iuribus defendendis iam dudum legittime duximus appellandum[3], aliquam impositionis collectam subeant vel alicui suo nomine tribuant quoquo modo. Quod si forte presumpserint, extunc de ipsis et universis eorum bonis duplum eius exactionis tollas et effectualiter[d] recipias auctoritate nostra et dicti imperii tibi per presentes super eo tradita et concessa.

Datum Mediolani, XII. Kalendas Iulii, anno regni nostri XIII.[e]

---

311. PETITIONES PARTIS IMPERIALIS IANUENSIUM SAVONAE DEGENTIUM ET RESPONSIONES LUDEWICI.
(1327. m. Iun. Iul.)

Originale (or.) *ut videtur manu cancellariae regiae exaratum in bibliotheca communis Savonensis 'Raccolta II, 221'. A. 1906. inventum descripsimus nos. — Ineditum.*

Mensi Iunio vel Iulio adiudicandae esse videntur, cum etiam Scripta pro communi Savonensi infra nr. 314. 315. diebus 7. et 15. m. Iulii edita sint.

Privilegia et litteras a rege edita, quae in cap. 1. 3. 5. 6. 8—10 allegantur, omnia deperdita esse valde dolemus.

310. b) *sequ.* nostre *del. c.* c) *loco* cum effectu *c.*: omni affectu. d) *sequ.* suscipias *del. c.* e) XIIII *c.*

1) *Conferendum esse Const. VIII, 224 lin. 15, notat Salomon.* 2) *Cf. infra pag. 223 lin. 11.* 3) *Cf. supra tom. V nr. 909. 910.*

Ista est expedicio fidelium sacri Romani imperii de Ianua et responsio serenissimi domini Ludowici Romanorum regis facta ad capitula infrascripta:

1. Ad primum quando petitur per eos, quod sacra regia maiestas dignetur et velit salvare et custodire terras et iura que sunt vel fuerunt comunis Ianue et quod de ipsis vel aliquo eorum nulla concessio, datio vel confirmatio aut remissio fiat alicui persone, corpori, collegio et universitati, respondetur: 'fiat'. Et concessa sunt privilegia super eo.

2. Item quando per eos petitur, si aliqua concessio, datio vel confirmatio aut remissio facta sit vel fuerit hucusque, quod ista cassetur, irritetur et cassa et irrita nunccietur, ita quod dicta iura, terre[a] et loca sint in eo statu, quo erant tempore mortis quondam bone memorie domini imperatoris Heinrici, et maxime castra civit(atis) Saon(e), que sunt comunis Ian(ue) sive dicte comunitati dimittantur, non obstante aliqua concessione facta vel facienda, sicut comune Ian(ue) tenebat et solitum erat tenere, antequam fideles imperii de Ian(ua) expulsi fuerunt de civitate Ianue, respondetur: quod isti articulo dominus intendit supersedere usque in Tusciam. Nec date sunt modo littere.

3. Item ad id quando per eos petitur, quod cum comunitas dictorum Ian(uensium) fidelium imperii ex speciali gratia gaudeant privilegiis et inmunitatibus al(ias) concessis comuni Ian(ue) seu per sacram regiam seu imperatoriam maiestatem tum per papalem munificenciam in quibuscunque terris, locis et convencionibus, ubi comune Ian(ue) dictis privilegiis, munificenciis et convencionibus uti consuevit et habere et tam in terris longinquis quam in insulis ubique locorum, non obstante quod dicta comunitas[b] dictorum fidelium non sit comune et[c] non obstante quod dicti fideles sint banniti et forestati comunis Ian(ue), respondetur: 'fiat'. Et concessa sunt privilegia.

4. Item quando petitur, quod quam diu civitas Ian(ue) steterit in rebellione imperii, quod ipsi intrinseci dicte civitatis sint privati omnibus beneficiis, privilegiis, convencionibus et inmunitatibus, que et quas habent seu dictum comune habet nec sint seu censea[n]tur esse comune Ian(ue), set dicta comunitas dictorum fidelium et ipsi fideles censeantur comune Ian(ue) et gaudent dictis privilegiis, beneficiis, convencionibus et inmunitatibus et aliis quibuscunque sicut ipsum comune, respondetur: quod dominus velit supersedere usque in Tusciam. Nec date sunt modo littere.

5. Item quando petitur, quod cum comune Ian(ue) castrum Bonifacii et alia plura loca tam per ipsum comune Ian(ue) quam per singulares personas teneri et haberi consueverint iam sunt anni CL vel circa tam ex concessione imperiali quam ex concessione papali et rex[d] Arragonum minetur ascendere dictam insulam[1] ad inpungnacionem Bonifacii et aliorum locorum predictorum, quod dignetur et velit imperialis maiestas dicto regi Arragonum rescribere, quod se debeat abstinere a nostris offensionibus et inpungnacione dictorum locorum, que sunt amodo sub proteccione auguste maiestatis, et si opus est dignetur augus(ta) maiestas se offerre eidem regi Arragonum facere iusticiam de predictis, respondetur: 'fiat'. Et date sunt littere super eo.

6. Item quando petitur, quod cum aliqui ex comunitate dictorum fidelium continue conversentur cum Gwelfis et inimicis sacri imperii de Ian(ua) faciendo mercaciones ipsorum et eos portando in navibus, galegiis vel lingnis et res et merces ipsorum portando et deferendo in eorum galeg(iis), navibus et lingnis et ad terras ipsorum Gwelforum et inimicorum victualia deferant et conducant[e] et e converso res et merces inmitant in galegiis, navibus et lignis dictorum Guelforum, quod sacra regia maiestas dignetur et velit taliter providere, quod dicta conversacio et commercium de cetero non fiat et

311. a) terra *or.* b) cōītas, oı *corr. ex* ou *or.* c) *supra lineam super* eciam *delet. or.* d) res *or.* e) conducunt *or.*

1) *Scil. Corsicam.*

quod per omnes magistratus qui subsunt eius imperio infra confines ryperiarum Ianue fiat executio et mandetur, prout fuerit ordinatum per officium quod ordinabitur in Saon(a) super predictis inhibicionibus aut officium robarie ad denuncciacionem dicti officii, respondetur: quod dominus primo velit requirere Ian(uenses) ad obedienciam.

7. Item quando petitur, quod officium mercancie et robarie et ordinaciones et capitula dictorum officiorum que nunc sunt et pro tempore fuerint effectualiter observentur secundum formam capitulorum dictorum officiorum que nunc sunt et pro tempore fuerint, . . . [f]

8. Item quando petitur, quod conpara salis inposita Saon(e), capitula et[g] ordinamenta ipsius conpare et conpara magna nova comunitatis dictorum fidelium, capitula et ordinamenta capitulorum dicte conpare sint salva et intacta et effectualiter observentur per rectorem suum quemcunque vicarium imperialem, respondetur: 'inponetur vicario, ut predicta observet'.

9. Item quando petitur, quod dignetur sacra regia maiestas per apices imperiales siv[e] litteras scribi facere magistro Hospitalis Sancti Iohannis, quod satisfaciat Ian(uensibus) perdentibus Roddy videlicet fidelibus imperii de quodam debito librarum CXVIII milium Ianuen(sium) et heredibus quondam Neappollionis de Mari sive causam habentibus ab eo de debito, quod debet dictis heredibus seu debebat dicto quondam Neappol-l(ioni), respondetur: 'fiat'. Et concessa desuper est littera.

10. Item quando petitur, quod cum inculpatus fuerit Gŵirrardus de Paulo de Ian(ua) fidelis sacri imperii de morte et occasione mortis quondam Gregorii Sardi olim Guelffi et inimici sacri imperii et dicta occasione et eius bona non possint vel valeant aliquomodo molestari vel inpediri et quod dicta forestacio cassetur et annulletur et pro cassa habetur et quod ad cautelam in integrum restituatur, respondetur: 'fiat'. Et date sunt littere.

312—315. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.
1327. Iul. 4.—15.

312. *Constitutio iudicis ordinarii cleri ecclesiae Mediolanensis.* *Iul. 4.*

Copia (c.) *in transsumto a. 1327. Aug. 17. confecto* [1] *tabularii regii Mediolanensis. Contulimus nos. In dorso legitur manu coaeva scriptum:* Exemplum cuiusdam privilegii.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 56 nr. 941.

311. f) *responsio excidit or.* g) *sequ.* od *delet. or.*

1) *Verba transsumti in adnotatione ponimus:*
In nomine Domini amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo vicesimo septimo, indictione decima, die Lune decimo septimo Augusti, vener(abilis) vir dominus Iacobus Vicecomes Mediolanensis ecclesie ordinarius iudex clericorum et causarum suarum auctoritate regia astans in ecclesia Mediolani iusta altare maius ad petitionem ac requisitionem .. plurium de clero Mediolani ibi existentium et ab eodem iudice postulantium et requirentium infrascripta debere fieri, precepit michi Paxino de Serono notario publico infrascripto, ut deberem autenticare et insinuare et in publicam formam redigere infrascriptum privilegium sigilli serenissimi principis domini Ludovici regis Romanorum apensione munitum ad hoc, ut de cetero ei plena fides adhibeatur tanquam publice et autentice et originali scripture. Cuius privilegii tenor talis est:
'Ludovicus Dei gratia — nostri anno tertiodecimo'. *supra nr. 312.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.

1. Ad hoc nos ille qui[a] celum terramque regit sua omnipotenti ordinatione constituit, ut inter ceteras nostras solicitudines hec sit quasi precipua, [ut] ordinum eumunitates[b] seu libertates clericorum omnium secularium[c] seu religiosorum necnon tocius status ecclesiastici conservare, manutenere ac deffendere, immo etiam ut cultus divinus ex hoc sumat uberius incrementum, promovere et augere frequentius debeamus. Ne igitur pro defectu pastoris seu archiepiscopi ecclesie Mediolan(ensis), qui eandem ecclesiam propria temeritate, videlicet non recognoscendo ius nostrum et sacri Romani imperii, cuius tamen nos sumus verus gubernator et rector, constituens se nostrum et dicti Romani imperii hostem publicum et rebellem tanquam repudiatam dimisit et multo tempore ipsi debite consolationis et refrigerii umbram subtraxit, nervus ecclesiastice seu clericalis religionis aut discipline in dicta ecclesia totaliter dirumpatur, universo ergo clero, . . prepositis, . . abbatibus, . . prioribus, . . canonicis necnon alliis quibuscumque ecclesiasticis personis sive locis exemptis et non exemptis civitatis, diocesis et districtus predictorum favorabiliter consulere cupientes, ipsis ac ecclesie Mediolanensi antedicte honorabillem ac sapientem virum[d] Iohannem de Vicecomitibus de Mediolano, de cuius fide et devotione fiduciam spetialem gerimus, iudicem ordinarium damus, facimus, constituimus et usque ad nostrum et sacri Romani imperii beneplacitum presentibus ordinamus. Sic quod ipse in clericos seu quascumque ecclesiasticas personas exemptas et non exemptas dictorum civitatis et districtus vel reos aut reas per se vel per alium aut alios possit iurisdictionem exercere et iustitiam exhibere temporalem omni modo, sicut archiepiscopus Mediolanensis ecclesie vel eius vicarius generalis si essent possent personaliter exercere. Brachium etiam cuiuslibet secularis iudicis pro exercenda huiusmodi iurisdictione et iustitia prefatus Iohannes vel eius vices gerens, cum opus fuerit, implorare poterit et debebit. Et idem secularis iudex pro executione iurisdictionis ipsius debet ipsi Iohanni vel suo vicario, cum requisitus fuerit, sub penna[b] indignationis nostre necnon maioris penne, quam nostro arbitrio reservamus ulterius infligendam, in omnibus effectualiter cooperari. Nullus ergo vicarius, rector, capitaneus seu ius dicens in civitate, diocesi et districtu premissis in clericos sive ecclesiasticas personas antedictas necnon in bonis et singulis, que ecclesiastico statui pertinere dinoscuntur, iurisdictionem seu iustitiam possit vel audeat inantea aliqualiter exercere, nisi per dictum Iohannem vel eius vicarium vel alium, quem eis in posterum duxerimus iudicem deputandum, fuerit specialiter[a] requisitus et ipsius assit expressus[b] beneplacitum et assensus, sicut pennas inferius expressas volunt evitare.

2. Ad hec etiam de solita nostra clementia prefatis clero et ecclesiasticis personis hanc gratiam fecimus spetialem, quod nullus vicarius, . . rector vel potestas seu iurisdictionem aliquam exercens temporalem aliave persona, cuiuscumque dignitatis, administrationis, status et conditionis existat, nullave[d] ecclesie vel universitatis Mediolanensis vel alia de cetero ullam talleam vel collectam aut impositionem . . abbatibus, . . prepositis, . . archipresbiteris, [. .] monasteriis, . . hospitalibus alliisve ecclesiis vel ecclesiasticis

312. a) *supra lineam add. c.* b) *sic c.* c) seculariorum *c.* d) . . *add. c.* e) nullum ne *c.*

Actum ut supra, presentibus domino Zonfredo de Castana canonico[a] ecclesie de Modoetia, domino Guilenzio de la Strata et Filipolo Bossio canonicis Sancti Ambrosii Mediol(an)i testibus ad hec vocatis et rogatis.

(S. N.) Ego Paxinus filius domini Carloti de Serono civitatis Mediolani porte Vercelline parrochie Monasterii novi predictis autenticationi et insinuationi presens fui et hanc autenticationem et insinuationem cum autentico dicti privilegii diligenter ascultavi et quia cum eo concordare inveni, ideo tradidi, scripsi et subscripsi.

a) canōīca *tr.*

personis quibuscumque vel eorum bonis vel alliis pro eis vel eorum occaxione directe vel indirecte quocumque quesito colore de cetero imponere nec impositam exigere quoquo modo presumat. Set potius ipsos deffendere teneantur a predictis.

3. Nos etiam inantea nec aliquis nostro nomine vel pro nobis ullam taleam seu collectam de ipsis ecclesiis ecclesiasticisve personis vel eorum bonis et possessionibus et rebus quibuscumque sibi vel ecclesiis, monasteriis vel piis locis pertinentibus imponere, petere vel exigere nec etiam recipere debemus vel debet quoquo modo, nisi casus forte contingat quod pro nostris et imperii necessitatibus predictarum ecclesiasticarum personarum subsidio egeamus. Tunc enim ipsi nobis tantum pro tallea et collecta annua quatuor millia florenorum auri liberaliter solvere debent ad nostram requisitionem ac mandatum spetiale et non alias. Que tallea seu collecta exigenda est per predictum Iohannem iudicem vel per alium, qui tunc temporis per nos fuerit iudex ordinarius constitutus.

4. Si quis autem contra predicta vel eorum aliquod facere ausus fuerit vel inobediens extiterit[f], amissionem sui sallarii, privationem omnis iurisdictionis et cuiuslibet aministrationis sue et[g] indignationem nostre regie mayestatis et notam perpetue infamie incurrat ipso facto. Civitas vero et universitas contrafatiens pennam decem millium marcharum argenti incurrat etiam ipso facto, quarum medietas fisco nostro, alia vero iniuriam passo aplicetur. Persona vero alia quelibet singularis iurisdictione et aministratione carens premissis gratiis nostris contraveniens indignationem nostre regie mayestatis, notam perpetue infamie et omnium suorum bonorum publicationem in fiscum se etiam ipso facto noverit incurrisse.

In quorum omnium robur et evidens testimonium presentes nostre regie mayestatis sigilli munimine comunitas dedimus super eo.

Dat. Mediolani, quarto die mensis Iullii, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, regni nostri anno tertiodecimo.

313. *Donatio pro monasterio Seligenporten.* *Iul. 4.*

Originale in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 344. Descripsit H. Herre. Pendent sigilli fragmenta loro membranaceo. In dorso legitur manu cancellariae scriptum: ℞ *(=* Registrat.*). Scriptum est manu Germanica; membrana est Itala. — Ineditum.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 56 nr. 942.

Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer chůnich ze allen ziten merer des riches verjehen offenlich an disem brief, daz wir den geistlichen frawen . . der abbtessinne[a] und dem covent des chlosters von der Sæligenporten unsern andæhtigen getriwen erlaubet haben und erlauben, daz si daz hause ze Weydenwanch, daz si halbez ze rehtem aygen gechauffet habent und daz ander halbetaile gechauffet habent als lehen von uns, zeprechen můgen und niderwerfen mit unserm willen, swenne si wellent, wanne wir in unser lehenschaft des halben tailes zu dem aygen daz si da habent geben haben und geben mit disem brief. Und wellen und gebiten allen unsern amptlæuten, vitztůmen, richtern und andern, swi si genant sint, di iezu sint oder noch werdent, daz si di vorgenanten frawen daz hause prechen lazzen und si des icht irren und in chain lait tůn von des halben tailes wegen, der von uns gie ze lehen, wann wir in den geben haben ze aygen der worten, daz si ez brechen sulen. Ze urchunde dises briefes.

Der geben ist ze Mailan, an sande Ulriches tag, do man zalt von Christes geburt dreuzehenhundert jar dar nach in dem sibenundzwainzigiste(n) jar, in dem dreizehendem jar unsers riches

312. f) ęstiterit *c.* g) ad *c.*

313. a) . . *add. or.*

314. *Privilegium pro civitate Savonensi prius.* *Iul. 7.*

Originale (or.) *in tabulario communis Savonensis. Contulimus nos. Sigillum, quod filis sericis flavi viridisque coloris pendebat, iam desideratur. In dorso legitur manu cancellariae scriptum:* ℞. *In margine dextro plicae inscriptum est ad nomen scriptoris indicandum, eadem itaque manu Germanica, quae textum exaravit:* Hu–·; *cf. infra nr. 315. — Ed. C. Cipolla et G. Filippi 'Atti e Memorie della Società storica Savonese' II (1890) pag. 307 nr. 1 ex* or.

‖Lu‖dowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Predecessores nostri incliti Romanorum imperatores et reges, sicut in hystoriis regum gestis comperimus, regna et imperia eorum decoraverunt et statum reipublice magnificaverunt, cum suorum fidelium et maxime eorum, qui semper per fidei et devocionis constanciam ipsis constancius adheserint, iustis peticionibus favorabiliter annuerunt. Accedentes igitur ad serenitatis nostre presenciam nostri et sacri Romani imperii fideles dilecti cives civitatis Saone nostram regiam excellenciam multipliciter exorarunt, quatinus de solita augustali nostra clemencia omnia privilegia olim per sacratissimos principes Romanorum imperatores ac reges nostros predecessores et specialiter per dive memorie Heinricum imperatorem ipsis, civitati eorum predicte ac ipsius communi tradita et concessa[1] dignaremur de benignitate regia confirmare. Nos vero considerantes, quod prefata civitas semper promptissima fuit et est ad iura et honores sacri Romani imperii promovendos et quod numquam a tramite devocionis et fidei aliqualiter cespitavit, ob huiusmodi ipsorum merita gloriosa et grata obsequia ipsi imperio devote et fideliter exhibita et inantea ingiter exhibenda ipsis ac eorum civitati prefate omnia privilegia per invictissimos Rom(anorum) imperatores et reges predecessores nostros et nominatim per Heinricum imperatorem, prout rite et racionabiliter indulta sunt, tradita et concessa ratificamus, approbamus et presentis scripti patrocinio confirmamus, non obstantibus aliquibus privilegiis, rescriptis seu litteris quibuscumque per nos cuicumque concessis vel inantea concedendis, que prefatis eorum privilegiis possent aliqualiter derogare, nisi in eisdem privilegiis seu rescriptis sic concessis vel concedendis facta sit vel fiat mencio expressa de privilegiis civitatis Saone supradicte. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre ratificacionis, approbacionis et confirmacionis paginam infringere aut ei ausu aliquo temerario contraire. Si quis vero presumptuose hoc attemptaverit vel facere presumpserit, penam quingentarum librarum auri, quarum medietatem fisco nostro, aliam vero medietatem ipsi civitati Saone ipso facto et tociens quociens contrafecerit irremissibiliter solvere teneatur, et ultra hoc nostram indignacionem ac gravem nostre maiestatis offensam se noverit procul dubio incurrisse. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigilli maiestatis nostre munimine iussimus communiri.

Dat. Mediolani, Idus Iulii, indicc. decima, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

315. *Privilegium pro eadem alterum.* *Iul. 15.*

Originale (or.) *ibidem eadem manu scriptum. Contulimus nos. Sigillum desideratur, filis sericis flavi viridisque coloris relictis. In dorso item legitur:* ℞; *in plicae margine dextro item:* Hu–· — *Ed. Promis 'Monete della Zecca di Savona' (Torino 1864) pag. 39 nr. 1 ex* or.

Cf. infra nr. 366—369.

1) *Supra tom. IV, 2 nr. 770—773.*

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus, ad quos presentes pervenerint gratiam suam et omne bonum.

Hanc solum imperialis celsitudo legem sollempniter profitetur, ut illos qui semper ferventi promptitudine et obsequiosa voluntate ipsi sacro imperio necnon ipsius principibus Romanorum imperatoribus et regibus benivolencius paruerunt et fideliter servierunt, iuxta officium caritatis respitiat privilegio specialis gratie et amoris. Cum igitur nostri et sacri Romani imperii fideles dilecti . . cives civitatis Saone premissis prerogativis renitere lucidius dinoscantur, ipsis ac toti communi civitatis predicte hanc gratiam facimus et concedimus specialem, quod ipsi in civitate sua Saone prefata monetam imperialem cuiuscumque conditionis seu numismatis cudere poterunt et facere, sicut et quando eis placuerit, auctoritate nostra regia eis presentibus tradita libere fabricari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis paginam infringere aut ei in ausu aliquo temerario contraire, sicut indignationem nostram et gravem nostre celsitudinis offensam et penam, quam nostro arbitrio ad hoc reservamus infligendam, desiderat evitare. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigilli maiestatis nostre munimine iussimus communiri.

Dat. Mediolani, Idus Iulii, decima indicc., anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

316—319. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE DIVERSIS MISSAE.

1327. Iul. 15.—31.

316. *Litterae ad archiepiscopum Trevirensem.* *Iul. 15.*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 114[II] fol. 52' nr. 920. Descripsimus nos. — Extr. apud Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 51 nr. 1228 ex* c.
Reg. Löher loco supra ad nr. 243 citato p. 217 nr. 474; Preger-Reinkens p. 230 nr. 356. Cf. Preger-Reinkens l. c. nr. 357; Sauerland l. c. nr. 1229. 1230.

Venerabili fratri Balduvino archiepiscopo Treverensi.

Licet sincera tue fraternitatis devotio, quam ad nos et Romanam matrem ecclesiam gessisti hactenus et continue gerere non desistis, incognita nobis et sedi apostolice non existat, tamen dil. fil. Henricus de Iuliaco decanus ecclesie Albesterden(sis) ad nostram nuper veniens presentiam, qualiter tam in prompta et devota receptione processuum nostrorum pridem contra Ludovicum de Bavaria suis gravibus excessibus et culpis exigentibus habitorum et aliis laudandis operibus devotionem ipsam in lucem curas incessanter producere, nobis retulit viva voce. Super quibus eiusdem fraternitatis tue providentiam circumspectam cum gratiarum actionibus uberibus plurimum in Domino commendantes, eandem attentius exhortamur, quatinus in huiusmodi devotione solida continuatione persistens processus predictos clero et populo, presertim decanis singulis christianitatum ecclesiarum parrochialium ac vassallis tuis et ecclesie Treverensis presentibus facias in tuis civitate, diocesi et provincia solenniter, contentis in eis in vulgari nichilominus expositis, ut clarius intelligantur ab omnibus, publicari. Nos efficiendo exinde per instrumenta publica certiores, adversus transgressores dictorum processuum, si qui forsitan fuerint, per penas in ipsis contentas processibus, sicut tue prudentie videbitur, nichilominus processurus,

ita quod preter perennis retributionis premium tibi nostram et eiusdem sedis uberiorem valeas gratiam merito vendicare.

Datum Avinion(e), Idus Iulii, anno undecimo.

317. *Litterae ad civitatem Coloniensem.* *Iul. 21.*

Copia (c.) *ibidem tom.* 114^{II} *fol. 53' nr. 926. Descripsit H. Pogatscher. — Extr. apud Sauerland l. c. II, 52 nr. 1231 ex* c.

Reg. Löher l. c. p. 218 nr. 481; Preger-Reinkens p. 129 nr. 362.

Dil. fil. consulibus, scabinis et universitati Coloniensi.

Coloniensis insignis civitas viris multa prudencia et maturitate pollentibus predita aliisque virtutum dotibus insignita sic se devotione prefulgidam et fide[i] puritate preclaram erga Romanam matrem ecclesiam exhibuit hactenus et exhibere indesinenter non cessat, ipsi adherendo constanter matri ecclesie ac eius inimicos et hostes velut proprios abhorrendo, quod intra matris ipsius brachia cum suis incolis et civibus continue meretur recumbere tanquam filia predilecta. Et licet ipsa civitas huiusmodi fulgorem devotionis et fidei ab hactenus prudenter et intrepide produxerit multis commendandis operibus in apertum, hiis tamen temporibus, postquam etiam vir ille reprobus, Dei et ecclesie crudelis persecutor et hostis ac manifestus fidei catholice inimicus, Ludovicus olim dux Bavarie se ad partes Lombardie in sue confusionis augmentum conferre presumpsit, multa per litteras suas ficticias et nulla veritate suffultas ad trahendum secum fideles si posset in precipicium mendacia seminando, ab eiusdem hostis subdolis persuasionibus auditum prudenter avertens magis clarere in devotione matris eiusdem stu[du]it, processus per nos contra dictum hostem cogente conscientia et iusticia exigente de fratrum nostrorum consilio habitos audiendo libenter ac in eorum publicatione solenni eis assistendo, quibus hoc incumbebat, favorabiliter et eos tenaciter observando, sicut fama testatur celebris et nichilominus relatio dil. fil. Henrici de Iuliaco prepositi beate Marie ad Gradus Coloniensis, honoris vestri et civitatis eiusdem fervidi zelatoris, nobis grato relatu patefecit. Pro quibus vobis et eidem civitati gratiarum actiones uberes persolventes circumspectionem vestram attencius exhortamur, quatinus in fide et devotione huiusmodi, que Deo vos acceptiores efficiunt vestrique famam nominis et honoris extollunt, in continuatione solida persistatis, de nobis et ipsa ecclesia indubitatam fiduciam habituri, quod nos, quantum cum Deo poterimus, reperietis in vestris oportunitatibus, super quibus ad nos recursum habere fiducialiter sicut filii benedictionis et gracie poteritis, propicios et benignos.

Datum Avinion(e), XV. Kal. Augusti, anno undecimo.

318. *Litterae super destructione turris in insula Rheni.* *Iul. 23.*

Originalia duo, quorum 1 *nobilibus et vasallis ecclesiae Trevirensis missum in tabulario regio Confluentino; contulimus nos; bulla desideratur; in plicae parte dextra legitur:* de cur̄. | .A. Dracōn.; *in dorso:* Treverеn̄. *itemque* Processus III.[a] contra dn̄m Lud. de Bawar̄ super thelon(ei) imposicione in Cůba et edificatione turris in insula Reni directus ad . . nobiles et . . vassallos ecclesie Trever. et ad communitates civitat(is), dyoc(esis) et provincie Treveren.; *ed. Günther 'Codex diplomaticus' III, 240 nr. 143 ex* 1;

Böhmer, Reg. Ludw. p. 220 Päbste nr. 60;

318. a) *supra lineam add.* 1.

2 clero provinciae Trevirensis directum in tabulario secreto domus regiae Bawaricae; contulimus nos; bulla pendet filo canapis; in plicae parte dextra legitur: .de. cur. | .B. Testagay.; *in dorso:* Treverēn. *itemque* Processus III.[b] contra dn̄m Lud. de Bawar̄ super imposicione thelon(ei) in Kuba et edificacione turris in insula Reni directus ad . . abbates et . . prelatos provincie Treveren.

Cf. alias litteras super eadem re archiepiscopis et civitatibus Rheni aliisque missas Löher l. c. p. 218 nr. 482. 483; Preger-Reinkens p. 232 nr. 363. 364; Sauerland l. c. II, 53 nr. 1234; itemque Riezler 'Vatikan. Akten' p. 346 nr. 908.

Iohannes episcopus servus servorum Dei

1. dil. fil. nobilibus viris ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus ceterisque nobilibus tam vassallis ecclesie Treverensis quam aliis necnon consulibus, scabinis, rectoribus ac communitatibus et universitatibus civitatum, castrorum, oppidorum et aliorum quorumcunque locorum in civitate, dioc(esi) ac provintia Treveren(si) consistentibus

2. venerabilibus fratribus episcopis et dil. fil. electis, abbatibus, prioribus ac aliis ecclesiarum prelatis in provincia Treverensi consistentibus

salutem et apostolicam benedictionem.

1. Ad audientiam nostram dudum clamorosa[c] insinuatione perducto, quod Ludovicus olim dux Bavarie suos enormes et detestandos[d] excessus, quorum occasione per diversos processus nostros diversis temporibus de fratrum nostrorum consilio presente multitudine copiosa fidelium habitos excommunicationis vinculo innodatus et iure, si quod ad regnum vel imperium Roman(um) ex electione discordi, que de ipso celebrata fuisse dicebatur, sibi quomodolibet competebat, et subsequenter omnibus feudis et bonis, privilegiis, indulgentiis et gratiis, que a Romana vel quibusvis aliis ecclesiis seu imperio obtinebat, et spetialiter ducatu Bavarie iusto privatus iuditio et de fautoria hereticorum existit condempnatus et citatus personaliter certo sibi prefixo termino coram nobis super crimine heresis, de qua[e] se convictum reddidit manifeste, multiplicare aliosque velut in sensum datus reprobum[1] inculcare non cessans, in castro[f] Kůve Treveren. dioc. novas et graves pedagiorum exactiones universis Christi fidelibus perinde transeuntibus in mercimoniis et rebus suis temere duxerat in magnum et grave reipublice et prelatorum et ecclesiarum aliarumque personarum ecclesiasticarum et secularium partium earum dispendium imponendas, propter que anathematis sententias, que in tales per Romanos pontifices publice promulgatur in certis solennitatibus, noscitur incurrisse, nos obviari dispendiis huiusmodi salubriter cupientes dudum venerabili fratri nostro . . archiepiscopo Treverensi dedisse meminimus per alias nostras certi tenoris litteras[2] in mandatis, ut prefatum Ludovicum propter premissa, que adeo erant notoria, quod nulla poterant tergiversatione celari, dictam anathematis et excommunicationis sententiam incurrisse per suas civitatem, dioc(esim) ac provintiam publice nunciaret et faceret ab omnibus artius evitari, alias nichilominus ecclesiis et subditis suis, quibus per novas impositiones et exactiones dictorum pedagiorum enorme generabatur dispendium, de oportuno remedio provisurus contra dictum Ludovicum et quoscunque alios sibi prestantes super hiis auxilium, consilium vel favorem spiritualiter et temporaliter, sicut eidem videretur expediens, procedendo.

318. b) *supra lineam add.* 2. c) clamosa 2. d) dos *in loco raso* 1. e) quo 2. f) de *add.* 2.

1) *Cf. Rom. 1, 28.* 2) *Supra nr. 61 et 195.*

2. Sane quia dictus Ludovicus a tam[g] iniuriosis novitatibus prefato archiepiscopo et aliis prelatis et ecclesiis ac personis earum partium ecclesiasticis et secularibus non parum preiudicialibus et dampnosis abstinere non curat, quin immo sicut habet fidedigna multorum insinuatio, studens preteritis insolenciis addere novas culpas, quandam turrim fortissimam in insula Reni prope dictum castrum[1] construere, ut dampnatas impositiones et exactiones predictas durius et crudelius exigendo continuare illasque defendere fortius valeat, iam incepit, nos autem intendentes[h], quod ad obviandum eiusdem Ludovici perniciosis[i] in hac parte conatibus tamque dispendiosis periculis et presumptuosis excessibus in divine maiestatis offensam magnamque reipublice lesionem redundantibus ut premittitur occurrendum est potenter et utiliter[k], ut suo prefocetur in ortu tam dampnosa novitas, procedendum, memoratum rogamus archiepiscopum per alias nostras litteras et hortamur, eidem nichilominus per apostolica scripta mandantes, ut una vobiscum aliisque principibus et nobilibus et[l] suis et eorum vassallis et subditis necnon communitatibus et universitatibus[m] civitatum, castrorum, oppidorum et aliorum locorum insignium predictarum[n] civitatis, dioc(esis) et provincie Treveren(sis), de quibus sibi expediens videretur, quos ad hoc requirere, monere ac inducere et si foret necesse, appellatione cessante per censuram ecclesiasticam valeret compellere, ad amotionem dictorum pedagiorum et demolitionem edifitii dicte turris viis et modis oportunis spiritualiter et temporaliter apostolica auctoritate suffultus sic solerter procedere procuraret, quod suis et ecclesie sue ac subditorum aliorumque fidelium valeret indempnitatibus super hiis precaveri.

3. Quocirca

1.	2.
universitatem vestram monemus, rogamus attentius et hortamur,	discretionem vestram monemus, rogamus et hortamur attentius, vobis nichilominus per apostolica scripta mandantes,

quatinus prefato archiepiscopo super predictis et ea tangentibus sic prompte assistatis et[o] pareatis et efficaciter intendatis, quod novitates et insolencie predicte Deo infeste reique utilitati publice plurimum sicut premittitur obviantes vestro auxilio mediante tollantur et revocentur omnino vosque propter hoc valeatis apud Deum et homines merito commendari.

Dat. Avinion(e), X. Kal. Augusti, pontificatus nostri anno undecimo.

319. *Litterae super reconciliatione Ludewici regis minime facta universis missae. Iul. 31.*

Copia (c.) in Regestorum Vaticanorum tom. 114 nr. 34. Descripsimus nos.

Cf. formam populo Romano directam Löher l. c. p. 218 nr. 486; Preger-Reinkens p. 233 nr. 367.

Venerabilibus fratribus universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac dil. fil. abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbiteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum prelatis vel eorum vicesgerentibus, capitulis quoque, conventibus ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et religiosis, exemptis et non exemptis necnon nobilibus viris ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, senescallis, rectoribus, iusticiariis, potestatibus, capitaneis ceterisque dominis temporalibus, universitatibus quoque et comunitatibus civitatum, castrorum, villarum, terrarum et aliorum quorumcunque locorum ac aliis universis et singulis, ad quos presentes littere pervenerint.

318. g) tantis 2. h) attendentes 2. i) perversis 2. k) viriliter 2. l) ac 2. m) *in loco raso* 1. n) predictorum 1. o) assistatis et *des.* 2.

1) *Cf. pag. 217 not. 1.*

1. Auditui nostri apostolatus innotuit multorum relatio fidedigna, quod Ludovicus olim dux Bavarie, Dei et ecclesie crudelis persecutor et hostis immanis, qui dudum suis detestandis excessibus contra Deum et ecclesiam memoratam commissis nequiter ac culpis gravibus cumulatus diversis excommunicationum sententiis per processus nostros contra ipsum diversis temporibus de fratrum nostrorum consilio presente copiosa multitudine fidelium habitos innodatus et tandem iure, si quod sibi ex electione discordi, que de ipso celebrata dicebatur, ad regnum vel imperium Roman(um) competebat, ac omnibus bonis et feudis, privilegiis et indulgentiis, que a Romana vel quibusvis aliis ecclesiis quomodolibet obtinebat et specialiter ducatu[a] Bavarie iusto privatus extitit iudicio et fautor manifestus hereticorum declaratus citatusque personaliter certo sibi prefixo termino super crimine heresis[1], de qua se convictum reddidit evidenter, velut illius filius, qui ab initio in veritate non stetit[2], sed mendacio parentes nostros in ima demersit, suos non verens errores mendacio palliare, ut fideles a sua deicere fidelitate ac infideles in sua perfidia valeat indurare sicque eos[b] secum trahat in precipitium dampnationis eterne, tam per suas falsas et fictitias litteras quam per nuncios falsos similiter fecit in nonnullis partibus publicari, quod ipse nostram et apostolice sedis benivolentiam captaverat et gratiam fuerat assecutus.

2. Et licet nos, quod Deus ipsum a tam periculoso devio, in quo se voluntarie posuit, dignaretur retrahere ipseque divino se coaptaret beneplacito, more paterno desideramus intense, volentes tamen perhibere testimonium veritati, ne suo mendacio possit vel infideles in suo firmare devio vel fideles a via retrahere veritatis, tenore presentium universis et singulis nunciamus, quod ipse, qui velut in suis erroribus pertinax modos querere et vias invenire satagit, per quos suum conceptum exosum Deo universalique ecclesie periculosum nimium producere valeat ad effectum, gratiam Dei et ecclesie non promeruit neque habet, immo indignatio continue contra eum propter eius excessus reprobos augmentatur et crescit, universitatem v(estram) rogantes et hortantes attentius vobisque per apostolica scripta mandantes, quatinus sibi vel personis aliis quibuscumque asserentibus aut litteris suis seu aliis describentibus, eundem Ludovicum ad nostram et predicte sedis redisse obedientiam ac nostram et sedis ipsius captasse benivolentiam vel gratiam meruisse, nisi videritis litteras nostras patentes vera bulla nostra munitas et speciales nuncios modum et formam reconsiliationis et receptionis ad gratiam et obedientiam huiusmodi clarius exprimentes, nullatenus fidem adhibeatis aliquam nec in aliquo faciatis eidem, sed eum potius velut Dei ac nostrum et ecclesie memorate rebellem, persecutorem et hostem fideique catholice inimicum persequi sicut fideles ipsius ecclesie filii studeatis.

Datum Avinion(e), II. Kal. Augusti, anno undecimo.

---

320. UNIO ALTERA INTER LUDEWICUM ET FRIDERICUM REGEM TRINACRIAE.

1327. Iul. 25.

Cf. supra nr. 161.

Originale (or.) *in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Contulimus nos. Ad modum chirographi in margine inferiori indentatum est. — Ed. Riezler 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XX, 257 nr. 30 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 357 nr. 3240 (Addit. III).

Cf. infra ad a. 1336. Febr. 11.

319. a) ducatum *c.* b) veros *c.*

1) *Supra nr. 273 et 274.* 2) *Cf. Ioh. 8, 44.*

In Christi nomine amen.

1. Ad laudem, reverentiam et honorem omnipotentis Dei et beate Marie semper virginis matris sue et totius curie paradisi et ad honorem, exaltationem et gloriam serenissimi principis domini Ludovici Dei gratia Romanorum regis semper augusti et sacri Romani imperii ac illustris principis domini Frederici regis Scicilie et ipsius[a] regni statum prosperum et felicem. Noverint universi presens instrumentum publicum inspecturi, quod habitis per dictos serenissimum principem dominum Ludovicum regem Romanorum et illustrem dominum Fredericum regem Scicilie consideratione et deliberatione solempnibus super honore, exaltatione et gloria ipsorum principum sive regum et sacri Romani imperii ac regni Scicilie necnon ipsorum principum fidelium et subiectorum statu prospero et tranquillo et etiam super defensione et exaltatione fidei christiane deliberaverunt et concordaverunt inter eos facere unionem, confederationem et ligam easque firmare perpetuo duraturas contra quoscunque inimicantes nunc vel in futurum ipsis regibus seu alteri ipsorum seu Rom(ano) imperio aut regno Scicilie quomodocunque, qualitercunque et in quacunque parte tam per mare quam per terram, quibuscunque tales inimicantes nominibus censerentur.

2. Et ideo prefatus serenissimus princeps dominus Ludovicus Romanorum rex ex parte una et nobiles et sapientes viri domini Berardus de Passaneto et Asnanus Lopis de Caparosa milites, magister Franciscus de Colle Panormitanus[b] canonicus decretorum doctor et dominus Ansalonus de Castilliono de Messana iudex consiliarii, familiares et fideles prefati illustris domini Frederigi Scicilie regis et ipsius procuratores et numptii simul et in solidum cum magnifico viro domino Iohanne de Claromonte comite Moae eiusdem domini regis Scicilie genero nunc absente ad infrascripta omnia et singula, ut dictum est, simul et insolidum constituti solempniter et legitime, ut de ipsorum procuratione et mandato constat per scriptum seu privilegium[1] eiusdem illustris domini Frederigi regis Scicilie munitum suo noto et consueto sigillo cere rubee pendente a me Verio notario et aliis infrascriptis notariis visum et lectum per ordinem procuratorio nomine dicti domini regis Scicilie, ipsi quatuor procuratores excepto dicto comite Moae ex parte altera unanimiter et concorditer iniherunt[c], fecerunt et firmaverunt inter se unionem, confederationem et ligam perpetuas et perpetuo duraturas de prestando sibi invicem toto eorum et cuiuslibet ipsorum posse auxilium et iuvamen, consilium et favorem tam per mare quam per terram contra quascunque terras, civitates, universitates et loca, personas ecclesiasticas vel seculares, cuiuscunque status et conditionis existant, etiamsi regali aut pontificali dignitate prefulgeant, inimicantes nunc vel in futurum dicto serenissimo principi domino Ludovico Romanorum regi eiusque imperio sive regno ac prefato illustri domino Frederico regi Scicilie vel regno suo et maxime contra processus et actus inicos[c] et dolosos Iacobi de Caturco, qui se dicit et falso nominat Iohannem papam vigesimum secundum, redundantes quocunque tempore contra quodcunque ius publicum et libertatem sacri Romani imperii ac personam ipsius serenissimi principis domini Ludovici Romanorum regis necnon contra prefatum illustrem dominum Fredericum Scicilie regem et regnum suum, excipiendo dumtaxat dictus dominus Romanorum rex dominos . . principes electores imperii et predicti procuratores procuratorio nomine quo supra illustrem principem dominum Iacobum regem Aragonum dicti domini regis Scicilie reverendum fratrem ipsiusque regis Aragonum in eodem regno posteros successuros.

3. Quas quidem unionem, confederationem et ligam et omnia et singula suprascripta prefatus dominus Romanorum rex et prefati procuratores procuratorio nomine quo supra promiserunt solempniter ac legitime firmas et firma, ratas et rata habere

320. a) *sequ.* ip *del. or.* b) paronomitanus? *or.* c) *sic or.*

1) *Servatum non est.*

perpetuo et tenere et contra non facere vel venire, set eas et ea inviolabiliter observare. Et ad amplioris ac maioris roboris firmitatem omnium premissorum dictus dominus Romanorum rex promisit et verbo regio firmavit ponendo et tenendo dexteram manum suam ad pectus, quod loco iuramenti et pro iuramento habetur per omnes Alamannos secundum consuetudinem Alamannorum regum Romanorum, predicta omnia et singula attendere et inviolabiliter observare. Et predicti procuratores[d] dicti illustris domini Frederici regis Scicilie procuratorio nomine pro eo, ut dictum est, in animam ipsius constituentis iuraverunt ad sancta Dei euangelia corporaliter tactis sacris, omnia et singula supradicta similiter attendere et inviolabiliter observare. Et voluerunt et mandaverunt predicti contrahentes, quod presens instrumentum duplicaretur per me notarium, quorum unum in cancellaria dicti domini Romanorum regis remaneat et aliud per dictos procuratores ad dictum dominum regem Scicilie destinetur[1].

Acta et celebrata sunt hec in civitate Mediolan(i) in palatio habitationis dicti domini Romanorum regis et publice publicata sub annis Domini ab eiusdem nativitate millesimo treccentesimo vigesimo septimo, indict. decima, regni dicti domini Romanorum regis anno tertiodecimo, die festivitatis beatorum Iacobi et Christopori, vigesimo quinto Iulii. Presentibus venerabili patre domino Guidone miseratione divina episcopo et domino Aretino, venerabili patre domino Ghebeardo eadem miseratione episcopo Estitensi, magnifico et excellenti viro domino Henrico duce Brusuiacensi, nobili et sapienti viro domino Hermanno de Litimberghe cancellario ipsius domini Rom(anorum) regis, nobili et egregio viro domino Guillelmo comite de Monteforte eiusdem domini regis in Mediolano speciali vicario et generali in tota provincia Lombardie[2], nobili et egregio viro domino Alberto Humolo ipsius domini regis mariscalco, reverendo et sapienti viro magistro Ulrico preposito Bamberiensi eiusdem domini regis protonotario, viris nobilibus et discretis domino Franchino de Rusconibus de Cumis ipsius civitatis capitaneo, dominis Marco et Oderisio de Vicecomitibus de Med(iolano), reverendo viro domino Gregorio preposito Sancti Georgei de Luca ac nobili viro Ettore comite de Panico et domino Bavoso de Eugubio ambaxiatoribus magnifici Kastrucii domini Lucanorum, prudentibus viris dominis Nerio Tempanella iudice et serr Arrico Patterio notario de Pisis ambaxiatoribus comunis Pis(arum), Tadeo de Ubertis et domino Bartolomeo de Cerchiis de Florentia pleban(o) plebis de Gropana et aliis pluribus testibus ad hec habitis et vocatis.

(S. N.) Ego Verius olim Mini Borestauri de Aretio imperiali auctoritate iudex ordinarius atque notarius publicus[3] et nunc regie camere predicti domini Romanorum regis notarius atque scriba predictis omnibus interfui eaque rogatus de ipsius domini regis mandato scripsi et publicavi.

(S. N.) Ego[e] Iuncta olim Mencii de Montelucci Aretin(us) civis imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius mandatum ipsius illustris domini Frederici regis Sicilie de verbo ad verbum vidi et legi, cum supra et infra scriptis notariis ordinationi[f] confederationis et lige ac omnium predictorum interfui et de hiis rogatus et mandato ipsius domini Romanorum regis et ambaxiatorum dicti regis Sicilie et procuratorum eiusdem me in testem subscripsi et ad maiorem roboris firmitatem et certitudinem premissorum signum meum apposui consuetum.

(S. N.) Ego[e] Lanfranchus Corbi de Luca imperialis aule iudex ordinarius et notarius mandatum ipsius illustris domini Frederigi regis Sicilie de verbo ad verbum vidi et legi, cum suprascriptis notariis ordinationi[g] confederationis et lige ac omnium predictorum

320. d) *sequ.* procuratorio nomine *delet. or.* e) *abhinc alia manus or.* f) *corr. ex* — tionis *or.* g) ordinationis *or.*

1) *Quod deperditum est.* 2) *Cf. infra nr. 324.* 3) *Cf. supra tom. IV, 525 lin. 33 sqq. et infra tom. VI nr. 347 et passim (e. gr. ad a. 1327. Dec. 13 in nota:* ambasator pro . . . Romano principe*).*

interfui et de hiis rogatus et mandato ipsius domini Romanorum regis et ambaxiatorum dicti regis Sicilie et procuratorum eiusdem me in testem subscripsi et ad maiorem roboris firmitatem et certitudinem premissorum singnum meum apposui consuetum.

---

321. LUDEWICI QUITATIO PRO CIVITATE LUBICENSI. 1327. Iul. 26.

Originale (or.) *in tabulario Meiningensi. Contulimus nos. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 276 nr. 2703 (Addit. I); cf. notam errore ut videtur typographi male ad nr. 2704 adiectam[1].

Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . .[a] consulibus et universis civibus Lubicen(sibus) fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Quia, prout nostris litteris[2] vobis commisimus, spectabili viro Bertoldo comiti de Hennemberg secretario nostro dilecto in summa sexcentarum librarum denariorum Lubicen(sium) dativorum annui census nobis et imperio per vos annis singulis in festo nativitatis beate virginis Marie solvendarum in eodem festo nunc proxime preterito nostro 1326. Sept. 8.
nomine satisfecistis et ipsas eidem pro anno presenti integraliter persolvistis, idcirco vestre sinceritatis obedienciam commendantes vestrisque indempnitatibus providere salubriter cupientes de eisdem sexcentis libris annui census quoad hunc annum vos quittos dicimus et solutos. Presencium testimonio litterarum appensione nostri sigilli regii firmatarum. In cuius rei testimonium presentes conscribi fecimus et nostri sigilli munimine iussimus communiri.

Dat. Mediolan(i), in crastino beati Iacobi apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni nostri anno terciodecimo.

---

322. EIUSDEM PRIVILEGIUM TRIVILIENSIBUS CONCESSUM. 1327. Iul. 29.

Editionem (ed.), *quam collatis inter se copia saec. XIV. et codice* B *fol. 3' nr. 7 bibliothecae Trivulzianae Mediolanensis paravit Barelli 'Archivio storico Italiano' Ser. V tom. 30 (1902) p. 64 nr. 28, hic illic in orthographicis correctam repetimus.*

Quae conveniunt cum Privilegio Heinrici VII. supra tom. IV nr. 601, ea typis minoribus excudenda curavimus.

321. a) . . . *or.*

1) *Huius Quitationis in tabulario Meiningensi servantur exemplaria sex eisdem verbis sub regio titulo confecta, a duobus vel tribus scriptoribus cancellariae regiae conscripta, sigillata, omnia data* in crastino exaltacionis sancte Crucis, *nempe a. 1329. 1330. 1331.* in Nůrembergh, *a. 1332. 1333. 1334.* in Franchenfůrt. *Quae nusquam civitati Lubicensi tradita sunt; cf. etiam Böhmer, Reg. Ludw. Addit. III p. XIII. Quitationis anni 1328. cognitionem non habemus.* 2) *Supra nr. 33.*

Ludoycus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

(1) Ad hoc nos ille qui celum terramque regit sua omnipotenti ordinatione constituit, ut inter ceteras nostras sollicitudines hec sit quasi precipua, quod hiis qui semper erga sacrum Romanum imperium ipsiusque dominos princip[al]es imperatores ac Romanos reges predecessores nostros suis fidelissimis ac devotissimis obsequiis perseveranter et incuntanter claruerunt nobisque omni promptitudine fidei et devotionis non deficiunt aliqualiter adherere, sua iura, libertates et gratias seu immunitates suas quascumque conservemus, manuteneamus ac defensemus, immo etiam semper gratiosius augeamus. (2) Ex parte igitur fidelium nostrorum et sacri imperii comunis et hominum castri de Trivillio grasso serenitati nostre regie extitit multipliciter exoratum, quatinus de solita nostra augustali clementia omnia privilegia, que a sacratissimis principibus Romanis imperatoribus et regibus predecessoribus nostris et specialiter Lotario, Friderico, Henrico, Conrado, Ottone[1] et Henrico ultimo[2] eis gratiose indulta sunt et concessa, ipsis ac dicto castro de Trivillio dignaremur de benignitate regia confirmare. Nos vero ipsorum instanti[vi]s supplicationibus tamquam iustis favorabiliter annuere cupientes ipsis comuni et castro Trivillii predictis omnia privilegia, prout per invictissimos Romanos imperatores et reges predecessores nostros et nominatim per superius expressos rite et rationabiliter indulta sunt, tradita et concessa, ratificamus, approbamus et presentis
IV nr. 601 cap. 2. scripti patrocinio confirmamus. Recipientes terram, territorium et districtum, comune et homines dicti castri Trivillii in nostram et sacri imperii protectionem specialem ac tenentes et servantes eandem terram, territorium et districtum pro nostra camera imperiali sic quod de cetero imperpetuum ipsa terra nulli preterquam Romano imperio subsit nec debeat aliqualiter
ibid. subiacere. (3) Contractus etiam emptionis seu permutationis per predictos [. .] comune et homines de Trivillio celebratos et factos cum monasterio sanctorum Gervasii et Protasii seu Simplitiani Mediolani omnemque liberationem et absolutionem per ipsum monasterium et per alios quorum intererat factas comuni et terre Trivillii supradictis, prout* provide facte sunt, ratas habentes approbamus et etiam cum universis antiquis et bonis consuetudinibus et statutis ipsorum iustis e certa scientia confirmamus eisdem. Adicientes ac concedentes predictis comuni et terre Trivillii honorem, districtum et iurisdictionem ac merum et mistum imperium exercendum per vicarium seu potestatem vel rectorem per ipsum comune electum vel eligendum, qui pro
cap. 3. tempore imperiali auctoritate imperio vacante vel non vacante rexerit in eadem. (4) Ad hoc volumus*, quod homines dicte terre* seu castri de Trivillio cum eorum mercimoniis, victualibus, rebus suis et negotiationibus quibuscunque secure ire, stare, transire ac redire possint per totum Romanum imperium pro libito sue voluntatis quodque generaliter omni gratia et libertate gaudeant et gaudere* possint et debeant, quibus alia loca seu terre ac homines im-
cf. cap. 4. periali camere subiecta vel subiecti dignoscuntur perfrui et gaudere. (5) Postremo confirmamus et etiam concedimus ipsis comuni et hominibus de Trivillio facultatem accipiendi de flumine Brembii districtus Pergamensis Seriolam et aquam et eam defluere faciendi ad ipsam terram Trivillii et eius territorium et ea utendi ad earum voluntatem, prout ipsam aquam de dicto flumine acceperunt et defluere fecerunt et usi sunt per
cap. 5. longum tempus. (6) Nulli ergo civitati, *baroni, *castro, *universitati nullive persone ecclesiastice vel seculari, cuiuscunque condictionis* sive status existat, liceat dicte terre Trivillii, comuni et habitatoribus eius de cetero onus seu condictium aut gravamen*, angariam vel perangeriam* nec fodrum seu collectam aliquam* preterquam Romanus rex vel imperator, cui predicti immediate subsint, imponere, petere ac impositam hinc retro ab eisdem exigere quoquomodo nec presumat hanc nostre ratificationis, approbationis seu confirmationis ac concessionis paginam infringere vel ei in ausu aliquo temerario contraire. Si quis

1) *Quae servata non sunt.* 2) *V. supra tom. IV p. 531 not. 1 et p. 563 nr. 601.*

vero presumptuose hoc facere presumpserit, penam quingentarum librarum auri, quarum medietatem fisco nostro, aliam vero medietatem comuni et terre Trivillii ipso facto et totiens quotiens contrafecerit inremissibiliter solvere teneatur, et ultra hoc nostram indignationem ac gravem nostre maiestatis offensam se noverit procul dubio incurrisse. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et sigilli maiestatis nostre munimine iussimus roborari.

Datum Mediolani, vigesimo nono die mensis Iulii, decima indictione, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

Et ego Hermannus de Lichtenberg imperialis aule cancellarius vice domini Henrici Coloniensis archiepiscopi per Ytaliam archicancellarii recognovi [et] manu propria [sub]-scripsi.

---

323. RECEPTIO IN PACEM TERRAE GENERALEM.
1327. Iul. 31.

Originale (or.) *in tabulario regio Dresdensi. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. — Iam edidimus 'Die Landfrieden' p. 168 nr. 13 ex* or. *Editionem nostram hic repetimus.*

Wir ratmanne und půrgere gemeine zů Hallen bekennen an disem gegenwertigen brife, daz wir zu deme erbern fursten unsme herrn lantgreve Frideriche zů Duringen und marcgreven zu Misne und in deme Osterlande und den andern, die in sime landvride zu Misne und in deme Osterlande sin[1], gelobd habn und uns vorbônden zu deme landvride getrulichen den zu haldene und da zu czu dynen, als eer gesatz ist. Wir schuln bie namen unsme herren deme vorgnanten marcgreven, swenne her uf den bischof von Merseburch czigen wolde eder sich uf in leigern, volgen und helfen mit hunderd mannen gewapent und als der landvride gesatz ist. Und were iz noit, wir scholden helfen so wir beste mochten mit gantzer macht zů vuze und zu pherden. Gesche abir daz unser vorgnanter herre der marcgreve sich anderswo leigerte eder czuge denne uf den bischof, so scholde wir die wile getruliche ane argelist deste vůrbaz tůn und schuln den bischof hindern allis des wir mochten, daz unser herre der marcgreve sin dynk deste baz geschafen mochte. Wirn unschuln uns ouch, die wile dirre landvride geweret, nach sůnen nach vriden mit deme bischofe, ez unsie unses herren wille des marcgreven. Zu eime orkunde dirre rede hab wir disen bryf lazen vorinsigeld mit unser stad insigele.

Dabie geweist sin dî erbern herren her Heinrich der bischof von Nuenburch, her Gunther greve von Kevernberg, her Otte und abir her Otte gebrudere von Bergowe, her Heinrich voyt von Plaue der Ruze gnant ist, her Heinrich der eldere voyt von Wyda und andere unser vorgnanten hern dez marcgreven und dez bischofs lůte gnůk.

Dirre bryf ist gegebn zu Lipczk, nach Gotis geburd tusend jar dryhundert jare in dem sybenundczwencisten jare, an sende Petirs abende in der ern.

---

1) *Supra nr. 303.*

324—332. LUDEWICI SCRIPTA DIVERSA.
1327. Aug. 1.—23.

324. *Constitutio vicarii generalis imperii in Lombardia.* *Aug. 1.*

Transsumtum (tr.) *a. 1327. Oct. 16 confectum in archivo Trivulziano Mediolanensi*[1]. *Descripsimus nos ad imaginem photographicam iussu bibliothecarii benivolenter transmissam.* — *Ineditum.*

Vicarii generalis titulum v. iam supra pag. 232 lin. 21 sq.

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Wilhelmo comiti de Monteforti generali in partibus Lombardie necnon in civitate et comitatu Mediol(an)i pro se et sacro Romano imperio vicario suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

1) *Cf. 'Bollettino Storico della Svizzera italiana' XXIX, 46.* *Verba transsumti in adnotatione ponere liceat:*

In nomine Domini.

Anno nativitatis eiusdem milesimo trecentesimo vigesimo septimo, indictione undecima, die Veneris sextodecimo Octubr., nobilis et sapiens vir dominus Branchinus Brusamani iudex et vicarius magnifici domini Guillelmi comitis de Monteforti pro serenissimo domino Ludowico Dei gratia Romanorum rege semper augusto in Mediolano et eius comitatu specialis et in tota Lombardia vicarii generalis precepit michi Franciscolo de Laude notario Mediolan(ensi), ut autenticarem et in publicam formam reducerem infradictum privilegium sigillo magno pendenti inclitissimi principis domini nostri domini Ludowici Dei gratia Romanorum regis semper augusti sigillatum. Cuius privilegii non cancellati non aboliti neque in aliqua sui parte viciati tenor talis est:

'Ludowicus Dei gratia — nostri anno tertiodecimo.' *supra nr. 324.*

In quorum etiam testimonium et maiorem firmitatem suprascriptus dominus iudex et vicarius ut supra hoc presens exemplum privilegii legit et de verbo ad verbum cum originali ascultavit.

Act. et dat. Mediol(an)i super pallatio veteri dicti comunis, presentibus Stefano de Vicomercato filio condam domini Morandi parochie sancti Petri ad Cornaredum porte Nove et Drueto Crivello filio domini Guizardi parochie sancte Marie Pedonis porte Vercelline notariis, domino Ardigano de Raude filio condam domini Pellegri parochie sancti Martini in Compedo porte Hor(ientalis), Filippolo Citadino filio domini Mayni parochie sancti Petri intus Vineam porte Vercelline et Michaele de Pischariis filio condam[a] domini Guidonis contrate sancti Vicentii ad Setaram M(edio)l(an)i testibus ydoneis ad hec vocatis et rogatis.

(S. N.)[b] Ego Dructus Crivelus filius domini Guizardi civitatis Mediolani porte Vercelline parrochie sancte Marie Pedonis auctoritate imperiali notarius hoc exemplum privillegii[c] scriptum per infradictum Francischolum notarium ex autentico una cum eodem notario diligenter et fideliter ascultavi cum orriginali. Et quia utcumque per ordinem in omnibus concordare inveni, de mandato suprascripti domini Branchini iudicis et vicarii ut supra fideliter me subscripsi, ut eidem exemplo tamquam proprio privillegio adhibeatur plena fides.

(S. N.)[b] Ego Steph(anu)s de Vicomercato notarius filius quondam domini Morandi civitatis Mediolani porte Nove parrochie sancti Petri ad Cornaredum auctoritate imperiali notarius hoc exemplum privilegii scriptum per infradictum Franceseholum notarium ex autentico una cum eodem notario diligenter et fideliter ascultavi cum originali[c]. Et quia utcunque per ordinem in omnibus concordare inveni, de mandato dicti domini Branchini iudicis et vicarii ut supra fideliter me subscripsi, ut eidem exemplo tamquam proprio privilegio adhibeatur plena fides.

(S. N.) Ego Franciscolus de Laude filius ser Leonis civitatis M(edio)l(an)i porte Romane parochie sancti Vicentii ad Setaram imperiali auctoritate notarius hoc presens exemplum privilegii per me una cum suprascriptis notariis de verbo ad verbum cum originali ascultatum de mandato suprascripti domini iudicis et vicarii ut supra ex autentico fideliter transcripsi et in publicam formam redduxi, ut eidem exemplo tanquam proprio privilegio adhibeatur plena fides.

a) filio condam *hic abbreviatum* fq *tr.* b) *abhinc alia manus tr.* c) *in loco raso tr.*

1. Cum pro augmento et felici reformatione status imperii, cuius gubernationem et defensionem Deus omnium elargitor sua superna gratia posuit super humeros nostros cuiusque honor, decor et gloria per quosdam nostros et ipsius emulos, hostes, inimicos et rebeles perfidos ac malignos, non verentes manifestum nephax in sacratissimi Romani imperii, quod tamen divinitus ut liquet institutum dinoscitur, gravius comittere diadema, est inreverenter et multipliciter vulneratus, nos ad partes Tuscie et ad urbem Romanam, que caput et apex dicti imperii extitit, pro recipienda nostra corona imperiali de consilio maturo . . principum, . . comitum, . . baronum, . . procerum et aliorum nobilium necnon fidelium nostrorum decreverimus transferendos, processuri cum Dei adiutorio ulterius contra auctores huiusmodi temeritatis magnifice et potenter, unde nos propria in persona Lombardiam sponsam nostram utique caram comode disponere ac ordinare non possumus nec valemus, conscideratis igitur fide, prudentia et legalitate tuis, quibus erga nos et dictum sacrum Romanum imperium sepius strenuissime claruisti et ob quorum fiduciam presumimus[a] per te iura nostra et imperii in partibus Lombardie prefate posse deffendi et viriliter conservari, te nostrum et sacri Romani imperii in partibus Lombardie universis necnon specialiter in civitate et comitatu Mediol(an)i vicarium generalem vice et loco nostri usque ad nostrum beneplacitum constituimus, facimus et ordinamus auctoritate nostra regia per presentes.

2. Dantes tibi plenam et liberam facultatem in singulis terris, civitatibus, castris, burgis, opidis et villis Lombardie predicte et etiam specialiter in civitate et districtu Mediol(an)i . . vicarios, . . capitaneos, . . potestates, . . iudices seu . . rectores auctoritate regia ac vice et nomine nostro et Romani imperii de novo creandi, faciendi, instituendi ac ordinandi, institutos olim a predecessoribus nostris imperatoribus seu Romanorum regibus in quibusconque officiis, dignitatibus, potestatibus seu vicariis confirmandi, locandi et institutionem ipsorum renovandi ad tempus vel ad vitam ipsorum ac etiam in perpetuum, eosdem vicarios, potestates ac alios officiales seu officiatos, quoconque nomine censeantur sive quibusconque presint civitatibus, dignitatibus, officiis vel beneficiis, quorum institutio et destitutio nobis et Romano imperio dinoscitur pertinere, removendi, depponendi et destituendi ac privandi seu privatos, destitutos et remotos nunciandi, in locum ipsorum seu loco eorundem alios subrogandi, mulctas et penas eorum preceptis et mandatis rebellantibus et resistentibus imponendi, ab eisdem exigendi et ad solucionem eorum compellendi, privilegia ipsorum innovandi, renovandi et confirmandi, in quaconque verborum forma impetrata fuerint vel concessa. Ecclesiasticas dignitates, canonias, prebendas seu alia beneficia in collegiatis ecclesiis tam regularibus quam secularibus nomine primariarum nostrarum precum conferendi, personas etiam ad hoc expedientes in . . milites, . . consiliarios, . . capellanos, . . familiares et domesticos nostros et imperii recipiendi et aggregandi ac sic receptis concedendi cum nostris militibus et familiaribus parem privilegii, stipendii, honoris et status dignitatem necnon ordinandi, creandi et conficiendi publicos notarios. Filios naturales tam spurios quam manceres et alios quosconque ex incesto[b] coytu procreatos legiptimandi et cum ipsis super deffectu quolibet huiusmodi dispensandi. Feuda quoque antiqua, recta et legalia, si tamen comitatus aut superiores dignitates non fuerint, conferendi ac infeudandi vassalos imperii de feudis, que manu vel ore fuerint conferendi, recipiendi a vassalis nostris fidelitatis et omagii sacramenta. Exercendi preterea et agendi queconque ad merum [et][c] mistum pertinent imperium et omnia et singula faciendi que facere possemus in premissis et circa premissa propria in persona, etiamsi mandatum quantumconque exigant speciale. Promittentes nos rata, firma et grata habituros nomine nostro et imperii Romani, quicquid per te ordinatum, factum vel gestum fuerit seu quomodolibet procuratum in predictis et quolibet predictorum.

324. a) presūmimus *tr.* b) incestu *tr.* c) *excidit tr.*

3. Iniungentes exnunc canzellario nostro sub debito fidelitatis, ut concessiones, infeudationes, confirmationes, institutiones seu destitutiones, placita, conventiones, contractus, renovationes privilegiorum seu privilegia per te data et concessa, postquam ei per litteras et sigillum tui Wilhelmi presentata fuerint, in formam publicam reddigantur et sigillo maiestatis regie roborentur, que si roborata, insinuata, sigillata et reddacta fuerint sive non, nichilominus ipsa vires et vigores ac firmitatem habere volumus, acsi reddacta, consignata et sigillata fuissent et per nos ipsos concessa, ordinata, placita et comissa.

4. Mandantes et firmiter precipientes universis terris, civitatibus, castris, opidis, burgis et villis atque omnibus nobilibus et innobilibus, ecclesiasticis et secularibus, cuiusconque status, dignitatis seu eminentie existant, nostris et imperii fidelibus dilectis, quatinus tibi tanquam nostro generali vicario et specialiter fideles nostri de civitate et comitatu Mediol(an)i in omnibus humiliter pareant et intendant fideliter cum effectu. Alioquin penas et banna, quas ipse contra inhobedientes tulerit iuxte, exnunc approbantes et ratas habentes faciemus contra oppositores huiusmodi irremissibiliter observari.

In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo nostre maiestatis iussimus comuniri.

Dat. Mediolani, die prima mensis Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, regni vero nostri anno tertiodecimo.

325. *Mandatum iteratum ad telonearios in Cuba pro Bertholdo comite de Henneberg.* *Aug. 3.*

Cf. supra nr. 261.

Originale in tabulario Meiningensi. Contulit W. Füsslein. Sigillum desideratur, foraminibus relictis.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 276 nr. 2704 (Addit. I).

Wir Lud(owich) von Gots genaden Romischer chunig ze allen zeiten merer dez reiches enbieten Otten dem Zenger burchgrafen ze Chub und Rugeren dem Nortwiner brobst von Oppenheim, unsern lieben getriwen unser huld und allez gůt.

Wir gebieten eu bei unsern hulden, daz ir dem edeln manne graf Ber(tolden) von
Nov. 30. Hennenberch unserm lieben swager und heimlicher alle jare ze sand Anderes tach tusent pfunt Haller gebet von unserm zolle ze Chub und im dar uber ewer offen brief gebet, daz ir im daz selbe gelt von unsern wegen geben wellet, wan wir im unser stat ze dem Neunmarcht dar umme gesatzet haben, der wir můsten enbern, ob ir daz nicht entæt. Dar umb sult ir wizzen, tæt ir dez nicht, so můsten wir ander setzen an ewer stat, di im ir brief gern geben und unser gebot hielten. Dar uber ze urchunde geben wir disen brief versigelt mit unserm insigel.

Der geben ist ze Maylan, dez Montages vor sand Laurentzii tag, do man zalt von Christes geburt dreutzehenhundert jare dar nach in dem sibenundzweintzigistem jare, in dem dreutzehendem jare unsers reichs.

326—329. SCRIPTA SUPER COMITIVA PRAESTANDA. 1327. Aug. 4.—11.

326. *Facultas Bertholdo comiti de Henneberg data.* *Aug. 4.*

Originale (or.) *ibidem. Contulimus nos. Sigillum fere illaesum pendet loro membranaceo. In verso legitur:* Remissio dn̄orum Saxonie ad dn̄m Ber. comitem, ut se cum ipso conponant pro subsidio imperatori faciendo.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 56 nr. 943.

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus spectabili viro Berhtoldo comiti de Hennenberg, secretario suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

1. Quanta virtute, quanta gloria et honore preclara Saxonum[a] nobilitas strennuis actibus multis et longis temporibus retroactis sacrum tenuerit et rexerit imperium, antiquitas indicat et scripturarum cronice attestantur. Principes quidem, magnates et nobiles Saxonie olim dicti sunt et fuerunt ipsius imperii fundatores, qui per actus bellicos et gloriosos triumphos ipsum[b] plantaverunt et in diebus illis magnifice extulerunt. Hii pre ceteris gentis Theutonice incorporati sunt imperio et ad obsequendum sibi plus aliis deputati, unde et duos habent principes electores ad ipsorum quidem gloriam et quod ad defensionem amplius ipsi inperio obligantur. Inter cetera vero debita obsequia Roman(is) imperatoribus et regibus ex antiqua conswetudine tenentur obnoxii, quod transeuntibus eis Alpes ipsos debent sequi armorum, equorum et hominum apparatu singuli iuxta posse, sicut hoc est notorie manifestum.

2. Quare cum duce Domino, cuius gracia regimus et regnamus, Alpes transiverimus Lombardie et feliciter progrediamur Romam imperiales infulas solempniter recepturi, omnes et singulos principes ecclesiasticos et seculares et alios prelatos inferiores necnon comites et barones aliosque nobiles requisivimus et affective rogavimus et nichilominus sub pena privacionis omnium iurium, privilegiorum et bonorum, que tenent a sacro imperio, monuimus et ipsis precepimus patentibus scriptis nostris[1], quatinus unusquisque iuxta debitum et possibilitatem suam decenter se expediat de armorum, equorum et equitum apparatu ad sequendum nos et serviendum nobis ad dictum nostrum propositum consumandum, ita quod a notificacione presencium infra continuos duos menses, quos ad hoc terminum peremptorium statuimus, realiter expediti iter arripiant usque ad nos continue procedendi.

3. Cumque executioni premissorum nos ipsi insistere non possimus, auctoritatem tibi concedimus in predictis et plenarie vices nostras, ut singulos suprascriptos privacione feodorum, privilegiorum, iurium et bonorum, que a sacro tenent imperio, et aliis penis et modis oportunis ad faciendum et observandum per te vel alium compellere valeas et arcere. Quod si quis necessitatis forte causa venire non poterit vel armatorum mittere comitivam, permittimus quod huiusmodi obsequium pecuniario subsidio pro stipendiariis aliis conquirendis ad arbitrium et provisionem tuam reddimat et commutet, quamvis presenciam cuiuslibet tam propter certitudinem fidei quam personarum streunuitatem et habendum fidele consilium longe amplius amplexemur, aut si forte huiusmodi obsequium in quodlibet aliud obsequium vel profectum alium tibi visum fuerit convertendum. Ratum habentes et gratum, quicquid in premissis vel quolibet premissorum per te vel substitutum aut substitutos tuos[b] ordinandum duxeris[b] vel agendum.

Dat. Mediolani, IIII. die mensis Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

327. *Mandatum provinciae Saxoniae missum.* *Aug. 6.*

Originalia duo 1 *et* 2 *eadem manu exarata ibidem. Contulimus nos. Pendent loris membranaceis sigillum autographi* 1 *laesum, sigilli fragmentum autographi* 2. *In verso leguntur manu coaeva scripta:* ut principes Saxonie seculares et ecclesiastici conferant domino imperatori subsidium (1), *itemque* ut domini Saxonie comitentur inperatorem ultra Alpes quilibet iuxta posse (2).

Böhmer, Reg. Ludw. p. 56 nr. 944.

326. a) ū *in loco raso or.* b) *in loco raso or.*

1) *Infra nr. 327.*

Lu-dowicus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis et singulis . .[b] principibus[c] ecclesiasticis et secularibus, . . episcopis, . . ducibus, . .[b] lantgraviis, . . abbatibus[c] inferioribusque prelatis necnon comitibus, ingenuis, baronibus, ministerialibus, militibus et militaribus quibuscumque in provincia Saxonie constitutis, presentes audituris litteras vel visuris, suis et imperii fidelibus devotis gratiam suam et omne bonum.

1. Quanta virtute, quanta gloria et honore preclara Saxonum nobilitas strennuis actibus multis et longis temporibus retroactis sacrum tenuerit et rexerit imperium, antiquitas indicat et scripturarum cronice attestantur. Principes quidem, magnates et nobiles Saxonie olim dicti sunt et fuerunt ipsius imperii fundatores, qui per actus bellicos et gloriosos triumphos ipsum plantaverunt et in diebus suis magnifice extulerunt. Hii ceteris gentis Theutonice magis incorporati sunt imperio et ad obsequendum sibi plus aliis deputati, unde duos habent principes electores ad ipsorum quidem gloriam et quod ad defensionem ipsi imperio amplius obligantur. Inter cetera vero debita obsequia Roman(is)[d] imperatoribus et regibus tenentur obnoxii, quod transeuntibus eis Alpes ipsi tenentur cominus eos sequi armatorum[e], equorum et hominum apparatu singuli iuxta posse, sicut hoc est notorie manifestum.

2. Quare cum duce Domino, cuius gratia regimus et regnamus, Alpes transiverimus Lombardie[f] et feliciter progrediamur Romam imperiales infulas potenter et sollempniter assumpturi, omnes et singulos vos affectu maiori quo possumus hortamur, petimus, requirimus et monemus et nichilominus sub pena imperialis banni, confiscationis videlicet omnium bonorum vestrorum mobilium et immobilium[g] et privacionis iurium, privilegiorum et rerum, que tenetis ab imperio, strictissime iniungimus et mandamus, quatinus unusquisque vestrum iuxta debitum et possibilitatem suam decenter se expediat de armorum, equorum et hominum apparatu ad sequendum nos et serviendum nobis ad dictum nostrum propositum consumandum, ita quod a notificacione presencium infra continuos duos menses, quos ad hoc terminum peremptorium statuimus, totaliter expediti iter arripiatis usque ad nos continue procedendi.

3. Quod si quis vestrum necessitatis forte causa venire non poterit vel armatorum mittere comitivam, eidem sub pena prescripta precipimus, quod huiusmodi obsequium pecuniario subsidio decime partis bonorum et feodorum, que tenet ab imperio, pro stipendiariis aliis conquirendis[h], ad arbitrium et provisionem spectabilis viri Bertholdi comitis de Hennenberg secretarii nostri dilecti, cui in huiusmodi vices nostras commisimus, redimat et commutet, quamvis magis vestram presenciam et propter certitudinem fidei et sanitatem consilii ac personarum et laboris strennuitatem longe amplius diligamus, vel si forte eidem comiti visum fuerit, obsequium huiusmodi in quodlibet aliud obsequium vel profectum alium convertendum. Ratum habentes et gratum, quidquid[i] idem comes vel per se vel per quemcumque suum substitutum, quem pari vice fungi volumus, faciendum vel ordinandum duxerit in premissis et quolibet premissorum.

Dat. in castris districtus Mediolani, sexto die mensis Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

328. *Mandatum civitati Lubicensi directum.* *Aug. 9.*

Originale (or.) *in tabulario civitatis Lubicensis. Contulimus nos. Sigilli maiestatis cerae albae dorso impressi vestigia apparent. — Ed. 'Codex diplom. Lubecensis' II, 428 nr. 483 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 357 nr. 3241 (Addit. III).

327. a) Ludowicus 2. b) . 1. c) . . *add.* 2. d) Rom̃ 2. e) armorum 2. f) Lomb. 1. g) inmob. 2. h) comquir. 1. i) quicquid 2.

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris magistris et universitati civium Lubicensium, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Sic a retroactis temporibus est servatum et est debitum, quod Rom(anis) regibus transeuntibus Alpes Lomb(ardie) ad recipiendum Rome imperialis culminis dyadema vos eosdem sequi et ipsis obsequi tenemini iuxtà decentiam ipsorum et vestram armatorum equitum comitiva. Cumque Deo duce ipsas Alpes transiverimus et progrediamur Rom(am) ad predictum nostre intencionis propositum confirmandum, fidelem dilectionem vestram ex multo affectu requirimus et rogamus et nichilominus sub pena privacionis privilegiorum, graciarum, iurium et bonorum, que et quas a sacro habetis et possidetis imperio, districte vobis iniungimus et mandamus, quatinus a receptione presencium infra continuos duos menses, quos vobis pro termino peremptorio assignamus, eosdem armatos equites in competenti numero per omnia expeditos ipsis duobus mensibus elapsis usque ad nos[a] arrepto et continuato itinere[b] transmittatis. Volumus quidem iura vestra inviolabiliter observare et confidimus vice versa, quod in premissis et aliis etiam iura nostra et imperii velitis cum promptitudine adtendere et servare. Si vero alicuius necessitatis casus in exequendis premissis vos forsitan impediret, contenti sumus quod huiusmodi obsequium armatorum pecuniario subsidio pro stipendiariis aliis conquirendis ad arbitrium spectabilis viri Ber(toldi) comitis de Hennenberg, cui in huiusmodi vices nostras commisimus[1], redimatis.

Dat. in castris extra Mediolanum, VIIII. die mensis Augusti, regni nostri anno terciodecimo.

329. *Mandatum iteratum ad civitates Saxoniae.* *Aug. 11.*

Originale in tabulario Meiningensi. Contulimus nos. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. In verso legitur: Remissio civitatum Mulh. North. et aliarum, ut se conponant cum dn̄o.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 57 nr. 945.

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris magistris, consulibus et universis civibus civitatum Lubek, Mulhausen, Northausen, Goslaeren et Diertmunt, suis et imperii fidelibus predilectis gratiam suam et omne bonum.

Quia per Dei gratiam feliciter Alpes transivimus Lomb(ardie) et progredimur continuis viis et passibus Romam imperiales infulas recepturi, unde nobis ex antiqua conswetudine debitores estis de prestando obsequio armatorum singuli iuxta posse, prout in aliis nostris litteris[2] vobis descripsimus sigillatim, fidelitatem vestram instantive requirimus, petimus et monemus communiter et divisim et nichilominus sub debito fidei et pena privacionis omnium privilegiorum, iurium et bonorum, que tenetis ab imperio, strictissime iniungimus et mandamus, quatinus ipsa iura nostra nobis servantes, qui vestra vobis servare volumus et augere, infra continuos duos menses a receptione presencium numerandos, quos vobis pro termino peremptorio assignamus, armatos in numero conpetenti et iuxta possibilitatem vestram expediatis sufficienter de armis et equis et post lapsum dictorum mensium usque ad nos continuo destinetis. Quod si forte aliquo casu neccessitatis inpediti huiusmodi numerum armatorum conducere seu mittere non possetis, sufficit nobis quod huiusmodi obsequium in aliud pecuniarium subsidium aut servicium

328. a) usque ad nos *supra lineam add. or.* b) *sequitur supra lineam rasura trium verborum spatium adaequans or.; prius enim hic adiunctum erat:* usque ad nos; *cf. notam* a.

1) *Cf. supra nr. 326.* 2) *Cf. supra nr. 327.*

ad arbitrium spectabilis viri Berth(oldi) comitis de Hennenberch secretarii nostri dilecti, cui in hac parte vices nostras commisimus, commutetis. Nos enim eidem iniu[n]ximus seriose, quod ad execucionem et observanciam premissorum auctoritate nostra quibuslibet oportunis viis et modis conpellere vos debeat et arcere [1]. Volentes firmum et ratum esse, quod ipse in premissis et quolibet premissorum decreverit faciendum.

Dat. in campis iuxta Medyol(anum), XI. die mensis Augusti, regni nostri anno terciodecimo.

---

330. *Recognitio debiti iterata pro comite de Henneberg.* *Aug. 11.*

Originale deperditum. Copia (c.) *in Copiario tabularii Meiningensis. — Ed. 'Hennebergisches Urkundenbuch' V, 68 nr. 121 ex* c. *Editionem repetimus in orthographicis correctam.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 57 nr. 946.

Wir Ludewig von Gots gnaden Romischer kůnig zu allen ziten merer des richis vorjehen offinlich an disem briefe, das wir deme ediln manne Bertholden grafen von Hennenberg unserme lieben swagir und heimlicher schuldig sin und gelten sullen drietusent phunt Hallir, die uf in zu schaden gangin sint, die wile er in unserme dinste waz und bie uns zu Trient und auch andirswa vor und nach. Und die selbin drietusent phunt Hallir slahen wir yme uf die phant, daruf wir yme vor vorschaffet haben zwelftusent phunt Hallir, die wir yme vor schuldig sin, und uf den selben phanden sal er und sin erben die vorgenanten drietusent phunt haben in allem dem rechtem uud in aller der wise, alz er die zwelftusent phunt daruf hat und als die briefe sagent, die er darubir von uns hat [2]. Und darubir zu urkunde gebin wir yme disen brief vorsigelten mit unserme insigel.

Der geben ist uf deme velde bie Maylan, dez Eritags[a] nach send Laurentien tage, da man zalt von Cristes geburt drutzehenhundert jare und darnach in deme sibenundtzwentzigistem jare, in deme dritzehenden jar unsers richis.

331. *Privilegium pro castro Soncini.* *Aug. 20.*

Copia (c.) *saec. XIV. ex. in tabulario civitatis Cremonensis cum rubro:* Exemplum unius privilegii comunis Soncini. *Contulimus nos. — Ed. Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 862 nr. 1114 ex* c.

Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Quotiens nostrorum et sacri Romani imperii fidelium comoditatibus per gratias, emunitates et per singula oportuna consulimus, totiens bonum nostrum et predicti Romani imperii procuramus necnon statum et honorem nostrum, qui in augendo ipsum imperium consistit, augemus et evidentius amplificamus. Accedentes igitur ad serenitatis nostre presentiam fideles nostri et sacri Romani imperii homines castri Sunzini nobis plenissima fide et sufficientius demonstrarunt, quod predictum castrum Sunzini, eius districtus, in quo situs est plebatus Calsi, cum universis hominibus ibidem habitantibus inmediate ad cameram nostram et sacri Romani imperii pertinent et quod nulli alteri comuni vel universitati aut singulari persone preterquam nobis, ipsi Romano imperio nostrisque

330. a) fritag *male c.*

1) *Cf. supra nr. 326.* 2) *Cf. supra nr. 232.*

successoribus Romanis principibus non sunt aliqualiter subditi aut subiecti[1], humiliter supplicantes, quatinus de solita nostra clementia ipsis easdem gratias [et] emunitates confirmare necnon de novo dignaremur concedere et conferre. Nos vero eorum petitionibus favorabiliter annuere cupientes ac ipsis omnia iura et emunitates, libertates et gratias, que et quas antiquitus possiderunt et habuerunt, presentibus confirmantes predictum castrum, eius districtum cum plebatu Calsi necnon universos homines ibidem habitantes in nostram et sacri Romani imperii gratiam, protectionem et benivolentiam recipimus specialem. Decernentes ac volentes ipsos inmediate ad nostram et sacri Romani imperii cameram ordinatius pertinere, sic quod nulli alteri comuni vel universitati aut singulari persone ratione dominii vel quasi vel alicuius subiectionis vel submissionis preterquam nobis nostrisque successoribus in Romano imperio subditi esse debent vel subiecti quoquo modo, recepto ab eis fidelitatis, quam semper nobis et imperio servare tenentur, debito sacramento. Nulli ergo hominum, cuiuscumque conditionis seu status persona existat ecclesiastica seu secularis, alta vel humilis nec comune aut universitas quecumque audeat hanc nostre concessionis gratiam infringere vel ei in ausu aliquo temerario contraire. Quod qui facere presumpserint, nostram indignationem regiam et penam centum librarum auri, quarum medietas fisco nostro, alia vero medietas ipsis passis iniuriam irremissibiliter persolvatur, se noverint sanctione presentium procul dubio incurrisse. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis regie iussimus communiri.

Dat. in Sunzino, XX. die mensis Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, regni vero nostri anno tertiodecimo.

332. *Collatio iudicii.* *Aug. 23.*

Originale in tabulario regio Confluentino. Descripsimus nos. Sigillum desideratur filis sericis viridis flavique coloris relictis. In verso legitur: ℞ *manu cancellariae regis exaratum, itemque in margine superiori manu Trevirensi:* .L. rex dat comiti Sayn iurisdictionem in Poilche ·27· — *Ineditum.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 357 nr. 3242 (Addit. III).

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum presencium inspectorum noticiam volumus presentibus pervenire, quod nos considerantes strennuitatem et fidelitatem indefessam obsequiorum nobis per nobilem virum Iohannem de Seyn dominum de Choyvern nostrum et imperii fidelem dilectum exhibitorum et inantea fideliter exhibendorum eidem iudicium in villa Pôlich cum mero et mixto imperio ac simplici iurisdictione concedimus et nostro ac sacri Romani imperii nomine in feodum conferimus auctoritate nostra regia per presentes. Volentes ut per se vel per alium seu per alios, quem vel quos ad hoc deputaverit, huiusmodi iudicatus officium ipsiusque iudicatus iurisdictionem in villa prefata quoad omnes causas criminales seu civiles, cuiuscunque condicionis sive casus existant, inantea absque impedimento quolibet valeat libere exercere. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo nostro regio iussimus communiri.

Dat. in campis ultra passum trans Padum in Cremona, XXIII. die mensis Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno tertiodecimo.

---

1) *Cf. supra tom. IV nr. 694.*

333—337. TRACTATUS CUM COMITE HOLLANDIAE SUPER SECURITATE PONTIFICI FACIENDA.

1327. Aug. 6.—Sept. 3.

333. *Procuratorium comitis.* *Aug. 6.*

Servatur infra in Instrumento nr. 336 cap. 2, ubi vide.

Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus comes Hanonie, Hollandie, Zelandie et dominus Frisie cum noticia veritatis salutem.

Notum volumus esse universis, quod nos de legalitate ac circumspectionis industria reverendi viri Godefridi abbatis Viconiensis ac nobilis viri Michaelis de Ligne militis domini de Pontoy marescalci nostri Hanonie nostrorum consiliariorum fidelium plenius confidentes, [eosdem] nostros facimus et constituimus veros et legitimos procuratores ac nuncios speciales et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, set quod per unum inchoatum fuerit, per alium terminari valeat et finiri. Dantes eisdem et cuilibet eorum in solidum plenam, generalem et liberam presentibus potestatem ac mandatum speciale iurandi pro nobis ac nomine nostro in animam nostram sanctissimo in Christo patri ac domino nostro domino Iohanni divina providentia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici, quod nunquam deinceps contra personam eiusdem domini nostri summi pontificis erimus nec fatiemus verbo, facto aut consilio nec etiam contra matrem nostram sacrosanctam Romanam ecclesiam, immo circa predictum dominum nostrum ac sanctam ecclesiam antedictam sinceris affectionibus devotionem ac reverentiam gerimus et geremus filialem. In cuius rei testimonium et facti evidentiam sigillum nostrum maius presentibus duximus apponendum.

Datum apud castrum nostrum de Caisnoit, feria V. post festum beati Petri ad vincula, anno Domini MCCCXXVII.

334. *Litterae eiusdem pontifici missae.* *Aug. 7.*

Servantur infra in Instrumento nr. 335 cap. 6, ubi vide.

Sanctissimo in Christo patri ac domino meo domino Iohanni divina providentia sacrosancte ac universalis ecclesie summo pontifici Guillelmus comes Hanonie, Hollandie, Zeelandie et dominus Frisie devota pedum oscula beatorum.

Sanctitatis vestre litteras nuper per reverendum in Christo patrem dominum A(dam) Dei gratia Herfod(ensem) episcopum cum devotione et reverentia multa recepi. Quibus lectis et plenius intellectis, audita quoque verbali expressione dicti episcopi tam super eisdem litteris quam aliis que sibi placuit enarrare habitaque deliberacione et consilio diligenti super illis, dictum episcopum vestre sanctitati remisi excusationem verbotenus cum meis recommendatoriis litteris comportantem. Nichilominus ambassiatores meos .. abbatem Viconiensem et Michaelem de Linea militem iterum mitto ad sanctam sedem vestram de mente et voluntate mea plenius super premissis et aliis informatos. Quos audire dignetur et exaudire benigniter paterne clementia bonitatis et michi servitori humili quecunque beneplacita precipere et mandare.

Conservet vos Altissimus ecclesie sue sancte per tempora multa.

Dat Valenchen(is), Augusti die VII.

335. *Instrumentum super negotiationibus coram pontifice habitis confectum.* *Aug. 29.*

Minuta (M) *in tabulario Vaticano inter 'Instrumenta miscellanea a. 1327' nr. 27. Descripsimus nos. Tribus petiis chartaceis consutis constat; in verso legitur:* Negocium comitis [a] Hanonie. — *In forma integra ineditum. Extr. apud Riezler 'Vatikan. Akten' p. 343 nr. 901 ex* M.

Reg. Mollat 'Lettres communes' nr. 29712.

In nomine Domini amen.

Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo vicesimo septimo, die XXVIIII. mensis Augusti, X. ind., pontificatus sanctissimi patris domini Iohannis divina providentia pape XXII. anno XI.

1. Noverint universi presens scriptum publicum inspecturi, quod in domini nostri pape predicti presentia et reverendorum in Christo patrum dominorum Guill(elm)i Sabinen(sis), Petri Penestrin(ensis) episcoporum, Petri Sancte Susanne, Gaucelmi Sanctorum Marcellini et Petri tit(ulorum) presbiterorum et Bertrandi Sancte Marie in Aquiro diaconi card(inalium) et nobis G(eraldo) de Lalo ac Laur(enti)o Antimani de Capua notariis publicis infrascriptis constituti venerabilis pater dominus Adam Herfoden(sis) episcopus et religiosus vir dominus Godofridus abbas monasterii Viconien(sis) ac nobilis vir dominus Michael de Lingne miles [b] dominus de Pontoy marescallus spectabilis viri domini Guill(elm)i comitis Hanonie, prefati abbas et miles nuncii et procuratores dicti comitis, prout de procuratione sua fidem fecerunt per quandam patentem litteram [1] sigillatam pendenti sigillo dicti comitis in cera viridi sculpto in eo ex una parte uno milite equite spatam et scutum tenente et in circumferenciis ipsius sigilli scriptum erat et legi poterat 'Sigillum G(uillelmi) Dei gratia comitis Hanonie, Hollandie, Zelandie et domini Frisie', que ibidem lecta extitit et cuius tenor de verbo ad verbum inferius describetur [2], quandam aliam litteram ex parte dicti comitis missam dicto domino nostro pape [3] et eidem assignatam et ostensam recognoverunt illam esse, quam ipsi domino nostro noviter portaverant et presentaverant ex parte comitis supradicti, que etiam littera fuit eis lecta et dicto militi vulgarizata. Cuius etiam littere tenor inferius est insertus [4].

2. Et ibidem dictus dominus noster papa interrogavit dictos episcopum Herfodensem et procuratores, qualiter dictus comes et ipsi intelligunt illud verbum in dicto procuratorio contentum, scilicet quod dat dictus comes dictis procuratoribus speciale mandatum iurandi in animam suam, quod nunquam deinceps contra personam eiusdem domini nostri pape erit nec contra matrem suam sanctam Romanam ecclesiam, si intelligunt favendo vel auxilium dando Ludovico de Bavaria, et quare non fuerat hoc expressum in procuratorio. Et specialiter dictos procuratores dictus dominus noster papa audire voluit super intentione dicti comitis super istis, cum ipsi procuratores essent de intentione dicti comitis plenius informati secundum tenorem littere clause per dictum comitem dicto domino nostro pape directe et per ipsos procuratores recognite, ut prefertur.

3. Qui memoratus Herfodensis episcopus sacrosanctis euangeliis ante se positis iuravit super hoc dicere veritatem et dixit per iuramentum suum quod prestiterat, quod in tractatu nuper habito cum dicto comite et consilio suo per eundem episcopum super securitate facienda dicto domino nostro pape, quod dictus comes non iuvaret dictum Ludovicum, expresse fuit tactum et prolocutum, quod idem comes nullum auxilium faceret per se vel alios Ludovico de Bavaria contra dominum nostrum papam vel Ro(manam) ecclesiam et quod comes dixit expresse eidem episcopo, cum de hoc ageretur, nisi forte

335. a) *lacuna in M.* b) *supra lineam add. M.*

1) *Supra nr. 333.* 2) *Infra nr. 336 cap. 2.* 3) *Supra nr. 334.* 4) *Infra cap. 6.*

de beneplacito domini pape posset ire ad tractandum de pace. Item quod in mandato facto per eundem comitem dictis nunciis non est facta super hoc mentio specialis pro honore dicti comitis salvando et ad vitandum scandalum et infamiam facti, que possent insurgere ex causis sanctitati dicti domini nostri pape expressis. Item quod intencio dictorum nuntiorum et episcopi fuit et est et idem credunt de omnibus qui interfuerunt in dicto tractatu, quod idem comes virtute iuramenti prestandi per nuncios predictos tenetur et obligatus est, quod dicto Ludovico de Bavaria seu alicui alteri per se vel alium contra dictum dominum papam seu Romanam ecclesiam non prestabit auxilium, consilium vel favorem. Et iuravit dictus episcopus, quod coram dicto comite et consilio hoc fuit expresse actum et concordatum. Ponantur nomina consiliariorum presentium, qui tunc nominati fuerunt.

4. Item ibidem dictus abbas Viconiensis nuncius et procurator comitis Hanonie supradicti iuravit ad sancta Dei euangelia corporaliter a se tacta dicere super hoc veritatem. Qui dixit per iuramentum suum, quod in tractatu nuper habito cum dicto comite et consilio suo per eundem episcopum super securitate facienda dicto domino nostro pape de non iuvando Ludovicum de Bavaria expresse fuit tactum et prolocutum, quod idem comes nullum auxilium faceret per se vel alios Ludovico de Bavaria contra dominum nostrum papam vel Romanam ecclesiam. Item quod in mandato facto per eundem comitem dictis nunciis non est facta super hoc mentio specialis pro honore dicti comitis salvando et ad vitandum scandalum et infamiam facti, que possent insurgere ex causis sanctitati domini nostri pape expressis. Item quod intencio dictorum nunciorum et episcopi fuit et est et idem credunt de omnibus qui interfuerunt in dicto tractatu, quorum nomina subsecuntur videlicet Walerandus de Lucemborgh, dominus de Lygne, Iohannes dominus de Barbenchon, Godefridus de Nasse, Iohannes Sauset, dominus de Bonsent, Walterus dominus de Bousy et Michael de Lygne, quod idem comes virtute iuramenti prestandi per nuncios predictos tenetur et obligatus est, quod dicto Ludovico seu alicui alteri contra dictum dominum papam seu Romanam ecclesiam non prestabit auxilium, consilium vel favorem per se vel alium. Et credunt quod eadem fuit intencio domini comitis secundum ea que audiverunt ab eo.

5. Item ibidem dictus miles nuncius etc.[c]

6. De quibus omnibus idem dominus noster papa mandavit nobis notariis, quod inde faceremus publicum instrumentum. Tenor vero procuratorii predicti talis est: Ponatur eius forma[1]. Item tenor[d] littere supradicte recognite[d] ex parte[e] dicti comitis per dictos procuratores suos dicto domino nostre pape misse et assignate talis est:

'Sanctissimo in Christo patri — Augusti die VII.' *supra nr. 334.*

Ponatur hic forma iuramenti procuratorum, prout est infra in alio instrumento.

Actum Avinion(e) in camera dicti domini nostri pape, anno, mense, die, ind. et pontificatu predictis, presentibus quibus supra.

336. *Instrumentum super iuramento praestito confectum.* *Aug. 29.*

Ex eadem minuta M, *ubi Instrumentum nr. 335 statim sequitur; v. supra. — In forma integra ineditum. Extr. apud Riezler l. c. ex* M.[2]

Cf. Mollat l. c.

335. c) *ita in M.* d) tenor — recognite *supra lineam add. M.* e) ex parte *subtus lineam add. M.*

1) *Supra nr. 333.* 2) *Autographon iam deperditum indicari videtur in 'Catalogo chartarum archivi sanctae Romanae ecclesiae' a. 1366. iussu pontificis Avinione confecto (Muratori 'Antiquitates Italicae medii aevi' VI, col. 75—190, de quo v. iam supra tom. III ad nr. 206—209) l. c. col. 189 VII.*

1. Anno et die quibus supra[1], in eiusdem domini nostri et dominorum cardinalium ac notariorum suprascriptorum presentia constituti religiosus vir dominus Godefridus abbas Viconiensis ac nobilis vir dominus Michael de Ligne miles dominus de Pontoy marescallus spectabilis viri domini Guill(elm)i comitis Hanonie procuratores et nuntii dicti comitis Hanonie, sicut de ipsorum procuratione fidem fecerunt per quandam patentem litteram[2] sigillo pendenti in cera viridi cum uno milite equite spatam et scutum tenente sculpto et in circumferentiis ipsius sigilli scriptum erat et legi poterat 'Sigillum Guill(elm)i Dei gratia comitis Hanonie, Hollandie, Zelandie et domini Frizie' sigillatam, cuius tenor inferius est insertus, qui quidem abbas et miles tanquam procuratores et nuncii eiusdem militis ad id speciale mandatum habentes nomine procuratorio ipsius comitis iuraverunt ad sancta Dei euangelia corporaliter a se tacta in animam ipsius comitis, quod nunquam deinceps ipse dominus Guillelmus comes contra personam eiusdem domini nostri pape erit per se nec per alium nec fatiet verbo, facto aut consilio nec etiam contra matrem suam sanctam Romanam ecclesiam[a], immo circa predictum dominum nostrum papam ac sanctam ecclesiam antedictam sinceris affectionibus devotionem et reverentiam gerit ac geret filialem.

2. De qua quidem iuramenti prestatione predictus dominus noster papa precepit nobis dictis notariis infrascriptis, quod inde faceremus publicum instrumentum. Tenor vero dicte littere seu procurationis talis est:

'Universis presentes litteras — anno Domini MCCCXXVII'. *supra nr. 333.*

337. *Litterae pontificis ad comitem.* *Sept. 3.*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 114 II fol. 55' nr. 938. Descripsimus nos. — Ed. Brom 'Bullarium Traiectense' I, 321 nr. 737 ex* c. *Extr. apud Riezler l. c. p. 344 nr. 902 ex* c.

Guillermo comiti Hannonie.

Nuper venerabilem fratrem nostrum Adam episcopum Herfordensem primo ac deinde dil. fil. Godefredum abbatem monasterii Wiconiensis Cameracen. dioc. et nobilem virum Michaelem de Ligne dominum de Pontoit tue nobilitatis nuncios ad nostram cum tuis diversis litteris presenciam redeuntes benigne recepimus et ea que tam prefatus episcopus quam tui predicti nuncii super excusatione tua, de qua faciebant eedem littere mencionem, ac aliis a te fili, sicut asseruerunt, impositis coram nobis exponere curaverunt, pleno collegimus intellectu. Quibus necnon litterarum predictarum serie diligencius intellectis, excusationem predictam favorabiliter admisimus et te, quem fidelem sacrosancte Romane ecclesie reputamus filium et devotum, habuimus et habemus in hac parte totaliter excusatum. Subsequenter vero dispensationem per carissimum in Christo filium Edwardum regem et carissimam in Christo filiam nostram Isabellem matrem suam reginam Anglie illustres et te fili a nobis humiliter et instanter petitam duximus concedendam[3], sicut prelibati episcopus et nuncii refferre tibi plenius poterunt viva voce.

336. a) matrem suam *add. etiam hic M.*

Contulimus codicem tabularii Vaticani 'Armar. XXXV tom. 9'. Ubi haec: Item quoddam instrumentum continens, qualiter certi procuratores comitis Hanonie Avinionem destinati in presentia domini Iohannis papae XXII. nomineque et in animam dicti comitis promiserunt et iurarunt, quod nunquam esset dictus comes contra dictum dominum papam nec ecclesiam Romanam nec iuvaret in aliquo Ludovicum de Bavaria. Dat. Avinione, anno Domini MCCCXXVII.

1) *Scil. nr. 335.* 2) *Supra nr. 333.* 3) *A. 1327. Aug. 30 datum originale servatur in tabulario Montensi nr. 441 signatum. Procurator est Andreas Sapiti, cuius nomine Gualterus clericus eius docurecepit. Cf. etiam exemplar regi Angliae missum apud Mollat l. c. nr. 29594 et Brom l. c. I, 320 nr. 725.*

Rogamus itaque nobilitatem tuam attencius et hortamur, quatinus in devotione ipsius ecclesie matris tue sic constanter et clare persistere ipsamque devotionem commendandis et sibi merito acceptis studeas comprobare, a contrariis quibuslibet actibus penitus abstinendo, quod nedum ipsius ecclesie quam habes tibi conserves graciam, sed eam erga te tuosque posteros adaugeri pocius ac nos et eandem ecclesiam reperire merearis in exhibitione favoris et gracie de bono semper in melius prompciores.

Dat. Avinion(e), III. Non. Septembris, anno undecimo.

---

338. LITTERAE BERNARDI DE BOXADOS AD INFANTEM ARAGONENSEM.

(1327.) Aug. 12.

Originale (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi CRD nr. 12285. Sigilli vestigia adsunt. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, nr. 288 ex* or. *Editionem repetimus; cf. notas apud Finke l. c. adiectas.*

. . . Un hom ara noveylament es vengut de Napols et comta, que eyl ha audes de algun privat del rey Robert les noveyles quis seguexen, que lemperador es a Mila et que avia presos micer March et micer Galeas, els quals per algunes rahons ab volentat de la major partida de la part Gebelina avia escapçats. E avia fet vicari a Mila I noble d'Alamanya. E el comu de Mila avia li dats LX milia florins. Tota la part Gebelina ajudavali poderosament de cavaylers et de diners. E eyl endreçava son viatge a Roma. Et devian partir dins breus dies. La emperadriu era aqui ab eyl et avia aut I fiyl, per la qual cosa alguns dies avia tardat lemperador de fer lo dit viatge. Empero era ver, que eyl ha enviats DCC cavaylers . . . en Romanya et eren venguts en I loch, hon lo senyor en Iohan german del rey Robert era et avien li cavalcada batayla, dues vegades, et eyl era ab III milia homens a cavayl e noy era volgut exir. Eaxi los dits Tudeschs avien occupats molts lochs a la part Gebelina. Los Romans, ço es assaber aquels de la ciutat, avien fora gitats alguns daqueyls de la Colona et dels Orssins, perço con alguns avien presa cavayleria del rey Robert, et altres avien familiaritat ab eyl et avien enviat adir al rey Robert, que eyls no entenien a acuylir en la dita ciutat eyl ne nuyl hom per eyl, mas si lo papa venia, que eren apareylats dacuylir lo, axi con se pertanya. E si lo papa noy venia, ey venia lemperador, que eyls lacuylirien, que no volien tots semps esser orffers de papa et demperador, axi quel rey Robert per la raho dessus dita avia enviades III galees en Romanya et tot vexel, que trobaven, qui vianda y metes, lo robaven . . .

Dat. in castro Callari, pridie Idus Augusti.

---

339. LITTERAE EPISCOPI TRAIECTENSIS AD PONTIFICEM SUPER PUBLICATIONE PROCESSUUM.

1327. Aug. 15.

Copia (c.) *in Registro supra ad nr. 289. 290 sub* 2 *adhibito. — Ed. S. Muller l. c. p. 89 nr. 86 ex* c. *Editionem repetimus in minutiis hic illic correctam.*

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Iohanni divina providencia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici Iohannes Dei et vestri gracia episcopus Traiectensis devota pedum oscula beatorum.

Sanctitati vestre tenore presencium innotescat, quod nos anno Domini MCCCXXVII, in die beate Marie Magdalene, in quodam monasterio nostre dyocesis quatuor litteras (Iul. 22.) vestras cum filo canapis et vera bulla plumbea, ut prima facie apparebat, bullatas cum ea qua decuit reverencia recepimus, ex quibus duas postmodum in vigilia assumpcionis beate Marie virginis, quia tunc prius post recepcionem earum arduis nostris et ecclesie (Aug. 14.) nostre negociis impediti civitatem nostram Traiectensem intravimus, in loco capitulari clero et populo ad hoc convocatis per nos exsequi fecimus secundum omnem formam et exigenciam earum, alias autem duas die immediate sequenti per nostrum officialem (Aug. 15.) in ecclesia nostra Traiectensi exsequi fecimus et publicari.

Prima autem littera per nos exsequta sic incipit:

'Iohannes episcopus servus servorum Dei venerabili fratri episcopo Traiectensi salutem et apostolicam benediccionem.

Pridem contra Ludovicum de Bavaria — terminum cerciores.

Datum Avinion(e), Non. Aprilis, pontificatus nostri anno XI°. *supra nr. 282 sub* 1 b.

Littera vero secunda sic incipit:

'Iohannes episcopus servus servorum Dei venerabili fratri episcopo Traiectensi salutem et apostolicam benedictionem.

Pridem contra Ludovicum de Bavaria — de fratrum nostrorum consilio etc.' Et finit in data:

'Datum Avinion(e), Non. Aprilis, pontificatus nostri anno XI°. *v. supra nr. 282 sub* 1 a.

Et hec sanctitati vestre ceterisque omnibus quorum interest per hoc publicum instrumentum manu notarii publici infrascripti apostolica auctoritate videlicet Huberti de Budel clerici Leodien. dyoc. de mandato nostro conscriptum et sigillo nostro sigillatum et subscriptum duximus intimandum.

Et ego Hubertus de Budel clericus Leodien. dyoc. publicus apostolica auctoritate notarius publicacioni et exsecucioni facte per reverendum in Christo patrem et dominum dominum Iohannem episcopum Traiectensem litterarum apostolicarum predictarum presens una cum testibus interfui easque vidi et audivi et de mandato dicti domini episcopi hoc instrumentum publicum manu propria conscripsi signoque meo solito signavi rogatus.

Acta sunt hec anno nativitatis Domini MCCCXXVII, indictione X, mensis Augusti die XV[a], in loco capitulari ecclesie Traiectensis, presentibus ibidem honorabilibus viris domino preposito Davantriensi, preposito Arnhemensi, decano maioris ecclesie Traiectensis, domino Arnoldo de Yselsteyne, domino Stephano de Zulen militibus testibus vocatis ad premissa, astante prelatorum, clericorum et laycorum multitudine copiosa.

---

340. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD PRINCIPES ET CIVITATES ALEMANNIAE.

1327. Aug. 17.

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom.* 114^{II} *f. 45 nr. 871. Descripsimus nos. — Ineditum.*

Reg. Löher loco supra ad nr. 243 citato p. 219 nr. 496; Preger-Reinkens p. 326 nr. 376.

339. a) 14 *ed.*

Universis principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, militibus ac universitatibus et communitatibus civitatum, castrorum, terrarum et aliorum quorumcunque locorum per Alamaniam constitutis.

Monet pii patris benivola pietas et fervida caritas persuadet, ut vobis, quos tanquam spiritualis adoptionis filios in viam salutis dirigere cupimus, devii noxia specialiter intimemus eisdem ex diffusa[a] rei notitia. Ad vestram iam credimus pervenisse notitiam, quod exigentibus Ludovici olim Bavarie ducis excessibus variis detestandis et culpis plures et diversos diversis temporibus de fratrum nostrorum consilio presente multitudine copiosa fidelium contra ipsum processus habuimus, per quos eundem excomunicatum siquidem et demum iure, si quod sibi ad regnum vel imperium Roman(um) ex ea que de ipso celebrata fuisse dicebatur ab hactenus electione discordi forsitan competebat, denunciavimus privatum a Domino ac ipsum ad cautelam iure huiusmodi, subsequenter etiam feudis et privilegiis omnibus, que a Romana vel quibusvis ecclesiis aliis aut eodem imperio quomodolibet obtinebat, et specialiter ducatu Bavarie privavimus sententialiter et hereticorum fautorem esse pariter duximus declarandum, peremptorie nichilominus citantes eundem, ut ipse super crimine heresis, de qua se manifeste convictum reddidisse dinoscitur, in certo termino quem sibi prefiximus se personaliter apostolico debeat conspectui presentare. Ac insuper contra quoscumque tam clericos quam laycos, cuiuscunque preminentie, dignitatis, ordinis, conditionis et status existant, etiamsi regali vel pontificali seu quavis alia dignitate prefulgeant, prefato Ludovico super hiis, que ad dictum regnum aut imperium seu administrationem ipsorum pertinent, adherentes et parentes ac obedientes seu prestantes auxilium, consilium vel favorem per se vel alium directe vel indirecte, publice vel occulte excommunicationis in singulares personas et interdicti in terras et loca ipsorum ac communitates et universitates forsitan delinquentes promulgatis sententiis necnon privationis privilegiorum apostolicorum et imperialium etiam, feudorum quoque, bonorum et honorum pariter necnon dignitatum, personatuum et officiorum ac beneficiorum quorumlibet personarum ecclesiasticarum et tam personarum ipsarum quam earum et aliarum quarumcunque super hiis adherentium prefato Ludovico aut prestantium quomodolibet sibi auxilium, consilium vel favorem, filiorum et nepotum usque ad quartam generationem inhabilitationis penis comminatis, ad quarum inflictionem nos absque citatione ac monitione alia in eisdem processibus prediximus processuros, prout in dictis processibus hec et alia plenius continentur[1]. Cum itaque, sicut audivimus, Ludovicus idem tanquam derelictus a Domino et de suis contra impetum fluminis[2] videlicet Dei potentiam quas merito perdidit viribus non confisus, pecunie seu gentis subsidium a vobis duxerit implorandum, nos cupientes o filii tanquam de vestre salutis et fame commodo paterna solicitudine vigiles et circa salutiferum statum vestrum Altissimo placidum studio diligentis operationis intenti, quod ex vestra contra huiusmodi processus atque sententias offensa vel culpa indignationem non incurratis maiestatis inmense nec lesis maternis affectibus in animarum vestrarum periculum dictam offendatis ecclesiam matrem vestram, predicto Ludovico in premissis quomodolibet adherendo seu prestando ut prefertur eidem auxilium, consilium vel favorem, premissas sententias dampnabiliter incurrendo, universitatem et prudentiam vestram monemus, rogamus attentius et hortamur et vestrum singulis districtius iniungentes, quatinus in hac parte vobis ab imminentis ruine lapsu tam provide quam salubriter precaventes dictosque processus atque sententias obedienter et firmiter observantes prefato Ludovico aut fautoribus, complicibus seu sequacibus suis nullatenus adherere temptetis nec ubicumque aliquod sibi prestetis subsidium, auxilium, consilium vel favorem, quin potius tanquam filii ut spera-

340. a) *verbum excidit in c.; addendum fere:* obviantes.

1) *Supra nr. 273. 274. 277.* 2) *Cf. Ps. 45, 5.*

mus benedictionis et gratie vestrarum ut bonarum mentium oculos dirigentes ad Deum et filialem reddentes in omnibus hiis et aliis ipsi ecclesie reverentiam et honorem, erga eam in constantia devotionis et fidei sic ferventer et inmobiliter persistatis, quod votivis apud nos proficientes successibus hac nostra exhortatione salubri premissis per vos sententiis evitatis et penis digne apud gratiam Retributoris excelsi vota vestra proficiant et quod ipsi ecclesie per vos grata exhibitione impenditur, per eam vobis et posteris dignis retributionibus compensetur.

Datum Avinion(e), XVI. Kal. Septembris, anno undecimo.

---

341. PROMISSIO COMITIS DE SPANHEIM SUPER ADIUTORIO PACI GENERALI PRAESTANDO.

1327. Aug. 20.

Originale (or.) *in tabulario civitatis Spirensis. Contulimus nos. Sigillum, quod loro membranaceo pendebat, desideratur foraminibus relictis. — Ed. Hilgard 'Urkunden zur Gesch. der Stadt Speyer' p. 299 nr. 374 ex* or.

Wir Johan grave von Spamheim důn kunt allin den die diesin brief ane sehint odir horint lesin, daz wir den erbern wisin luͤdin den stedin Mentzin, Wormiszin, Spyer und Oppinheim globin zů helfin von des lantfriedin wegin gen den zů des Ringraven Steyn, also lange bit der Stein wirt geẘnnen oder bit wir und die selbin stede gewinnen ein rehte sůne mit den von dem selbin Steyne. Wir insoln uns auch nit sůnen mit den von dem Steyn vorbnant ane willen der gnantin stede. Die selbin stede soln sich auch nit sůnen mit den von dem Steine ane uns. Iz ist auch me gered also, queme iz als verre daz wir ar die selbin stede umman fiengin, so soln wir zwene unsir frůnde und ie die stad von den vorbnantin zwene irre frůnde dar zů setzin, waz die dar zů heizint, daz sal man důn. Were iz abir daz wir und die stede gesůnit wôrdin bit den von dem Steine, daz daz hus nit von uns geẘnnen inworde, so soln beide wir und sie abe brechin allin den bu, den wir ar umman andirs da vor gebuhit han, und soln nit gestadin, daz kein bu da vor stende virlibe. Komit iz abir dar zů, daz wir den Stein gewinnen und nit gesůnit inwerdin, so soln wir in abe brechin und soln dar zů abe brechin allin den bu, der von uns ar umman andirs da vor gebuhit ist, und insoln des nit gestadin, daz umbir hus of dem selbin Steine ar dar umme an den stedin, da wir ar andir luͤde gebuhit hattin, werde gemaht. Alle diese vorbnantin stůcke globin wir stede und veste zů haldin mit gůdin truwin ane arglist und gebin is diesin brief besiegilt mit unserm ingesigel zů eim rehtin orkunde.

Der ist gebin da man zalt nach Gots gebort druzenhůndirt und in dem syebinundzwetzigdistim jare, an dem Důnrisdach nach unsir Frowin dag assumpcio.

---

342. DUCIS CALABRIAE ENCYCLICA ALTERA AD CIVITATES ET NOBILES ITALIAE MISSA.

1327. Aug. 26.

Cf. supra nr. 271.

Copia (c.) *in Registris Andegavensibus tabularii regii Neapolitani tom. 266 fol. 220. — Dedit Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 40 nr. 66 ex* c. *Editionem repetimus. Cf. l. c. p. 41 nr. 67.*

Karolus etc. nobilibus et discretis viris potestati, capitaneo, rectoribus, consilio et communi Sancti Miniatis, dilectis et devotis paternis et nostris salutem etc.

1. Ex inspectione prudentie, que rerum metitur exitus, adinvenienda sunt ante tempus cum deliberatione consilia et providenda pariter que noscuntur in tempore oportuna. Et licet hec communiter omnium agendorum dispositio exigat, expedienter tamen et necessario id requirit et expetit actuum bellicorum directio, cui magis solet plerumque celeritas quam virtus compendium optate prosequcionis afferre. Pluries quidem vos de adventu obstinati Bavari cautos reddidisse recolimus et previsos nec sicut videmus in patulo et ipsa rei experientia probabiliter indicat, nostra scriptio inculcata frequentius affectus vestros dormientes quodamodo potuit curiosos efficere et iteratis insinuationibus excitare. Sic enim sensus vestros vigilantes hactenus et in negotiorum partis Guelfe prosecutione solicitos nova causa superveniens hebetasse videtur, sic efficisse remissos, sic tepidos reddidisse, quod ipsam partem Guelfam ex quadam diversione negligitis et illam per solitum armigere gentis subsidium non iuvatis. Profecto solebatis hactenus vestris fratribus Florentinis in casibus oportunis assistere et valida fulcimenta exfortii promptius exhibere ipsique vobis etiam versa vice. Probat hec quidem et manifeste declarat experimentum preteriti temporis, s[c]ilicet quondam Henrici Romanorum regis, qui de beneplacito veniebat ecclesie, aliquibus cardinalibus sicut nostis in signum maioris certitudinis sibi datis. Quo utique tempore Florentinis eisdem, sicut est notorium, potenti astitistis exfortio et fraterne subventionis presidium sinceris affectibus impendistis.

2. Quanto magis nunc in istius adventu Bavari contra Deum et ecclesiam venientis conari realiter deberetis, attendatis quesumus, si presentia nostra, qui unicus patri existimus et per consequens magis carus, ab auxilii missione solita utique debuit intentionem divertere et a consueta promptitudine taliter segregare, videatis prudenter, si intermisso regali patrimonio in partes istas veniendo pro relevatione partis Guelfe, que sicut manifestis patet inditiis, noscebatur extinta et Domino faciente revixit, perierat et inventa est[1], debuistis manus ab auxilii missione subtrahere et necessitates pro ipsius partis convenientes agendis per subventionem solitam non iuvare. Consideretis etiam, de quorum causa nunc agitur et si est negotium preteriti dispar. Certe si provida meditatione pensatis, que vobis pensanda rebus sic se habentibus iudicio saniori occurrunt, et vobismet ipsis prospicietis consulte et fratrum vestrorum commoda que vestra sunt procurare nullatenus omittetis.[a]

3. Sic igitur devotionem vestram attente requirimus et hortamur, ut cum Bavarus ipse suum versus partes istas dicatur possetenus festinare accessum iamque vicesimo
Aug. 22. secundo huius mensis Cremonam applicuerit cum toto suo exfortio Padumque instanter transiverit, marescallum suum cum mille quingentis equitibus premittendo, sicut concordat assertio plurimorum, commissam negligentiam, que profecto huiusmodi agendorum prosequtionibus non leve compendium attulit et gravius est quod absit, si committatur ulterius, allatura, per curiose solicitudinis suffragium redimentes, maius quod potestis armigere gentis exfortium parare instanter et cum omni festinancia in nostri subsidium ad partes istas, ubi totum pendet negotium, destinare velitis, ut vestris aliorumque amicorum et fidelium fulti presidiis et viribus agregatis muniti nedum ad resistendum ipsi Bavaro, sed ad eius conatus infestos et reprobos eludendum eumque impugnandum pariter potentius assurgamus. Per quod hostibus Deo duce succumbentibus extreme deiectionis detrimenta persentiant et fideles triumphantes hostilibus superatis malitiis solita tranquillitate letentur. Alioquin ad defensionem amicorum et fidelium, qui nobis

342. a) gravioris *c.*

1) *Cf. Luc. 15, 24.*

subvenerint, sicut aptius expedire videbimus cum honore paterno et nostro verisimiliter nostra studia convertemus. Nam non ea que nostra sunt querimus, sed que vestro et partis Guelfe sint profutura statui propensius cogitamus. Super quibus relatibus domini Goffridi de Civitate consiliarii, familiaris et fidelis paterni et nostri latoris presentium velitis fidem credulam adhibere.

Datum Florentie, anno Domini MCCCXXVII, die XXVI. Augusti, X. ind., regnorum etc. anno XVIIII[1].

343—345. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE DIVERSIS MISSAE.

1327. Aug. 31.—Sept. 12.

343. *Litterae ad Iohannem regem Bohemiae et archiepiscopum Trevirensem.* *Aug. 31.*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom.* 114^{II} *fol. 55' nr. 937. Contulimus nos. — Ed. Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 62 nr. 1252 ex* c.

Iohanni regi Boemie.

Dil. fil. Boemundum archidiaconum Treverensem ac Heliam de Monasterio in Meyneveld canonicum ecclesie Sancti Symeonis Treverensis necnon viros nobiles Symeonem Philippi de Regalibus ac Symeonem de Marchevilla dominum de Perroya regios ac venerabilis fratris nostri Bald(ewini) archiepiscopi Treverensis tui patrui nuncios ac litteras, per quas eisdem peciistis fidem adhiberi credulam, per ipsos nobis oblatas benignitate recepimus consueta, quos siquidem nuntios consideratione mittentium et eorum probitatis etiam patienter audivimus et que sub commissa sibi credentia curaverunt exponere, intelleximus diligenter. Super quibus cum nonnullis ex nostris fratribus sancte Romane ecclesie cardinalibus deliberato ac cum prefatis nunciis habita collatione frequenter, ad presens per ipsos nuncios non providimus aliud respondendum, sed in hoc resedit nostra et fratrum ipsorum deliberatio, quod cum negotia per ipsos exposita ponderosa existant notabiliter et ardua, certos nostros ad eas partes nuncios destinemus, cum quibus deliberatione matura et provida, que ad laudem et honorem divine maiestatis et complacentiam regiam cedere debeant, super hiis valeant ordinari.

In e(undem) m(odum) dicto archiepiscopo, detracto nomine dicti Symonis de Marchevilla, qui in littera archiepiscopi pro nuncio non erat scriptus.

Dat. Avin(ione), II. Kal. Septembris, anno undecimo.

1) *In Registris l. c. sequuntur haec:* Eodem die similes facte sunt: Illis de domo de Malavoltis de Senis. Illis de domo Tholomeorum de Senis. Illis de domo Sarracenorum de Senis. Rectoribus, consilio et communi Vulterre. Illis de domo Salimbenum de Senis. Rectoribus, consilio et communi Sancti Geminiani. Rectoribus, consilio et communi terre Collis.

Rectoribus, consilio et communi Urbis Veteris. Prioribus artium, rectoribus, consilio et communi civitatis Perusii. Potestati, capitaneo, consilio et communi civitatis Assisii. Potestati, capitaneo, consilio et communi Fulginii. Potestati, capitaneo, rectoribus, consilio et communi Eugubii. Potestati, capitaneo, rectoribus, consilio et communi Spoleti. Commissa fuit credentia Iacobo de Ortuela de Aquila.

Regiminibus, consilio et communi civitatis Bononie. Commissa fuit credentia domino Guillelmo Scillato de Salerno.

Domino Accurribono necnon communi Tholentini. Domino Gentili et domino Ioanni necnon consilio et communi Camerini. Sine credentia.

344. *Litterae ad Rudolfum ducem Saxoniae.* *Sept. 1.*

Copia (c.) *ibidem tom. 114^{II} fol. 56 nr. 940. Descripsimus nos. — Ineditum.*

Reg. Löher loco supra ad nr. 243 citato p. 219 nr. 499; Preger-Reinkens p. 237 nr. 379; Schmidt 'Päbstl. Urkunden' I, 204 nr. 282.

Dil. fil. nobili viro Rudolpho duci Saxonie.

Litteras nobilitatis tue nobis novissime presentatas benigne recepimus et ea que continebantur in eis, pleno collegimus intellectu. Sane quia per eas devotionem sinceram, quam geris ad Romanam ecclesiam matrem tuam, delectabiliter recensendo et te ad illius honorem et obsequia velut benedictionis filius devotis affectibus offerendo, de statu Ludovici olim Bavarie ducis certior effici tibique per nos qualiter te gerere super hoc deceat, impendi salubre consilium postulasti, nos tue prudentie breviter super hiis respondentes statum eiusdem Ludovici tibi succinti sermonis serie providimus describendum. Ipse namque Ludovicus, qui licet monitus et expectatus diutius non curavit per viam veritatis et iustitie dirigere gressus suos, sed ad divinam et ecclesie Romane aspirans iugiter contumeliam et offensam, suis horrendis excessibus et culpis gravibus exigentibus per processus nostros diversis temporibus de fratrum nostrorum consilio presente multitudine copiosa fidelium habitos contra eum primo excomunicationis sententiis innodatus et deinde iure, si quod sibi ad regnum vel imperium Roman(um) ex electione discordi, que de ipso celebrata dicebatur, quomodolibet competebat, ac postmodum omnibus privilegiis, immunitatibus, libertatibus et gratiis apostolicis et imperialibus et specialiter ducatu Bavarie iusto privatus extitit iudicio et esse fautor hereticorum manifestus sententialiter declaratus et citatus nichilominus personaliter, certo sibi prefixo termino, coram nobis super crimine heresis, de qua se convictum manifeste reddidit, sententiam auditurus, diversis aliis penis et sententiis spiritualibus et temporalibus tam contra eum, quam quoscunque fautores, valitores et adiutores ipsius et sibi quomodolibet adherentes inflictis, sicut in ipsis processibus cum magna deliberatione ac maturitate digestis, quos per diversa mundi climata publicari solenniter mandavimus, plenius continetur [1]. Ex quibus statum infelicem et perniciosum ipsius et quomodo te gerere super hiis expediat, colligere fili tue nobilitatis circumspectio poterit evidenter. Nos autem tuam sinceram devotionem, quam ad memoratam geris ecclesiam ut prefertur ac oblationem tuam predictam utique Deo gratam ac nobis et apostolice sedi acceptam plurimum in Domino commendantes, eandem nobilitatem tuam rogamus attentius et hortamur, quatinus in devotione huiusmodi sic perseveranter studeas permanere, quod ex hoc divine propitiationis abundantiam ac nostram et eiusdem sedis uberiorem gratiam merito consequaris.

Datum Avinion(e), Kal. Septembris, anno undecimo.

345. *Litterae ad primogenitum comitis de Marca.* *Sept. 12.*

Copia (c.) *ibidem tom. 114^{II} fol. 176' nr. 1715. Contulit K. H. Schäfer. Partim corrosum est, itaque textum non omnino recte absolvere licuit. — Ed. Sauerland l. c. II, 64 nr. 1257 ex* c. *Extr. apud Riezler 'Vatikan. Akten' p. 345 nr. 905 ex* c.

Cf. Preger-Reinkens l. c. p. 238 nr. 381.

Nobili viro Adulpho nobilis viri Engilberti comitis de Marka primogenito.

Nobilitatis tue litteras excusationem tuam super hiis, que [nobis] contra te de adhesione illius viri reprobi [et] nephandi Ludovici olim ducis Bavarie [relata] fuerant,

1) *Supra nr. 273. 274.*

continentes benigne recepimus [et ea]rum intelleximus seriem diligenter. Sane fili [quamvis] sinistra de te nobis fuerint, sicut tenor continebat tuarum predictarum litterarum, suggesta, tamen in filiorum nostrorum presertim nobilium devotorum ad sanctam matrem Romanam ecclesiam[a] gratitudine delectamur. De contrario plurimum anxie [id] accessit nostris affectibus, quod scripsisti. Tuam nobilitatem habentes plenarie super hoc excusatam, sano tibi nichilominus consilio suadendo, quatinus in eiusdem ecclesie devotione sincera perseveranter et inconcusse studeas permanere, ipsius hostes et adversarios velut proprios abhorrendo. Ex hoc enim nostram et eiusdem ecclesie uberiorem tibi gratiam vendicabis.

Dat. Avinion(e), II. Idus Septembris, anno duodecimo.

---

346. LUDEWICI CONSTITUTIO VICARII VALLIS ARNI.
1327. Sept. 10.

Originale (or.) *Pisis in tabulario familiae Roncioni, quod nobis petentibus reperiri non poterat. Sigillum desideratur; membrana partim corrosa est. — Ed. Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 41 nr. 68 ex* or. *Editionem repetimus.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 57 nr. 947.

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper a[ugustus ho]minibus totius vallis Arni suis [et imperii fidelibus] gratiam suam et omne bonum.

Quamvis populus Pisan[us, qui sem]per comuniter ac unanimiter constantem et approbatam f[idem] Romano imperio ac Romanorum imperatoribus et regibus predecessoribus nostris illustribus indubie tenuit atque gessit, nos ad quorundam emulorum nostrorum cecam et fatuam informationem in civitatem Pisanam non intromittere proposuerit et conceperit, minus bene sentiens quod nos ob fidelitatis ipsius populi communis ac civitatis Pisani predicti constantiam ultra hoc, quod propter universale bonum nostrorum ac sacri Romani imperii fidelium procurandum venimus ad partes Italie, nos reduximus cum gentibus nostris validissimis magnifice et potenter, tamen vos, licet eidem populo Pisano attenderitis, tamquam nostros fideles et vere imperiales prosequi volumus gratiosis benevolen[tii]s et favore et ad id perficiendum ad vos strenuum virum Bartholomeum Zampantum de Pis[is] fidelem nostrum dilectum vicarium nostrum transmittimus et presentibus destinamus. Fidelitati vestri precipientes et sub obtentu gratie nostre mandantes, quatinus ad instructionem eiusdem ad mandata nostra et imperii non obstante rebellione Pisanorum predicta statim visis presentibus redeatis, contradictione et occasione quibuslibet pretermissis. Eidem Bartholomeo in omnibus vice et loco nostri sub pena privationis iurium ac rerum vestrarum omnium ac destructione perpetua obedientes [et] intendentes in omnibus fideliter ac devote. Harum testimonio litterarum.

[Da]tum in burgis civitatis Pisane, X. die mensis Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo [vicesim]o septimo, regni nostri anno [tertio]decimo.

---

345. a) et *add. c.*

347. FIDELITAS COMMUNIS SARZANAE LUDEWICO PRAESTITA ET RECEPTIO IN GRATIAM.
1327. Sept. 24.

Originale (or.) *in tabulario civitatis Sarzanae nr. 16*[1]. *Descripsimus nos a. 1905. — Ineditum.*

In Dei nomine amen.

Notum sit omnibus presens instrumentum publicum inspecturis, quod sapientes viri dominus Iohannes Iunte, dominus Iohannes Cambii iurisperiti, Tomasius Bonacursi et Felippinus Pacis de Sarzana sindici et procuratores comunis dicte terre ad infrascripta solempniter constituti, ut de ipsorum mandato constat per publicum instrumentum scriptum manu ser Iacobi condam Iohannis Bonapartis de Sarzana notarii[2] a me Verio notario infrascripto viso et lecto, constituti in presentia serenissimi principis domini Ludovici Dei gratia Romanorum regis semper augusti sindicario et procuratorio nomine ipsius comunis de Sarzana et omnium contentorum in dicto instrumento sindicatus recognoverunt prefatum dominum Ludovicum in verum, legitimum et unicum regem Romanorum ac in verum, legitimum et naturalem dominum ipsorum et totius comunis dicte terre. Et promiserunt nomine quo supra eidem domino regi puram veram et debitam fidelitatem et stare semper et parere alte et basse omnibus et singulis mandatis ipsius domini Romanorum regis et sue curie et cuiuslibet sui vicarii necnon rebelles suos et Rom(ani) imperii non[a] receptare[b] nec eis dare auxilium, consilium vel favorem, set eos et quemlibet ipsorum offendere in personis et rebus ad posse ipsius comunis. Et tractatum aliquem redundantem contra ipsum dominum regem vel eius fideles cum aliquo rebelle non tenere et precipue cum Iacobo de Caturco, qui se dicit et falso nominat papam Iohannem vigesimum secundum, vel eius legato dictamque terram Sarzane tenere et conservare ad mandata ipsius domini regis et sui vicarii et ad hobedientiam et reverentiam ipsorum. Et generaliter omnia et singula facere, que veri fideles imperii Romani vero regi Romanorum facere tenentur et debent et que in presenti iuramento requiruntur, acsi hic essent presentialiter declarata. Et sicut dictum est, iuraverunt predicti sindici nomine quo supra et in animas dictorum comunis et constituent(ium) ad sancta Dei euangelia corporaliter tactis scripturis predicta omnia et singula bene, legaliter et fideliter actendere et observare, facere et adimplere remotis hodio, pretio, precibus et amore. Quibus sic peractis idem dominus Romanorum rex dictum comune Sarzane et homines ipsius de omni ipsorum inobedientia ad suam gratiam revocavit.

Actum in castris regiis ante Pisas, sub annis Domini ab eiusdem nativitatis millesimo CCCXXVII, indict. decima, die XXIIII. Septembr. Pres(entibus) venerabili patre domino Guidone miseratione divina episcopo et domino Aretino, domino fratri Bonifatio episcopo [c. 3], magnifico viro domino Hermanno de Litimberghe cancellario dicti domini regis ac domino Corrado de Augea magistro hostiario camere regie testibus ad hec.

(S. N.) Ego Verius olim Mini Borestauri de Aretio imperiali auctoritate iudex ordinarius atque notarius et nunc notarius et scriba camere dicti domini Romanorum regis predictis interfui eaque rogatus de mandato regio scripssi et publicavi.

---

347. a) *supra lin. add. or.* b) *sequ.* vel *delet. or.* c) *spatium nomini inserendo relictum est or.*

1) *Cf. 'Indice delle più importanti Pergamene storiche . . . che si conservano nell' Archivio comunale di Sarzana' (Sarzana 1904) p. 7.* 2) *Servatum non est.* 3) *Est Bonifatius de Donoratico fr. ord. Praed., episcopus Kyronensis, sanctae Romanae ecclesiae episcopus cardinalis (a. 1328. Mai. 18); cf. c. gr. infra ad a. 1328. Febr. 15. et 'Archival. Zeitschrift N. F.' IV, 130 et 149.*

348. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD CIVITATEM MOGUNTINAM.

1327. Oct. 1.

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 114[II] fol. 177' nr. 1724. Contulit K. H. Schäfer. — Ed. Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 77 nr. 1291 ex* c. *Extr. apud Riezler 'Vatikan. Akten' p. 347 nr. 913 ex* c.

Cf. supra nr. 318 et Riezler l. c. p. 346 nr. 908.

Consulibus, scabinis et universitati civitatis Maguntine.

Advertisse vos credimus filii, quod vir ille Ludovicus olim dux Bavarie Dei et ecclesie fi[deique] catholice manifestus rebellis et hostis [horr]endos excessus in sue dampnationis [cumul]um multiplicare non cessans, novam et [insoli]tam pedagii exactionem in castro de Ků[ve et eius] districtu Treveren. dioc. in magnam [rei]publice lesionem ac fidelium earum par[tium] maximum detrimentum inducere seu im[ponere] omnibus per locum illum cum mercibus [seu] aliis bonis suis transeuntibus non sine mag[na tem]eritate presumpsit et ut exactionem [insolitam] et dampnatam huiusmodi valeat du[rius] et crudelius exercere, quandam turrem fortissimam in quadam Reni insula prope dictum castrum construere iam incepit[1]. Sane cum nos periculis exinde fidelibus, si non obviaretur salubriter, proventuris oportunis obviari remediis cupientes, super amotione dicti pedagii ac dicte turris demolitione tam venerabilibus fratribus nostris Maguntino, Coloniensi et Treverensi archiepiscopis aliisque prelatis quam nobilibus ac vobis et aliis communitatibus earum partium patentes nostras certi tenoris litteras dirigamus[2], universitatem vestram rogamus attentius et hortamur, quatinus iuxta tenores litterarum ipsarum sic vos potenter et viriliter gerere circa premissa [studeatis], quod novitates per eundem L(udovicum) temerariis ausibus circa premissa ut prefertur presumpte tollantur omnino et libertates patrie conserventur illese vosque, de quorum devotione sincera inter ceteros fideles Alamanie specialiter confidimus, divinam et apostolice sedis benedictionem et gratiam valeatis uberius promereri.

Dat. Avinion(e) Kal. Octobris, anno duodecimo.

---

349. LITTERAE RAMONIS DE PERALTA AD INFANTEM ARAGONENSEM.

(1327.) Oct. 1.

Originale (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi CRD nr. 10190. Sigilli vestigia adsunt. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, 432 nr. 289 ex* or. *Editionem repetimus; cf. notam apud Finke l. c. additam.*

Sapia la vostra molt alta senyoria, que en aquesta primavera primer qui vela quel senyor rey en Frederich enten anar en ajuda al enperador ab DC homens a caval e ab LX galees. Huy, senyor, qui es Dimenge XXVII. de Setembre, es vengut Sept. 27. aqui en. Palerm I lenyn de Salern, lo qual compte, quel enperador es vengut en Pissa et quels Pisans nol an volgut reebre per senyor. Per la qual rahon lenperador ha asetgada Pissa et ha cremat tot lo burch de fora et talat tota la horta el terme de la dita ciutat. E diu quel enperador no enten partir negun temps de Pissa, fins

1) *Cf. pag. 217 not. 1.* 2) *Supra nr. 318.*

que la . . . presa. Los misatges, quel senyor rey en Frederich trames al enperador, son venguts et finalment son se avenguts et an feyta conpanya ensemps en aquesta manera, quel enperador a promes et jurat, que valra et ajudara al senyor rey en Frederich contra tot hom del mon, salvant contra aquels VII barons d' Alamayna, quil an elet enperador. E en senblant manera lo senyor rey en Frederich a promes et jurat, que valra et ajudara al enperador contra tot hom del mon ab tot son poder, salvant contra lo senyor en Jacme rey d' Arago et son ereu[1] . . .

Dat. en Palerm, lo primer dia d' Octubre, XI. indicio.

---

350. LITTERAE REGIS ARAGONUM AD FRIDERICUM ET ELIZABETH REGINAM.

1327. Oct. 7.

Copia (c.) *ibidem 'Registrum nr. 318' fol. 30'. — Ed. Zeissberg loco supra ad nr. 71 citato p. 88 nr. 89 ex* c. *Editionem repetimus.*

Illustri principi velut filio nobis karissimo Frederico Dei gracia Romanorum regi Iacobus per eandem rex Aragone etc. salutem [et] exuberanciam succesuum votivorum.

Exultat utique paterne sollicitudinis cura, dum nobis de regio statu vestro et illustris dompne Elizabet Romanorum regine filie nostre karissime felicia nunciantur. Igitur excellenciam vestram attente rogamus, quatenus quociens se facultas obtulerit, de statu vestro et dicte regine utinam prospero nos per vestras litteras recreetis. De nobis autem et regia domo nostra vobis ad gaudium intimamus, quod divino munere incolumi sospitate gaudemus. De infirmitate vero occulorum memorate regine iam per alias litteras[2] vobis rescripsimus, quod significaretis nobis omnia dicte infirmitatis accidencia et quam medici infirmitatem esse dicunt, ut informati ad plenum, si in partibus istis reperiri poterunt medici, qui eidem possint infirmitati succurrere, vobis aliquem ex melioribus transmittamus.

Datum Barchinone, Nonis Octobris, anno Domini MCCCXX septimo.

Franciscus de Bastida m(andato) r(egis).

Similis premisse cum domino regi fuit missa illustri dompne Elizabet Dei gracia Romanorum regine karissime filie nostre.

Idem.

---

351. INSTRUMENTUM AD LUDEWICI MANDATUM SUPER INTERDICTO DIMITTENDO SPECTANS.

1327. Oct. 11.

Ex autographo hodie deperdito ut videtur iam olim dedit Paulus Tronci 'Memorie istoriche della città di Pisa' (Livorno 1682) p. 321 sq. Editionem (ed.) *repetimus in minutiis correctam.*

Cf. Davidsohn 'Geschichte von Florenz' III, 806.

1) *Supra nr. 320.* 2) *Supra nr. 236 et 237.*

In nomine Domini amen.

Ex hoc publico instrumento sit manifestum, quod dominus Corradus de Scala miles ultramontanus vicarius ut dicebat domini Alberti Humuli[a] de Lictimburg mariscalchi serenissimi principis domini Ludovici divina gratia Romanorum regis semper augusti, nunc existentis in civitate Pisana et in eiusdem civitatis dominio, existens in loco seu conventu fratrum Heremitarum sancti Augustini de Pisis cum armis, convocatis a se fratribus dicti conventus publice mandavit eisdem auctoritate et nomine predictorum dominorum Ludovici regis et Alberti mariscalci, baculum quem habebat in manibus minacem vibrando, quod iidem fratres omnes et singuli dicti conventus dimitterent interdictum, quod ceperant observare[b], et celebrarent missas et alia divina officia apertis ianuis et alta voce continue, ut solebant ante dicti domini regis adventum, sententia qualibet contraria non obstante. Alias predixit eis aperte ex parte predictorum dominorum regis et mariscalci, quod qui interdictum servaret ex fratribus supradictis, capite mutilaretur[c] vel suspendio occideretur vel in fluvium ad mortem demergeretur. Et hec haberent indubitatum effectum. Et taliter me notarium infrascriptum scribere mandavit.

Actum Pisis in capitulo supradicti conventus, presentibus Gaddo et Iohanne germanis filiis quondam Andreotti de Galetanis de cappella sancti Nicolai testibus ad hec rogatis, dominice incarnationis anno millesimo tricentesimo vigesimo octavo, indit. XI, quinto Idus Octobris secundum cursum et consuetudinem Pisanorum.

Cum dominus Corradus de Scala predictus fecerit preceptum et mandaverit fratribus et conventui fratrum Heremitarum sancti Augustini de Pisis predictis et fratri Mattheo de Carletto priori dicti conventus, quod non obstante aliquo interdicto existente in civitate Pisana illato ab homine vel ab iure debeant missam et alia divina officia apertis ianuis et alta voce celebrare continue, sicut moris erat interdicto non existente in dicta civitate Pisana, inferens in dictum priorem et fratres metum, qui potest cadere in costantem virum, usque mortis scilicet capitis mutilationis, suspendii occisionis vel in fluvium demersionis, ita quod morerentur, de quo mandato supra patet in[strumento] scripto per me infrascriptum Iacobum notarium, ideo dominus prior et fratres coram me Iacobo notario infrascripto et testibus infrascriptis et coram domino Corrado dixerunt et protestati fuerunt, quod ipsi dicerent missam et celebrarent divina officia eo modo ut supra dictum est non eorum voluntate, cum voluissent servare interdictum, sed propter metum mortis illis illatum et propter timorem qui potest cadere in costantem virum eis illatum, ut supradictum est.

Quod mandatum de quo supra dicitur et protestatio presens fuerunt facta unico actu coram me infrascripto notario et testibus infrascriptis.

Actum Pisis, in supradicto loco, presentibus supradictis testibus ad hec rogatis, supradictis anno, ind. et die.

Ego Iacobus filius Cioli Bonifatii Pis(anus) civis imperiali auctoritate iudex ordinarius atque notarius predictis omnibus interfui et has inde cartas a me rogatas rogatus scripsi et publicavi.

---

351. a) Numuli *ed.* b) obscurare *ed.* c) multaretur *ed.*

352—360. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.
1327. Oct. 17.—29.

352. 353. SCRIPTA PRO MARCHIONE MISNENSI.
1327. Oct. 17.

352. *Mandatum civitati Altenburg aliisque missum.* *Oct. 17.*

Originale (or.) *in tabulario regio Dresdensi. Contulimus nos. Pendet sigillum laesum loro membranaceo.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 357 nr. 3243 (Addit. III).

Ludow(icus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . consulibus[a] et universis civibus civitatum Altenburg, Zwikowe et Chemnitz, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Fidelitati vestre districcius iniungimus et mandamus precise volentes, quat(inus) illustri Frider(ico) marchioni Missnensi principi et genero nostro karissimo prestetis et cum effectu faciatis fidelitatis et homagii indilatum et debitum sacramentum. Si vero prefatus gener noster marchio Missnensis de medio huius seculi tolleretur, quod Deus nolit, illustri Lud(owico) marchioni Brandeburgensi primogenito et principi nostro karissimo per fidelitatis homagium obedire vos volumus et fore sincerius alligatos. Dantes has nostras litteras sigillo maiestatis nostre regie roboratas in testimonium super eo.

Dat. Pis(is), XVII. die mensis Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

353. *Mandatum marchioni Misnensi directum.* *Oct. 17.*

Originale ibidem. Descripsimus nos. Pendet sigilli fragmentum loro membranaceo. — Ineditum.

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus illustri Friderico marchioni Missen(ensi) principi et genero suo karissimo gratiam suam et omne bonum.

Scripsimus prudentibus viris civibus in Altenburg nostris et imperii fidelibus dilectis multo serio, ut tibi inmediate faciant et prestent homagium et prompte fidelitatis sacramentum[1] quodque castrum Altenburch muro civitatis sue ambiant et includant[2]. In quibus si rebelles apparuerint, tibi tunc presentibus committimus et damus speciali in mandato, quatinus ipsos ad executionem utriusque premissi omnibus modis et viis quibus poteris auctoritate nostra regia arceas et compellas. Harum testimonio litterarum tibi desuper concessarum.

Dat. Pis(is), XVII. die mensis Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

---

352. a) . . *add. or.*

1) *Supra nr. 352.* 2) *Aliae litterae servatae non sunt.*

354—358. SCRIPTA PRO HEINRICO RUZZE ADVOCATO DE PLAWEN. 1327. Oct. 17.—29.

354. *Scriptum Latinum super castro Gleisberg. Oct. 17.*

Originale (or.) *in tabulario Greiziano. Contulimus nos. Pendet sigillum fere illaesum loro membranaceo. — Ed. B. Schmidt loco supra ad nr. 122 citato p. 298 nr. 622 ex* or.
Cf. infra nr. 356.
Böhmer, Reg. Ludw. p. 357 nr. 3244.

Ludowicus Dei gratia Romanonum rex semper augustus nobili viro Heinrico advocato de Plawen dicto Ruzze, suo et imperii fideli dilecto gratiam suam et omne bonum.

Nostre intencionis est, ut benemeritis et hiis, qui semper comendabili ac fideli constancia erga nos et ipsum sacrum Romanum imperium strennue viguerunt, laborum suorum premia et fructus gratiosi a nostra clemencia benivolentius deriventur. Cum igitur premissorum consideracione tibi ad aliquas speciales gratias et beneficia teneamur, castrum Glysperg, quod nobis et camere nostre imperiali pertinere dinoscitur, tibi cum universis iuribus, honoribus et pertinenciis suis quibuscumque in feodum iustum concedimus et te de eo infeodamus et de speciali gratia presentibus investimus. Volentes ut nobis nostrisque successoribus in imperio de prefato castro obsequendo, parendo et promptius intendendo semper fidem teneas et observes. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigilli maiestatis nostre munimine iussimus communiri.

Datum Pisis, XVII. die mensis Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

355. *Scriptum Latinum super munitionibus Triptis et Ziegenruck. Oct. 17.*

Originale (or.) *ibidem. Contulimus nos. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Eadem manu scriptum est ac nr. 354. — Ed. Schmidt l. c. p. 299 nr. 623 ex* or.
Cf. infra nr. 357.

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus profitemur tenore infrascripto, quod nos adtendentes grata obsequia nobis per nobilem virum Heinricum advocatum de Plawen dictum Růzzen fidelem nostrum dilectum multociens utiliter exhibita necnon inantea exhibenda, infeudationem sibi de duabus municionibus videlicet Triptes et Zigenruck per illustrem Fridericum marchionem Missen(ensem) principem et generum nostrum karissimum liberaliter factam gratam et ratam habemus et ei consentimus ipsamque presentibus confirmamus. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigilli maiestatis nostre regie munimine iussimus communiri.

Dat. Pis(is), XVII. die mensis Octobris, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, regni vero nostri anno tertiodecimo.

356. *Scriptum Germanicum super castro Gleisberg. Oct. 29.*

Originale (or.) *ibidem. Contulimus nos. Sigillum fere illaesum pendet filis sericis rubei viridisque coloris. — Ed. Schmidt l. c. p. 299 nr. 624 ex* or.
Cf. supra nr. 354.
Böhmer, Reg. Ludw. p. 57 nr. 951.

Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer chunig ze allen zeiten merer dez riches tun chunt allen den die disen brief ansehent oder hôrent lesen, daz wir dûrch der triwe willen, die der edel man Henrich vogt von Plawen genant Rûzze ze uns und dem riche hat, und umb die getriwen und nûtzen dienst, die er getan hat und tæglich tût unserm lieben sûn Ludowig marchgrafen von Brandembûrg und unserm eydem Friderichen marchgrafen von Misne, dar an er uns und dem riche behæglich dienet, haben im und seinen erben verlihen und verleihen auch von unser chuniclicher milte daz haus ze Glysperg, daz uns und dez richs camer angehorte, mit leuten, gûten, rechten und mit allem dem daz dartz gehôrt besûcht und unbesûcht, daz er und seine erben daz selbe haus von uns und dem riche ewiclich ze lehen besitzen und haben sullen. Dar uber ze urchund geben wir in disen brief versigelten mit unserm chuniclichem insigel.

Der geben ist ze Pise, an dem Dûnrestag nach Symonis et Iude, do man zalt von Christs gebûrt dreitzehenhûndert jar darnach in dem sibenundzweintzigisten jare, in dem dreytzehendem jare unsers riches.

357. *Scriptum Germanicum super munitionibus Triptis et Ziegenruck.* *Oct. 29.*

Originale (or.) *ibidem. Contulimus nos. Sigillum illaesum pendet filis sericis rubei viridisque coloris. Eadem manu exaratum est ac nr. 356. — Ed. Schmidt l. c. p. 300 nr. 625 ex* or.

Cf. supra nr. 355.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 57 nr. 949.

Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer chunig ze allen zeiten merer dez riches tûn chunt allen den die disen brief ansehent oder hôrent lesen, daz wir die lehenschaft, die unser lieber furste und eydem Friderich marchgrafe von Misne getan hat dem edeln manne Henrichen vogt von Plawen genant Rûzze unserm lieben getriwen und seinen erben an Triptis und Cygenrûcke, stæte und genæm haben und bestetigen si von unserm chuniclichen gewalt mit disem gegenwertigen briefe.

Der geben ist ze Pise, an dem Dûnrestag nach Symonis et Iude, do man zalt von Cristes gebûrt dreitzehenhûndert jar darnach in dem siebenundzweintzigistem jare, in dem dreitzehendem jare unsers riches.

358. *Scriptum super mineris.* *Oct. 29.*

Originale (or.) *ibidem. Contulimus nos. Sigillum laesum pendet filis sericis rubei viridisque coloris. — Ed. Schmidt l. c. p. 300 nr. 626 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 57 nr. 950.

Wir Ludowich von Gotes gnaden Romischer chunig ze allen zeiten merer dez richs tun chunt allen den di disen brief ansehent oder horent lesen, daz wir durch der trewe willen, di der edel man Heinrich vogt von Plawen genant Ruzze zu uns und dem riche hat, und umb die getriwen und nutzen dinest, di er getan hat und teglich tut unserm lieben sûn Ludowigen marchgrafen von Brannburch und unserm aydem Friderich marchgrafen von Misne, daran er uns und dem riche heglich dinet, haben im und seinen erben verlihen und verleihen auch von unserr chunichlicher milte allerlai perchwerch, wo ez in seiner gegen und geriht ufstet oder funden wirt, daz er und sein erben daz selbe perchwerch mit allen rehten und nutzen von uns und dem riche

ewichliche besitzen und haben sulen ze lehen. Daruber zu urchund geben wir disen brief versigelt mit unserm chunichlichem insigel.

Der geben ist zu Peisc, an dem Donerstag nach Symonis et Iude, do man zalt von Christes geburt dreutzehenhundert jare dar nach in dem sibenundzwæintzigistem jare, in dem dreitzehenden jare unsers riches.

---

359. *Infeudatio Iohannis comitis de Sayn.* *Oct. 18.*

Originale in tabulario regio Wisbadensi. Descripsit E. Schaus. Sigillum desideratur, filis sericis viridis coloris relictis.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 57 nr. 948; Regesten der Pfalzgrafen nr. 2031.

Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro Iohanni comiti de Seyn fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Valde regale esse iudicamus, quod semper benivolencius procuremus, ut viris nobilibus et egregiis, qui ad honorem sacri Romani imperii et nostrum, cuius princeps sumus, serviendo personas suas et res intrepide audent exponere et mortem cottidie subire minime verentur, dona et beneficia regalia et meritorum suorum fructus graciosi correspondeant et effluant a nostra munificencia solita et benigna. Tibi igitur tamquam benemerito racione obsequiorum tuorum nobis in partibus Lambardie fideliter exhibitorum ac eciam exhibendorum in futurum omnia feoda, que nobilis vir Gotfridus quondam comes de Seyn frater tuus a nobis racione comitatus palatini Reni in feodum habuit et specialiter quatuor comitatus Sulmz, Virembůrch, Bilstein et Eberstein cum universis suis iuribus, honoribus et pertinenciis quibuscumque et omni modo, ut ea dictus frater tuus tenuit et possedit, in iustum feodum concedimus et conferimus per presentes. Investientes te de predictis quatuor comitatibus et aliis feodis, que nobis ex morte ipsius fratris, cui de parte palacie Reni vacare ceperunt, auctoritate nostra, adhibitis eciam aliis sollempnitatibus debitis et consuetis. In cuius rei testimonium presentes conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Pisis, XVIII. die mensis Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

360. *Infeudatio Iohannis comitis de Claromonte.* *Oct. 23.*

Originale (or.) *non confectum ut videtur Romae in archivo principum Colonna. Sigillatum non erat. — Ed. P. Kehr 'Römische Quartalschrift' XV (1901) p. 180 sqq. Editionem repetimus; cf. notam l. c. adiectam et infra ad a. 1331. Ian. 4.*

⁞Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus⁞ nobili viro Iohanni comiti Mohac domino Ragusie dicto de Claromonte, fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Regalis munificencia de sui regalitate ad benemeritos libenti animo se extendit, eos maxime graciosis muneribus amplectendo, qui tam suorum progenitorum quam suis obsequiis bene erga Romanum imperium meruerunt. Hinc est quod considerantes tam clare memorie comitis Manfridi genitoris tui quam tuis laudabilibus obsequiis nobis et Romano imperio exhibitis et sperantes indubie, quod in tui augmento augusti dextera beneficium recte confert, tibi pro te tuisque heredibus legitimis et descendentibus in feodum perpetuum et honorificum ex certa sciencia et de plenitudine nostre regie maiestatis concedimus per presentes omnes comitatus, baronias, castellanias, domina-

ciones, civitates, castra, loca, iurisdiciones, iura et res, que tenebat tempore quo vivebat Thomas comes de Sancto Severino antiquus seu senior, inter que sunt videlicet comitatus Marsici, dominacio Sancti Severini, dominacio et baronia Falsanelle, dominacio Calenti[a], dominacio Vallis Diani, dominacio Pulicastri et pertinentiarum, dominacio Guardiole, districtus Mucerie, comitatus Tricarici. Et generaliter tibi concedimus in feodum ut premittitur omnia et singula, que tenebat seu possidebat vel quasi per se vel alium dictus comes Thomas tempore quo vivebat, cum omnibus mero et mixto imperio et iurisdicione, vasallis, iurisdicionibus et iuribus, theloneis seu pedagiis, salinis, pascuis, paludibus, venacionibus, piscacionibus, regalibus et omnibus aliis quibuscumque pertinentibus dictis comitatibus, baroneis et dominacionibus et rebus cum eorum pertinenciis et connexis et dependentibus ab eisdem. Que res omnes devolute sunt pleno iure ad nos et Romanum imperium memoratum, pro eo maxime quod dictus comes Thomas et sui successores fuerunt et sunt rebelles et hostes predecessoris nostri dive memorie Henrici septimi imperatoris Romanorum atque nostri et commiserunt crimen lese maiestatis et assidue committunt successores comitis prelibati, et pro eo etiam quod dicti Thomas et successores ceciderunt a iure suo omni, quod habebant in predictis, quia de dictis rebus non fecerunt fidelitatem dicto predecessori nostro vel nobis, prout de iure facere debuerunt. Teque Iohannem comitem predictum fidelem nostrum dilectum et benemeritum de predictis omnibus et singulis in feodum investimus liberum et honorificum ut premittitur pro te tuisque legitimis successoribus utriusque sexus per ensem quem manu gestamus pleno iure, recepto ob predicta a te fidelitatis debito iuramento. Sane nolumus te vel dictos successores tuos de cetero teneri ad fidelitatem ob predicta nobis vel successoribus nostris fiendam, nisi quando per nos vel ipsos fueritis requisiti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis, infeodacionis et investiture graciam ac paginam infringere vel ei ausu in aliquo temerario contraire. Si quis vero hoc temere attemptare presumpserit vel cogitaverit impediendo aliqualiter violare, indignacionem nostram regiam gravemque maiestatis nostre regie offensam ac eciam penam decem milium librarum auri, quarum medietas una fisco nostro, alia vero predicto Iohanni comiti aut suis successoribus tamquam iniuriam passis eo ipso et tociens quociens contrafecerit applicentur, se noverit immutabiliter incurrisse. In cuius nostre concessionis, infeodacionis et investiture testimonium presentes conscribi et appensione bulle nostre auree iussimus communiri.

Dat. in civitate Pisana, XXIII. die mensis Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

---

361. IOHANNIS XXII. PAPAE DECLARATIO HAERESEOS LUDEWICI.

1327. Oct. 23.

Copia (c.) in cod. bibliothecae Dresdensis A 70 fol. 34', de quo v. supra ad nr. 273. Contulimus nos. Est rubrum: Iudicatur hereticus Bavarus et inhibetur universis et nominatim certis communitatibus, ne sibi faveant in aliquo vel adhereant[1].

Quae conveniunt cum Processu supra nr. 274, ea typis minoribus excudenda curavimus[2].

Böhmer, Reg. Ludw. p. 220 Päbste nr. 62.

360. a) Cilenti? *or.*

1) *Processum iteratum eodem die contra Marsilium et Iohannem de Ianduno latum (Böhmer l. c. nr. 63) in editionem nostram recipere longum est. Cf. iam supra nr. 277.* 2) *Cf. litteras diversas a*

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

1. Dudum volentes certis dubiis, que inter nonnullos viros vertebantur scolasticos, finem dare, de fratrum nostrorum consilio duximus declarandum, quod pertinaciter affirmare, quod redemptori nostro et domino Ihesu Christo eiusque apostolis in (cf. nr. 274. cap. 2.) hiis, que ipsos habuisse scriptura sacra testatur, nequaquam ius ipsis utendi seu consumendi competierit nec illa vendendi seu donandi ius habuerint aut ex ipsis alia acquirendi, que ipsos tamen de premissis fecisse scriptura sacra testatur seu ipsos potuisse facere supponit aperte, cum talis assertio ipsorum usum et gesta evidenter includeret in premissis non iusta, quod utique de usu, gestis seu factis Redemptoris nostri Dei filii sentire nephas est, scripture sacre contrarium et doctrine catholice inimicum, assertionem ipsam pertinacem de fratrum eorundem consilio deinceps erroneam fore censendam et hereticam duximus declarandam[1]. Ac subsequenter cum ad nostram noticiam fama publica perduxisset, quod nonnullorum mentes dicebatur pater mendatii adeo excecasse, quod ausu nephando ac petulantia improba ausi fuerant defendere publice dampnatam per constitutionem nostram predictam heresim ac etiam approbare, videlicet quod Christus et eius apostoli in hiis que habuisse leguntur tantum habuerunt absque iure aliquo simplicem usum facti, ex quo si verum esset, sequeretur usum Christi fuisse non iustum, quod profecto blasfemiam continet et est catholice fidei inimicum, cum hoc de pertinaci animositate ac erronea non esset dubium processisse, omnes et singulos, qui verbo ac scripto per se vel alium seu alios talia presumpserant publice, ipsos quoque, qui eos instruxerant in talibus et ut premissa facerent docuerunt, in heresim dampnatam incidisse ac evitandos fore ut hereticos, de fratrum nostrorum consilio per nostram constitutionem aliam que incipit 'Quia quorundam'[2] duximus declarandos, prout in eisdem constitutionibus plenius continetur.

2. Sane cum fama publica necnon et insinuatio tam verbalis quam litteralis plurium (cf. nr. 274. cap. 1.) sublimium personarum ad nostrum perduxisset auditum, quod Ludovicus de Bavaria in discordia dudum in regem Roman(orum) ut dicebatur electus velut in reprobum sensum (nr. 274. cap. 2.) datus[3] contra predictam declarationem temere presumpserat, facta mentione expressa de constitutione predicta 'Cum inter' contrarium asserere publice ac in eius presentia per alios, ut plures in sui erroris devium traheret, facere publicari et* ut sua insania in plurium noticiam perveniret, libellum quendam sigillo suo in eodem appenso inter alia multa falsa et erronea predictam continentem heresim, videlicet quod* Christo et apostolis in rebus quas habuerant nullum ius competiit, set tantummodo usus facti, insuper hoc adiecto quod dicere contrarium hereticum est censendum**, prout etiam nos et plures ex fratribus nostris in diversis libellis predicti L(udovici) eius sigillo pendenti sigillatis vidimus contineri, per certos nuntios ad diversas civitates et principes Alamannie et Italie et aliarum partium necnon et ad tirannos et hereticos partium predictarum curaverat transmittere, libellum ipsum affigi faciens in locis publicis et exponi publice, ut haberet de tanta et tali insania plures testes, ex quibus evidentius apparebat ipsum asseruisse* pertinaciter esse catholicum quod* dicta constitutio hereticum iudicavit ac fore hereticum quod dicta constitutio catholicum declaravit, precipue cum in eodem affirmaret libello se in plurium presentia iurasse, premissa* omnia* contenta in eodem libello se credere esse vera, et insuper cumulans mala malis* duos viros nequam perditionis (cap. 3.)

pontifice super publicatione huius processus missas die 26. m. Oct. ad archiepiscopos et episcopos (Lang 'Acta Salzburgo-Aquilejensia' I, 115 nr. 128 a; Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 85 nr. 1314); item die 3. m. Nov. (Preger-Reinkens p. 241 nr. 391; Sauerland l. c. II, 91 nr. 1324; Brom 'Bullarium Trajectense' I, 325 nr. 741); die 23. m. Ian. a. 1328 ad abbatem Sancti Lamberti dioec. Salzburgen. (Lang l. c. I, 118 nr. 135); die 1. m. Apr. a. 1328. ad Iohannem regem Bohemiae, itemque ad principes in electione regis vocem habentes (Sauerland l. c. II, 143 sqq. nr. 1457 et 1458).

1) *'Cum inter nonnullos' c. 4 Extrav. Ioh. XXII. 14.* 2) *c. 5 ibidem.* 3) *Cf. Rom. 1, 28.*

filios[1] ac maledictionis alumpnos, quorum unus Marsilium de Padua et alter Iohannem de Ianduno se faciunt nominari**, ad eundem L(udovicum), quem suis demeritis exigentibus velut hereticorum fautorem et persecutorem sancte Romane ecclesie ac plurium atrocium aliorum excessuum patratorem de fratrum ipsorum consilio privaveramus iure, si quod sibi ex electione predicta fuerat acquisitum, gressus suos propere dirigentes sibi* librum quendam* erroribus* plenum et variis heresibus non vacuum, sicut multorum fidedignorum catholicorum habebat assertio*, presentarant, quos errores et hereses in terra ipsius L(udovici) et in eius presentia docere sepius presumpserant publice, sicut habebat* insinuatio eorundem, quodque licet nonnulli viri catholici sacris litteris eruditi eidem L(udovico) dicerent doctrinam illam hereticam ipsosque Marsilium et Iohannem fore velut hereticos puniendos periculosumque sibi fore, tales ad sui familiaritatem admittere aut in terris sue ditioni subditis sustinere, ipse tamen non acquiescens eorum salutaribus monitis velut credens illorum hereses ipsos in suos familiares retinuerat*, errores predictos ac hereses publice
cap. 4. dogmatizare permittens, adhuc quod diversis ligatus excommunicationum sententiis in locis* interdictis divina faciebat etiam nonnumquam contra rectorum ecclesiarum et religiosorum voluntatem et beneplacitum excommunicatis et interdictis presentibus celebrari, immo quantum in eo
cap. 1. erat potius prophanari, ex quibus vehementer presumebatur, immo convincebatur potius clavium ecclesie sancte Dei evidenter contemptor existere ac labe respersus heretice pravitatis, nos attendentes quod iuxta doctrinam apostoli[2] peccantes publice sunt publice arguendi ac utilitati publice expedire peccata nocentium deduci in publicam notionem, cum ad ipsum non esset tutus accessus, per quem nostra posset ad eum redargutio per nuntios vel litteras pervenire, excessus ipsos multitudini tunc astantium fidelium non absque dolore ingenti animi referendos duximus, ut sic saltem ad eius noticiam nostra posset circa excessus ipsos reprehensio pervenire.

cap. 6. 3. Et licet iusticia exigente tunc possemus ad sententiam super premissis proferendam procedere contra ipsum, cum adeo premissa forent notoria, quod nequirent tergiversatione aliqua occultari, volentes tamen adhuc de benignitate apostolica expectare, an dimissis prefatis erroribus ad sinum sancte matris ecclesie et viam vellet se convertere veritatis, de fratrum eorundem
Apr. 3. consilio III. Non. Aprilis proxime preteriti [ipsum] per* edictum publicum citavimus presente*
Oct. 1. fidelium multitudine copiosa, ut infra Kal. Octobr. extunc proxime subsequentes coram nobis personaliter compareret facturus super premissis quod suaderet ratio et sententiam auditurus, quem terminum eidem de fratrum premissorum consilio peremptorium duximus assignandum. Predicentes* publice quod sive veniret sive non veniret, ad proferendum sententiam procederemus et alias super omnibus premissis et singulis coniunctim vel divisim,* prout videremus expediens et iusticia suaderet.

cf. cap. 7. 4. Et ut processus noster predictus ac omnia et singula in eodem contenta ad prefati L(udovici) et omnium aliorum quorum intererat communem deduceretur noticiam, cartas sive membranas processum continentes eundem in ecclesie Avinion(ensis) appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus fecimus, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicarent, ut idem L(udovicus) et alii, quos processus ipse tangebat, nullam possent excusationem pretendere, quod ad eos non pervenerat vel quod ignorassent eundem, cum non esset verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod publicabatur omnibus tam patenter.

cap. 8. 5. Predictum insuper citandi modum decernentes eligere, cum ut predicitur ad dicti L(udovici) presentiam propter viarum pericula et alia discrimina varia tutus minime pateret accessus. Volentes et auctoritate apostolica* de potestatis plenitudine decernentes, ut perinde processus* dicte citationis eundem L(udovicum) apprehenderet et artaret, acsi eidem insinuatus personaliter et alias publicatus solenniter extitisset, constitutione quacumque per predecessores nostros Ro(manos) pontifices in contrarium edita non obstante.

1) *Cf. 2. Thess. 2, 3.* 2) *Cf. 1. Tim. 5, 20.*

6. Sane cum dictus L(udovicus), quem ut predicitur iure, si quod sibi ex electione predicta acquisitum fuerat, privaveramus iustitia exigente ac subsequenter eius aucta contumacia feudis omnibus, que a Romana vel quibusvis aliis ecclesiis seu imperio obtinebat, et specialiter ducatu Bavarie et omni iure, quod in eodem aut eius occasione vel causa sibi competebat seu competere poterat quoquo modo, necnon et omnibus privilegiis apostolicis et imperialibus sibi seu eius predecessoribus, quatenus ipsum tangere poterant, indultis iusto privaveramus iudicio quemque pro fautoria hereticorum excommunicationis innodatum sententia, quam per biennium et ulterius indurato sustinuerat, sicut et adhuc sustinet animo, declaraveramus manifestum hereticorum fautorem et penas omnes a canonibus inflictas talibus incurrisse, prout hec in nostris processibus contra ipsum habitis plenius continentur[1], infra prefixum sibi predictum terminum iam elapsum comparere per se vel alium non curarat, ipsum usque in crastinum hora consistorii duximus de fratrum nostrorum consilio expectandum et quia nec tunc comparuit nec alius pro eodem, de fratrum eorundem consilio reputavimus et declaravimus contumacem. Et licet tunc cum premissa adeo essent notoria, quod nulla poterant tergiversatione celari, contra ipsum ad sententiam possemus procedere exigente iustitia proferendam, ipsum tamen de benignitate apostolica usque ad diem presentem hora consistorii de eorundem fratrum consilio duximus expectandum. Et quoniam nec hac die hora iam dicta comparuit nec comparet adhuc nec aliquis pro eodem nec ad correctionem predictorum se disponit in aliquo, set velut in profundum malorum perductus mala malis superaddere offensasque offensis cumulare ac iram Dei contra se provocare fidelesque verbis et operibus persequi non omittit, nos in predictis lesionem fidei, patrum quoque sanctorum contemptum et probra necnon et presentium scandala variaque posterorum pericula attendentes tantisque malis et periculis obviare salubriter cupientes, cum premissa adeo sint notoria, quod nequeunt tergiversatione aliqua occultari, presente hac multitudine fidelium copiosa ipsum reputantes et declarantes merito contumacem, Dei nomine invocato de fratrum eorundem consilio ipsum fore hereticum declaramus ipsasque assertiones per dictam constitutionem hereticas ut predicitur declaratas et scripturas quascumque continentes easdem necnon et ipsum L(udovicum) velut hereticum reprobamus et sententialiter condempnamus. Si quis autem doctrinam seu assertiones predictas defendere vel approbare presumpserit, cuiuscumque dignitatis, ordinis, conditionis aut status existat, tanquam hereticus ab omnibus confutetur. Et nichilominus ipsum L(udovicum) bonis omnibus mobilibus et immobilibus, iuribus, iurisdictionibus et quibuscumque aliis ubicumque sint et quibuscumque nominibus censeantur et specialiter comitatu palatin(o) Reni et omni iure ratione vel occasione illius vel alio quovis modo ad eundem L(udovicum) pertinentibus, habendi vocem in electione regis Roman(orum) in imperatorem promovendi seu in electione huiusmodi aliquem ad predicta regnum vel imperium eligendi seu quomodolibet nominandi, privatum fore decernimus et privamus, exponendis vel concedendis catholicis, si, prout et quando ac quibus vel de quibus sedes apostolica ordinandum duxerit, iure principalis dominii semper salvo.

7. Vassallos quoque ipsius et quascumque alias tam ecclesiasticas quam seculares personas necnon communitates, universitates ac civitates, castra, terras ac villas, que sibi fidelitatis vel aliis quibuscumque iuramentis tenerentur astricti, prorsus ab illis absolvimus ac quascumque colligationes, confederationes, sotietates, pactiones et ligas per quoscumque cum eodem contractas vel initas, etiamsi iuramentis, penis vel aliis quibusvis firmitatibus essent innexe, quatenus favorem aut commodum ipsius concernerent, de potestatis plenitudine penitus dissolvimus ac penas adiectas et iuramenta super [eis] prestita relaxamus. Decernentes quasvis personas singulares ac communitates, universitates,

1) *Supra nr. 273. 274.*

castra, villas, terras et oppida nequaquam teneri de cetero ad observationem earum vel cuiuslibet earundem.

8. Universis et singulis etiam prelatis et personis ecclesiasticis, secularibus et regularibus, cuiuscumque preminentie, dignitatis, ordinis vel conditionis existant, etiamsi patriarchali, pontificali aut maiori seu inferiori prefulgeant dignitate, necnon regibus, ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, potestatibus, capitaneis, rectoribus et aliis dominis temporalibus, et qui aliquo titulo se premissorum intitulant, licet ius non habeant in eisdem, ac communitatibus, universitatibus, civitatibus, castris et villis et specialiter Mediolan(ensi), Sagonen(si), Cuman(e), Vercellen(si), Pargam(ensi), Lauden(si), Cremon(ensi), Aretin(e), Novarien(si), Papien(si), Mantuan(e), Ferrarien(si), Veronen(si), Lucan(e) et aliis quibuscumque inhibemus et mandamus expresse, ne predicto L(udovico) de heresi ut premittitur condempnato adherere, communicare, participare vel favere quomodocumque directe vel indirecte, publice vel occulte presumant nec eidem portent, mittant, portari vel mitti faciant aut procurent granum, vinum aut quecumque victualia, pannos, ligna, ferrum, arma seu quevis mercimonia, pecuniam vel quicquid aliud, quod posset in ipsius utilitatem vel commodum redundare, nec sotietates, confederationes, colligationes, pactiones aut ligas quascumque cum eodem initas vel contractas presertim in eius favorem, auxilium vel utilitatem observent. Alioquin personas quascumque singulares excommunicationis, universitates vero, communitates et collegia, que postquam videlicet processus noster huiusmodi ad eorum pervenerit notitiam vel pervenisse probabiliter potuerit aut per ipsos steterit quominus pervenerit ad eosdem, in hac parte offenderent quovis modo, necnon terras et loca quorumcumque circa predicta delinquentium interdicti sententiis et generaliter penis omnibus, quibus fautores et defensores hereticorum et adherentes eisdem subiciuntur a iure vel quibusvis constitutionibus, volumus et decernimus subiacere. Apertius predicentes eisdem, nos ad earundem penarum declarationem et executionem contra delinquentes huiusmodi processuros specialiter, si et quando et quotiens videbimus expedire. Non obstantibus si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et quibuslibet privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quibusvis personis, locis vel ordinibus sub quacumque forma vel expressione verborum concessis, etiamsi de illis esset specialis et expressa et de verbo ad verbum in presentibus mentio facienda, per que nullum contra premissa vel premissorum aliquod volumus afferri suffragium vel obstaculum interponi.

9. Ceterum processus tam contra dictum L(udovicum) quam fautores et adherentes ipsius per nos habitos de fratrum eorundem consilio ratos existere decernimus eosque ratificamus et ex certa scientia etiam approbamus.

10. Ut autem sententia et processus presentes huiusmodi ad dicti L(udovici) et aliorum quorum interest communem noticiam deducantur, cartas sive membranas sententiam et processus continentes eosdem in ecclesie Avinion(ensis) appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus faciemus, que ipsos sententiam et processus suo quasi sonoro preconio et patulo inditio publicabunt, ita quod dictus L(udovicus) et alii quos contingere dinoscuntur nullam possint excusationem pretendere, quod ad eos non pervenerint vel quod ignorarint eosdem, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Dat. Avinion(e), X. Kal. Novembris, pontificatus nostri anno duodecimo.

362. LUDEWICI CONSTITUTIO DUCATUS LUCANI. 1327. Nov. 17.

Originalia duo 1 et 2 eadem manu scripta fere omnino inter se concordantia in tabulario regio Lucano. Contulimus nos. Sigilla autographi 1 et 2 desiderantur, filis sericis rubei flavique coloris relictis. — Ed. Manucci loco supra ad nr. 160 citato p. 207 nr. 18 ex 1.

Cf. infra ad a. 1328. Febr. 15.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 319 nr. 2962.

‖Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus‖ viro magnifico et illustri Kastrucio de Antelminellis duci Lucano et vexillifero imperii, suo et imperii fideli dilecto gratiam suam et omne bonum.

1. Regie liberalitatis clementia in suis fidelibus dona multiplicans illis precipue consuevit assurgere larga manu, qui per pugnam continuam in rebelles pro exaltacione corone singulares triumphos et nomen laudabile sunt sortiti. Sane cum veraciter sciamus experiencia nobis existente magistra, te precipuum et strennuum in partibus Italie pro sacro imperio pugilem extitisse nulli parcendo oneri, periculo vel labori ac iusticia tua et cum probitate victos de hostibus devotos pro imperio tenuisse et devios infideles ad fidem gratiosis meritis invitasse, tantoque magis imperiale sceptrum extollitur, tanto cura regiminis a sollicitudinibus et laboribus relevatur, quanto fideles ipsius in circuitu imperii circumspicit digniores, et de fulgore throni cesarei veluti ex sole radii sic certe prodeunt dignitates, ut prime lucis integritas minorati luminis non senciat detrimenta.

2. Hac igitur consideracione commoniti, qui celesti providencia Romani imperi moderamur habenas ac solii nostri decus tam veterum dignitatum[a] ornatibus confovemus quam novis honoribus ampliamus, et volentes premissorum obtentu extollere nomen tuum et te prerogativa speciali magnifice honorare, de plenitudine potestatis ex certa scientia et de consilio nostrorum principum et baronum civitates Luce, Pistorii, Wulterrarum et Lune cum omnibus et singulis castris, villis, terris et locis sitis in diocesibus ipsarum et cum omnibus earum et cuiusque earum pertinentiis, territoriis et iurisdicionibus quibuscumque ad nomen ducale presentibus transferentes et volentes sub uno dignitatis vocabulo contineri ducatus videlicet Lucanus, te ipsius ducatus ducem et vexilliferum nostrum et sacri Romani imperii ubilibet de premisse nostre potestatis plenitudine et principali munificentia promovemus, eisdem libertatibus, immunitatibus et iuribus predictum ducatum tuum presentium auctoritate dotantes, que ducalem deceant dignitatem. Prefatasque civitates et quamlibet earum et omnes terras, castra et territoria atque loca, que in diocesibus seu episcopatibus et territoriis et pertinentiis ipsarum civitatum et cuiuslibet earum seu intra confines diocesum, episcopatuum, pertinenciarum et territoriorum prefatarum civitatum et cuiuslibet earum site sunt seu sita, in perpetuum tibi et legitimis successoribus tuis ex te descendentibus per lineam masculinam ex certa sciencia damus, concedimus et donamus cum omnibus et singulis villis, castris, terris, fortiliciis, casalibus, vasallis, hominibus, possessionibus, honoribus, usibus, derittis, feudis, homagiis, patronatibus vacantium et non vacantium ecclesiarum et locorum nobis et imperio spectantibus et cum terris cultis et incultis, silvis, pascuis, nemoribus, salinis, balneis, stagnis, lacubus atque quibuscumque aquis et aquarum decursibus, molendinis, piscariis et piscationibus, venationibus, montibus, planis, vallibus et omnibus et singulis locis, iuribus et pertinentiis tam maris quam terre prefatarum civitatum, terrarum et locorum et cuius-

362. a) dignitatuum 1.

cumque ipsarum et ipsorum existencium infra predictas dioceses, confines et loca, que in huiusmodi nostra concessione et donatione sub speciali aut generali vocabulo possunt intelligi aut comprehendi, que ad nos et Romanum imperium spectare noscuntur. Et sic te successoresque tuos ex te legitime descendentes ut dictum est per lineam masculinam in ducem et duces predicti ducatus cum dignitate illustri eligimus et constituimus, preficimus et creamus. Dantes et concedentes tibi et successoribus tuis predictis in premisso ducatu plenissimam et liberam auctoritatem et potestatem iurisdicendi per te et per alios ac etiam merum et mixtum imperium, ut exercere valeas et valeant gladii potestatem ad animadvertendum in facinorosos et malos.

3. Et ut ipsius ducatus dignitate te et prefatos tuos successores cognoscas amplius et favorabilius liberalitate regia sublimari, tibi et successoribus tuis predictis ex ipsa dignitate ducatus perpetuo decrevit competere nostra serenitas auctoritatem et potestatem creandi et ordinandi perpetuo vel ad tempus, prout vobis placuerit, in singulis civitatibus, castris, opidis, villis et terris dicti ducatus vicarios, capitaneos, potestates, iudices seu rectores et quoslibet ordinarios magistratus vel etiam delegatos et quoscumque honores et honorum offitia cum auctoritate et potestate iurisdicendi et mero et mixto imperio, statuta municipalia condendi, statuendi et decernendi iuri divino atque naturali non contraria, prout utilitati et pacifico statui expedire videritis subiectorum. Ad hec quoque in predicto tuo ducatu flumina navigabilia et ex quibus navigabilia fiunt, portus, pragias[b] sicut nunc dinosceris possidere, ripas et ripatica necnon vectigalia, thelonea, auri et argenti et metallorum omnium questum nunc nobis et imperio pertinencia tibi tuisque successoribus concedimus et donamus ac monete tam auri quam argenti et eris cudende iusti et recti ponderis in ipso tuo ducatu tibi et predictis tuis successoribus presenti privilegio facultatem liberam indulgemus, et feuda antiqua et nova, recta et regalia conferendi et infeodandi vasallos imperii de feodis, que manu vel ore aut quocumque alio modo fuerint conferenda, et recipiendi a vasallis imperii fidelitatis et homagii sacramenta, mulctarum et penarum compendia et confiscaciones bonorum et cetera que dicuntur regalia in ipso ducatu ad tuum et sepedictorum tuorum successorum compendium volumus pertinere. Milites quoque in dicto ducatu et extra constituendi et militari cingulo decorandi et iudices ordinarios et notarios publicos creandi et ordinandi ac conficiendi, filios et filias naturales tam spurios quam vulgo quesitos, ex dampnabili coitu natos legitimandi et cum ipsis super defectu quolibet dispensandi.

4. Ut tamen pro honore, quem tibi libenter addicimus, nullum ius subtrahatur obedientibus et obedituris nobis et imperio in eorum bonis et feudis, iura tamen imperii remaneant ducatui supradicto et quod in premissis ducatu et vexilliferatu semper maior natu seu senior ex generatione tua ex te et successoribus tuis legitime descendentibus, exclusis aliis heredibus minoribus natu, solus in totum succedat. Et propter premissa omnia te pro te ipso et pro dictis successoribus tuis nobis pro nobis ipsis successoribusque nostris homagium et fidelitatis debite iuramentum prestantem de premissis ducatu et vexilliferatu per sceptrum presencialiter investimus.

5. Porro omnia et singula supradicta valere et tenere volumus et firmamus, non obstante aliqua lege, consuetudine aut iure, quibus contrarium caveretur. Quibus omnibus et singulis specialiter et expresse, tamquam nominatim de illis in presenti privilegio fieret mentio, esse intendimus et debeat derogatum et potissime iuri et consuetudini quo et qua caveretur seu cautum diceretur, quod heres in ducatu, comitatu vel marchia nullo modo succedat, nisi ab imperatore acquisierit per investituram, quantum ad casum presentem, in aliis vero casibus in suo robore semper durent. Ita tamen quod tu et successores tui nobis et successoribus nostris et sacro Romano imperio requisitus et re-

362. b) *ita* 1. 2.

quisiti perpetuo tenearis et teneantur plenam et liberam obedienciam facere et omnibus nostris mandatis successorumque nostrorum et sacri Romani imperii libere intendere et parere et omnia nostra mandata observare et efficaciter adimplere iuxta posse et executioni mandare.

6. Statuimus etiam et mandamus, quatinus nulla civitas, nulla communitas et generaliter nulla persona, cuiuscumque conditionis et preeminencie seu status existat, huic nostre pagine audeat in aliquo contra facere vel venire seu te aut predictos tuos successores in aliquo molestare de hiis, que supra tibi et eis a nostra clemencia liberaliter sint collata. Si quis autem temerario ausu presumpserit contraire, mille marcarum auri penam incurrat pro dimidia nostre camere persolvendam et pro alia dimidia camere dicti ducatus et vexilliferatus, in quorum preiudicium aliquid extiterit attemptatum.

7. Quibus omnibus et singulis supradictis testes interfuerunt infrascripti videlicet Rudolfus dux Bawariae princeps et patruus noster karissimus, venerabilis Iacobus episcopus Castellanus, venerabilis frater Gerardus episcopus Alleriensis, Hermannus de Lihtenberg cancellarius noster, Albertus Humel de Lihtenberg marescalcus noster fratres, Heinricus dux de Brunswich, Ludovicus dux de Tecch[c], Ulricus lantgravius Assacie[d], Meinhardus et Albertus fratres comites de Ortenburg, Iohannes comes Mohac dictus de Claromonte, Hermannus comes de Castel, Engelhardus de Winsperg, Facius comes de Donoratico, Raynerius Iannis comes de Donoratico et Bandinus comes de Marciano.

Et ad predictorum omnium corroboracionem et testimonium presentes conscribi et sigillo nostre maiestatis iussimus communiri.

Dat.[e] Luce, XVII. die mensis Novembr., indiccione undecima, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, regni vero nostri anno terciodecimo.

363—374. EIUSDEM SCRIPTA PRO DIVERSIS ET ACTA VARIA.

1327. Dec. 1.—1328. Ian. 4. Sine dato (1314—1327).

363. *Scriptum pro Gaetano Malpigli.* *1327. Dec. 1.*

Originale (or.) *in tabulario regio Pisano. Contulimus nos. Sigillum desideratur. In verso legitur:* R. — *Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 308 nr. 494 ex* or.

‖Ludovicus Dei gratia‖ Romanorum rex semper augustus nobili viro Gaitano Malpiglii de Pisis familiari suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Regalis munificentie clementia fideles suos et benemeritos prosequi debet favorabiliter in gratiis conferendis. Exinde enim ipsorum gratias assequentium augetur devotio et alii ad fidelitatem et devotionem sacri Romani imperii huiusmodi exemplo facilius promoventur. Igitur nos considerantes tue devotionis et fidei puritatem, quam ad nos et Romanum imperium presentialiter habes et actenus habuisti, premissorum omnium consideratione pensata tibi et heredibus tuis usque ad nostrum beneplacitum et sacri Romani imperii castrum Campetrosi situm in districtu Masse Marittime cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, hominibus, aquis, pascuis, silvis, venationibus et aliis quibuscumque pertinentiis suis in nobile feudum concedimus et donamus teque de dicto castro cum omnibus iuribus et iurisdictionibus supradictis auctoritate regia investimus. Non obstante aliqua concessione facta de castro predicto in feudum abbatie Sancti Petri de

362. c) Tecche 2. d) *ita* 1. 2. e) Data 2.

Monte Viridi per aliquos retro principes antecessores nostros, quam[a] in assecutione huiusmodi nostre gratie preiudicium tibi et heredibus tuis afferre non patimur ullo modo. Nulli ergo hominum liceat hanc nostram infringere gratiam vel ei ausu temerario contraire, si indignationem nostram cupierit evitare. In cuius rei testimonium presens privilegium fieri iussimus et nostro regali sigillo communiri.

Dat. Pisis, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, ipso die Kalendarum Decembris, regni vero nostri anno quartodecimo.

364. 365. MANDATUM COMITIBUS GUIDI MISSUM ET RECEPTIO EIUS. 1327. Dec. 4.—28.

364. *Mandatum de comitiva praestanda.* *Dec. 4.*

Servatur nonnisi in Instrumento nr. 365, ubi vide. — Ineditum.

Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus egregiis viris Guidoni Alberto, Salvatico, Domestico et Fiori comitibus de Porciano, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Cum versus Urbem divina prestante clementia properemus presentialiter iter nostrum et cupiamus vos inter alios nostros imperiique fideles imperiali coronationi adesse, devotam fidelitatem vestram requirit, mandat et commonet regia plenitudo, quatinus omni mora postposita conveniatis cum aliis nostris fidelibus requisitis in civitate Viterbii, ita quod sitis ibidem ante festum nativitatis Domini per duos dies vel unum, cum illic esse Dec. 25. Deo suum nobis prebente auxilium intendamus in festo iam dicto, nos sotiaturi ad Urbem et interfuturi tempore imperialis diadematis assumendi, sicut prestite fidelitatis devotio et iuris dispositio instruunt vos teneri.

Dat. Pisis, anno Domini MCCCXXVII, ind. XI, die IIII. Decembris, rengni nostri anno XIIII.

365. *Receptio mandati regii.* *Dec. 28.*

Copia (c.) in Protocollo ser Pieri di Simone notarii 'P. 415' signato fol. 70' tabularii regii Florentini[1]. *Descripsit vir d. Dante Dominici. — Ineditum.*

In Dei nomine amen.

Anno eiusdem incarnationis millesimo CCCXXVII, indictione XI. et die XXVIII. Decembris. Pateat omnibus evidenter presentem paginam inspecturis, quod quidam presbiter Danzinus rector ecclesie Sancti Martini de Castagno plebatus Sancti Gaudenzii ad pedem Alpium presentavit egregio viro Guidoni Alberto comiti de Mutiliana Dei gratia Tuscie palatino licteras infrascripti tenoris:

'Ludovicus Dei gratia — nostri anno XIIII.' *supra nr. 364.*

Super quibus licteris erat quoddam sigillum cere rubee[2], cuius sigilli lictere vel ymago aliqua non poterat decerni vel modo aliquo declarari sive legi. Qui prelibatus dominus comes Guido Albertus cum reverentia et flectis genibus recepit licteras suprascriptas protextans et dicens antedicto latori coram me notario et testibus infrascriptis, quod si predictas Dec. 25. licteras recepisset ante terminum pascatis in licteris declaratum, ad posse suum mandatis domini regis predicti domini sui in omnibus obbedisset. Set quia post terminum antedictum sibi fuerunt predicte lictere presentate, non potest quod regia plenitudo precipit adimplere.

363. a) tibi *add. etiam hic or.*

1) *Cf. Davidsohn 'Geschichte von Florenz' III, 810 not. 3.* 2) *Scil. secretum dorso impressum.*

Acta fuerunt omnia predicta et presentatio licterarum in castro Sancti Babilli, presentibus testibus nobile viro Daddo de Toschis, Ottolino Teotonico, Salvadore de Decomano et Bandino Luchesini de Sancto Gaudenzo famil(iaribus) dicti domini comitis ad hec vocatis, habitis et rogatis.

366—369. SCRIPTA PRO CIVITATE SAVONENSI ET FRIDERICO DE SCALA VICARIO EIUS.

1327. Dec. 12.—15.

366. *Mandatum generale in favorem civitatis.* *Dec. 12.*

Originale (or.) *in tabulario civitatis Savonensis. Contulimus nos. Pendet sigillum parum laesum filis sericis rubei flavique coloris. — Ed. Filippi et Cipolla loco supra ad nr. 314 citato p. 309 nr. 2 ex* or.

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis et singulis regibus, ducibus, marchionibus, comitibus, com[un]itatibus[a], universitatibus, potestatibus, magistratibus et quorumcumque locorum rectoribus et ministris et aliis quibuscumque singularibus personis, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Meditacio cordis nostri assidua hoc continet speciale, ut fideles subditos nostros ab oppressionibus, iniuriis et violentiis sublevemus. Circa hoc enim noctes ducimus insompnes, ut subiectis nostris preparemus quietem, maxime ut innocens culpa et delicto nocentium non gravetur. Hoc enim precipiunt divina iura pariter et humana. Quamobrem vobis omnibus et singulis presentium tenore districte precipiendo mandamus, volumus et etiam ordinamus, quod nullus, cuiuscunque condicionis et status existat, audeat vel presumat impedire, arrestare vel modo aliquo perturbare quocumque quesito colore et quacumque occasione vel causa in avere vel personis aliquem civem civitatis Saone occasione alicuius depredacionis vel robarie facte vel fiende in posterum per aliquos Ianuenses vel fideiussionis facte occasione predicta seu alicuius laudis vel reprehensaliarum concessarum vel concedendarum alicui persone vel personis pro aliqua roboria[b] vel corsaria facta vel fienda seu occasione ipsius per aliquos Ianuenses, nisi forte in commictendo roboriam vel corsariam predictam aliquis Saonensis culpam commisisset seu commiserit in futurum[1]. Cassantes et annullantes exnunc laudes et reprehensalias quascumque contra prefatos Saonenses quibuscumque personis concessas occasione predicta vel in posterum concedendas, quas exnunc carere volumus omni roboris firmitate. Nullus autem contra hoc presens nostrum indultum audeat vel presumat aliquit attemptare seu contra facere vel venire. Contrafacientes autem indignacionem nostram et nichilominus penam mille marcarum argenti pro quolibet et qualibet vice se noverint incursuros, cuius medietatem nostre fiscali camere volumus applicari, reliqua vero medietas sit et esse debeat partis lese. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo nostro regio iussimus communiri.

Dat. Pisis, XII. die Decembr., anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, regni vero nostri anno quartodecimo.

367. *Scriptum pro vicario prius.* *Dec. 12.*

Transsumtum in Confirmatione regia a. 1328. Oct. 20. data infra edenda eiusdem tabularii, ubi vide.

366. a) comi|tatibus *or.* b) *ita or.*

1) *Cf infra ad a. 1328. Nov. 24.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Frederico de la Schala vicario nostro civitatis Saone, fideli nostro dilecto gratiam suam et omne bonum.

Ambaxiatorum civitatis Saone ad nos venientium nostrorum fidelium dilectorum supplicatione conmoti tibi tenore presentium damus aliqua in mandatis, que utilia pro comuni predicto putamus, ut ea fideliter exequaris. Primum quidem tibi iniungimus et precipiendo mandamus, ut contra bannitos occasione robbarie et contra quoslibet derobbatores et fideiussores eorum iustitiam facias, que est precipua virtus Deo placens et maior aliis virtutibus, licet ab aliis augeatur. Et statuta pro comune Saone super robbariis condita te volumus observare, non obstantibus aliquibus licteris quibuscumque forestatis hactenus occasione premissa concessis[1], etiamsi a nostra maiestate processerint, quas auctoritate presentium ex certa sciencia revocamus. Secundum autem mandatum tibi iniungimus, ut abbatem populi civitatis predicte in honore et statu sui offitii, in quo eum invenisti tempore quo accessisti ad civitatem predictam, debeas conservare. Sit tibi quoque tertium studium, ut salarium tuum pro te et tua familia, equitibus et peditibus, quos tenere debes in vicariatu, ad quem pro futuris sex mensibus incipiendis
1328. Febr. 1. in Kalendis Febr. proxime venturi te confirmavimus et etiam de novo elegimus, aggregantes sub dicto tuo vicariatu civitates Nauli, Albingane et castrum Diani, distribuere debeas solvendum equitate pensata. Arbitrio enim tuo presentium auctoritate conmictimus, ut a comunitate fidelium Ian(ue) et civitatibus Saone, Nauli, Albingane et predicto castro Diani et aliis locis vicariatui tuo subiectis salarium tuum exigas secundum facultates predictorum locorum, prout visum tibi fuerit convenire. Tua enim discretio sic eque distribuat inter eos, ut plus suo pondere non graventur. Ad hec quoque tibi describimus, quod intentionis nostre non est, aliquem bannitum seu forestatum in Saona occasione alicuis homicidii perpetrati in personam alicuius Saonensis vel alterius malefitii in Saone conmissi absolvere seu a banno eximere quoquo modo, immo quascunque absolutiones seu restitutiones per nos factas de aliquo banno occasione predicta penitus revocamus. Tua igitur prudentia sic omnia recte disponat, ut a maiestate nostra valeas commendari. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri iussimus et nostri sigilli munimine roborari.

Dat. Pisis, anno Domini MCCCXXVII, die XII. mensis Decembr., regni vero nostri anno XIIII.

368. *Scriptum pro eodem alterum.* *Dec. 13.*

Item transsumtum (tr.) *in Confirmatione regia eiusdem dati infra edenda, ubi vide*[2].

1) *Cf. supra nr. 311 cap. 6. 7.* 2) *In adnotatione ex Protocollis* (c.) *tabularii communis Albingani descripta ponere liceat enuntiata nonnulla Syndicatus civitatis a. 1328. Ian. 19 dati, quo* constituerunt et ordinaverunt dominum Obertinum Cepulam et Ieronimum Rolandum cives dicte civitatis presentes sindicos, autores et procuratores et nuncios speciales .... ad conparendum et se presentandum nomine dicti comunis et pro dicto comuni coram magnificis dominis Frederico de la Scara[a] pro Romano principe fidelium imperii Ian(ue) et districtus ac civitatis Saone vicario generali et Verio de Arecio anbasatore pro dicto serenisimo nostro Romano principe iusta formam literarum missarum per dictos dominos dicto comuni Albing(ani) et audiendum dictos dominos vicarium et anbasatorem et ad quamcunque defensionem, exqusacionem pro dicto comuni faciendam et eciam ad manutenendum raciones et iura dicti comunis et ipsas raciones et iura coram dictis dominis nomine dicti comunis Alb(ingani) proponendum, alegandum et defendendum contra quamcunque personam, colegium, universitatem et cet.

Atum[a] Albing(ani) in capitulo, millesimo tricentesimo vigesimo octavo, indicione XI, die decima nona Ianuar.

a) *ita c.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Frederico de la Scala[a] fidelium comunitatis Ian(ue) et civitatis Saon(e) nostro vicario dilecto gratiam suam et omne bonum.

Sicut tua discretio bene novit, additi fuerunt tibi ultra salarium primitus ordinatum octingenti floreni pro tuo salario et nichilominus stipendium triginta equitum et triginta peditum tibi additorum in Mediolano. Dictaque additio facta fuit pro vicariatu et regimine ipsorum Ianuensium et terrarum, quas ipsi fideles Ian(ue) detinent, et in ipsorum Ianuensium favorem et gratiam facta fuit additio memorata. Quamobrem decernimus, volumus et precipiendo tibi mandamus, quatinus dictos fideles comunitatis Ianue ad solutionem dictorum octingentorum florenorum tibi fiendam et stipendii predictorum equitum et peditum presentium auctoritate compellere debeas cum effectu. Saonensibus, cum in eorum facta non fuerit additio supradicta favorem, a prestatione ipsorum vel alicuius partis ipsorum totaliter excusatis.

Dat. Pisis, XIII. die mensis Decembr., anno Domini MCCCXXVII, regni vero nostri anno XIIII.

369. *Privilegium pro civitate.* *Dec. 15.*

Originale (or.) *ibidem. Contulimus nos. Sigillum desideratur filis sericis rubei flavique coloris relictis. In verso legitur manu cancellariae regiae ut videtur exaratum:* R̸. — *Ed. l. c. p. 311 nr. 5 ex* or.

Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobilibus et prudentibus viris . . consilio et . . communi civitatis Saone, suis et imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum.

Etsi regalis munificentia in graciis et beneficiis concedendis erga suos subditos et fideles habere se debeat larga manu, illos tamen prosequi decet graciis et munificenciis specialibus et regali beneficio honorare, quos constat experiencia rerum magistra numquam pro defensione et exaltatione sacri Romani imperii defecisse. Exinde enim talium fidelium augetur devocio et alii ad devocionem et fidelitatem imperii exemplo huiusmodi animantur. Nutrit enim virtutes retribucio premiorum, presertim quando irremuneratum non reliquitur, quod consciencia teste laudatur. Igitur nos considerantes vos et commune vestrum pro defensione et exaltacione Romani imperii diucius laborasse, ob vestrorum remuneracionem laborum et ut vestra devocio premiorum exortacione circa nos et Romanum imperium augmentetur, vobis et vestro communi castrum Signi et villam Vadi cum omnibus suis iuribus, hominibus, iurisditionibus, pertinenciis ad castrum et villam predictum, cum mero et mixto imperio et simplici iurisdictione ex certa sciencia confirmamus, ita tamen quod per huiusmodi nostram confirmacionem iuribus quorumcumque nullum preiudicium generetur. Et volentes vos et commune vestrum favorabilius prosequi et iurisditionem vestram et vestri communis tamquam nostrorum fidelium dilectorum extendere et etiam ampliare, ad hoc presertim ut inter vos et loca vobis vicina humana coherceatur audacia, ut inter malos et improbos innocencia sit secura, vobis et vestro communi iurisditionem concedimus et merum et mixtum imperium in mari per decem miliaria, in tantum quantum frons potentie seu posse Saone se extendit atque trahit, ut ius, iurisdicionem et potestatem habeatis iurisdicendi inter quoscunque et animadvertendi in facinorosos homines atque malos. Ad hec quoque vobis et vestro communi potestatem liberam concedimus atque damus ex certa sciencia de gracia speciali, ut possitis auctoritate nostra regia gabellas et pedagia contra quascumque personas impositas ad utilitatem vestram et vestri communis convertere, percipere et habere. Salvis tamen semper

368. a) c *supra lin. add. tr.*

iuribus quorumcunque, quibus per hanc nostram concessionem non intendimus derogare, predicta omnia concedentes usque ad nostrum beneplacitum et mandatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire, si indignacionem nostram et gravem maiestatis nostre offensam ac penam mille marcarum argenti voluerit evitare. Quarum medietas fisco nostro, alia medietas passo seu passis iniuriam ipso facto et tociens quociens contrafactum fuerit, irremissibiliter applicetur. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. Pisis, XV. die Decembr., anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, regni vero nostri anno quartodecimo.

---

370. *Acta curiae marescalci regii.* *Dec. 15. 16.*

Transsumtum originale (tr.) *in tabulario regio Pisano. Praecedunt haec verba:* In nomine Domini amen. Continetur in libro petitionum, libellorum, respontionum, litium contestationum, citationum, reclamorum, pronuptiationum, sententiarum et aliarum super causis et processibus civilibus ventillantibus in curia magnifici et potentis domini domini Alberti Humuleonis de Lictinberg marescalci serenissimi principis domini Ludovici Dei gratia Romanorum regis semper augusti, existentibus sapientibus viris dominis Raymondino de Archidiaconis de Cremona et Iacobo de Arientis de Bononia iudicibus dicti domini marescalci, scripto, conposito et ordinato per Albertinum de Archidiacconsis de Cremona et Bonaiunctam de Guarsonibus de Piscia et me Frederigum filium ser Ormanni de Pistorio notarios publicos et familiares dicti domini marescalci, sub anno nativitatis Domini MIII^C^XXVII, indictione XI, diebus infrascriptis, inter cetera que continentur in dicto libro, sic videlicet. *Sequuntur in fine:* Ego Rustichellus Dardagnini de Luca notarius predicta omnia, prout contineri inveni in suprascripto libro, de mandato dictorum notariorum hic exemplavi, subscripsi et plubicavi. — *Edidit Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 519 n. 505. Editionem repetimus.*

Consilium Iohannis Cecchi iudicis datum domino Raymondino iudici domini marescalci domini imperatoris super questione, que vertitur inter Franchuccium Fornacciarium ex una parte et Tomasum Negossini de Cascina ex altera, qua queritur utrum suprascriptus Tomasus dare et solvere debeat suprascripto Franchuccio libras XXVI et soldos V denariorum pro miliariis septem et dimidio tegularum ad ractionem librarum trium et soldorum X pro quolibet miliario et libras XV denariorum pro sexaginta ponderibus calcinarum ad ractionem soldorum V pro quolibet pondere et libras novem pro mille quingentis tegulis seu embricibus ad ractionem librarum sex pro quolibet miliario in petitione suprascripti Francuccii conprehensis secundum formam sue ipsius Franchuccii petitionis an non, tale est:

'Visis et auditis iuribus et allegationibus utriusque partis et visis dictis testium a dicto Franchuccio in dicta questione productorum et omnibus aliis in dicta questione actitatis et coram eo productis, quod dictus Tomasus dare et solvere debeat suprascripto Francuccio suprascriptas libras viginti sex et soldos V denariorum et libras quindecim denariorum et suprascriptas libras novem denariorum in petitione suprascripti Franchuccii conprehensas et sic a dicto domino Raymondino sua sententia pronuptietur. Et fiat mentio in sententia.'

Lectum, apertum et plubicatum fuit dictum consilium per dictum dominum Raymondinum iudicem et vicarium suprascriptum pro tribunali sedentem Pisis in domo sue habitationis que est domini Verii Maschionis, que est in cappella sancti Simonis de Par-

lasico. Qui iudex et vicarius sedens ut supra pronuptiavit, fieri et observari debere in omnibus et per omnia secundum formam dicti consilii, victum victori in expensis condepnans, reservata sibi taxatione expensarum presentibus dictis partibus. Et in executionem dicti consilii et huiusmodi pronumptiationis dictus iudex et vicarius imposuit et mandavit dicto Tomaso presenti et intelligenti, quatenus dictam summam, in qua supra condepnatus est, det et solvat dicto Francuccio hinc ad V dies ad penam eius arbitrio. Presentibus testibus rogatis et vocatis Simone Malaspina et Albertino de Cremona, anno nativitatis Domini MIII^C^XXVII, indictione XI, die XV. Decembris in vesperis.

Pro suprascripto Francuccio Andreas Coli numptius curie retulit, se ex parte dicti iudicis domini Raymondi citasse dictum Tomasum ad domum eius in qua moratur in cappella sancti Petri ad Ischiam et sibi locasse, quod venire et conparere deberet coram dicto iudice ad videndum taxari expensas factas occasione suprascripte cause et in suprascripta causa et terminum de solvendo recipiendum, alias predicta fient eius absentia non abstante. Conparuit dictus Francuccius hora statuta et alia pars fuit contumax et petiit predictarum expensarum taxationem fieri, adverse partis absentia non obstante. Dominus Raymondinus iudex predictus visis et deliberatis expensis factis in dicta causa pronuptiavit et taxavit expensas factas in dicta causa libras quatuor et soldos X denariorum Pisanorum, recepto iuramento a dicto Francuccio, quod tantum expendidit in dicta causa et ultra satis, et inposuit et mandavit dicto Tomaso licet absenti, quod dictas expensas det et solvat eidem Francuccio hinc ad tertiam diem ad penam quarti. Presente dicto Francuccio et petente et absente alia parte [tamen] citata ut supra continetur et presentibus testibus rogatis et vocatis ser Bonaiuncta de Guarzonibus de Piscia et Andrea Ganbarini de Florentia, anno nativitatis Domini MIII^C^XXVII, indictione XI, die XVI. Decembris post vesperas parum.

371. *Solutio pecuniae pro rege contribuendae.* *Dec. 18.*

Originale (or.) *Pisis in tabulario familiae Roncioni. Nobis petentibus inveniri non poterat. — Ed. Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 51 nr. 74 ex* or. *Editionem* (ed.) *repetimus*[1].

In eterni Dei nomine amen.

Per[a] hoc publicum instrumentum sit omnibus manifestum, quod pro heredibus Vannis de Bracchiis de capella sancte Cecilie Colus Puccii de Brachis de suprascripta capella de sua propria pecunia non animo donandi, sed animo rehabendi in bonis et de bonis suprascriptorum heredum vel communis Pisani coram me Simone notario et testibus infrascriptis dedit et solvit Bactiameo Dati esactori prestancie florenorum XX milium auri nuper imposite in civitate Pisana pro domino imperatore semper augusto pro quarterio Medii pro communi Pisano recipienti florenos quindecim auri ipsis heredibus impositos de predicta prestancia. De quibus se ab eo suprascripto modo bene quietum et pagatum vocavit et inde eum et suos heredes et bona penitus absolvit et liberavit.

Actum Pisis in palatio Pisani communis, in quo dominus Pisanus potestas manet, presentibus Gerardo notario de Castello Anselmi et Bernardo Macingna notario testibus ad hoc rogatis, dominice incarnationis anno millesimo trecentesimo vigesimo octavo, indictione undecima, quintodecimo Kalendas Ianuarii.

Ego Simon notarius de Gello Putido condam Balduccii imperialis aule iudex ordinarius atque notarius et nunc scriba publicus suprascripte prestancie predicta scripsi et firmavi.

371. a) Est *ed.*

1) *Cf. pagamenta in favorem Ludewici regis a communi Pisano a. 1327. m. Nov. et Dec. facta apud Ficker l. c. p. 42 sqq. nr. 70 et infra notam ad a. 1328. Mai. 29.*

372. *Mandatum iteratum communi Tudertino missum.* *1328. Ian. 4.*

Copia (c.) in 'Libro Reformationum a. 1328' tabularii communis Tudertini. — Iam edidimus nos 'Neues Archiv' XXX, 425 sq. ex c. Editionem nostram hic repetimus.

Cf. excerpta quae l. c. sequuntur.

Ludovicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris consilio et comuni Tuderti suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Requisivimus vos alias scriptis nostris[1] de mictendo nobis subsidio armatorum, quod effectui non mandastis nec responsum aliquod actulistis. De quo valde mirantes fidelitatem vestram iterum et seriosius requirimus et monemus, nichilominus vobis precipientes firmissime nostre gratie sub obtentu, quatinus sine cuiuslibet more diffugio ad nos subsidium armatorum ut premittitur destinetis. Alioquin si neglientes essetis in eo, quod de fidelitate vestra nullatenus presumimus et speramus, nostram indignationem graviter sentiretis, presertim cum ad urbem Romanam directo vestigio Domino favente feliciter procedamus.

Data Viterbii, IIII. die Ian., regni nostri anno XIIII.

Subiungimus hic scripta duo quae dato carent, tamen cum titulo regio, i. e. ante a. 1328. Ian. 17. conscripta sunt.

373. *Forma receptionis in medicum et familiarem.* *Sine dato. (1314—1327.)*

Copia (c.) in formulario Norimbergensi saec. XIV. Musaei Britannici 'Arundel nr. 240' fol. 111, ubi rubrum: Recepcio medici. — *Ed. W. Levison 'Neues Archiv' XXXII, 453 nr. 12. Editionem repetimus.*

Cf. notam l. c. additam.

Lud(owicus) Dei gratia Romanorum rex etc. prudenti viro tali gratiam suam et omne bonum.

Probitatis tue merita grata nobis utpote et accepta et artis medicine pericia, que te fama referente summum reddit apud homines et probatum[a], nostrum excitant animum et inducunt, ut te specialibus[b] graciis prosequamur et[c] dignis favoribus attollamus. Igitur premissorum intuitu tuam volentes honorare personam et specialis prerogativa gratie prevenire, te in nostrum medicum et familiarem gratanter recepimus et medicorum nostrorum consorcio agregamus, volentes ut de cetero nostri nominis favore fulcitus nostreque protectionis clipeo communitus ubique favoris nostri presidio pociaris. Dantes tibi has litteras sigillo nostre[d] regie maiestatis communitas in testimonium super eo.

Datum in tali loco, regni nostri anno tali etc.

374. *Scriptum comitis de Wirtemberg super precibus regis primariis.* *(1314—1327.) Iul. 28.*

Originalis vel copiae cognitionem non habemus. — Ed. Würdtwein 'Subsidia diplomatica' XII, 109. Editionem repetimus.

373. a) proventum *c.* b) spiritualibus *c.* c) in *add. c.* d) nostro *c.*

1) *Servatae non sunt.*

Honorabilibus viris preposito, decano et capitulo ecclesie Wimpinensis, amicis suis specialissimis Eberhardus comes de Wirtemberg, inferioris Suevie et Franconie superioris advocatus provincialis sincerum affectum in omnibus placendi.

Cum serenissimus dominus noster dominus Ludovicus Romanorum rex preces suas primarias pro Cunrado notario nostro dilecto vobis porrexerit, ut ipsum recipiatis in vestrum canonicum et confratrem et nos preces nostras eiusdem domini regis precibus annectimus etc. ac super hiis honorabilibus viris magistro Marquardo preposito nostro de Stuggarten et Burchardo Sturmfeder fidelibus et secretariis nostris dilectis, quos ad vestri presentiam destinamus, fidem in dicendis credulam adhibentes.

Datum in Kircheim, in die Pantaleonis martiris.

---

375. 376. SCRIPTA URBIS PANORMITANAE AD FRIDERICUM REGEM TRINACRIAE.

1327. Dec. 15.—28.

375. *Scriptum prius.* *Dec. 15.*

Copia (c.) *in Registro litterarum a. 1327. fol. 26' tabularii communis Panormitani. — Ed. St. V. Bozzo 'Note storiche Siciliane del secolo XIV' (Palermo 1882) Documenti p. LII nr. 28 ex* c. *Editionem repetimus.*

XV. Decembris, XI. indicionis.

Sacre regie maiestati universitas sue felicis urbis Panormi manuum oscula et debite fidelitatis obsequia.

Maiestatem vestram scire cupimus presencium serie licterarum, quod intellecto tenore sacri vestri apicis nobis pridie missi super vestre maiestatis proposito feliciter habito in honorem excellentissimi principis regis Romanorum semper augusti, ad cuius presenciam cum felici exercitu maritimo, equitum et peditum armatorum in suum subsidium ac beneplacitum speciale divina favente clemencia se personaliter conferre disponit vestra precipue regia celsitudo, immense letitie iubilo exultantes satis letati fuimus precordialiter atque sumus, exorantes illum altissimum cunctipotentem Dominum, qui regibus dat salutem[2], ut cunctos actus vestros prospere dirigat cum salute et victoria peroptata. Nam ut iocumditas nobis plena sit effecta vestra gracia concedente, satis obtamus personalem maiestatis vestre presentiam et incliti don Guillielmi precordialissimi geniti vestri in eadem urbe adesse, ut consolacionem et leticiam adipisci per vestre maiestatis intuitum nobis inmensum avide valeamus. Et cum nobilis Symon Valguarnera miles concivis noster domicilium in dicta urbe iam habuit et habeat cum consorte et familia suis conversando in urbe ipsa ibique morando tamquam civis urbis eiusdem, a quo bonum consilium et iuvamen nobis prodeunt et insistunt, idemque intendat a dicta urbe dictam consortem suam ammovere et alio adducere moraturam, quod nobis nimium displicet, quia eisdem nobis convenit ipsos iugales in dicta urbe quotidie habere presentes tanquam utiles et nobis quam plurimum oportunos, et super hiis omnibus nostros syndicos et nuncios speciales elegimus et approbavimus infrascriptos nobiles concives nostros vestreque maiestatis fideles, scilicet dominum Iohannem de Milite et dominum Iohannem de Calatagirone milites presencium portitores, quibus hec commisimus, eosque inde informavimus diligenter, quos ad vestre maiestatis conspectum

1) *Cf. Ps. 143, 10.*

duximus fiducialiter trasmictendos, eapropter maiestati vestre humiliter supplicamus, ut quicquid dicti syndici nostri ex parte nostra oretenus vestre maiestati vive vocis oraculo dixerint super adventu vestre maiestatis et dicti geniti vestri ad prefatam urbem et super mora dicte consortis prefati dicti domini Symonis in urbe ipsa dignetur eadem maiestas eisque tamquam nobis fidem credulam adhibere ipsosque super hiis benignitate solita exaudire, si placet.

Scriptum in urbe predicta ut supra.

376. *Scriptum alterum.* *Dec. 28.*

Copia (c.) *ibidem fol. 27'. — Ed. l. c. p. LIII nr. 29 ex* c. *Editionem repetimus.*

XXVIII. Decembris, XI. indicionis.

Sacre regie maiestati universitas suê felicis urbis Panormi manuum oscula et debite fidelitatis obsequia.

Dec. Regie celsitudinis sacros apices, quos pridie infra presentem mensem Decembris nobis suis fidelibus dignata extitit destinare et per eos solita benignitate describere, qualiter nuncii et ambassatores excellentissimi domini Romanorum regis semper augusti ad vestri culminis presenciam venientes affectum, quem idem dominus Romanorum rex erga maiestatem vestram gerit et habet, nec minus exforcium et potenciam eius in multitudine equitum et aliorum armigerorum plurimum copiosa et felicem eius ad urbem Dec. 25. Romanam progressum et [quod] inibi festo Nativitatis dominice celebrato instanter deinde [ad] partes Regni proponit ad rebelles et hostes imperii conculcandos, fidem sumens ex virtute Altissimi et in prelibata gentis sue experta strenuitate confidens, [et] per ipsius Regni partes absque resistencia aliquorum viriliter et salubriter equitare, excellencie vestre discrete et ordinate ut decuit expresserunt et maiestatem vestram pro parte ipsius domini regis amicabiliter requirendo rogarunt, ut navali exercitu atque milicia vestris preparati et muniti quatenus possitis ad eum, [quia] maiestatem vestram videre presencialiter affectat[a], accedatis celerius vel saltem interim vestrum consilium, cui proponit totaliter inherere super agendis per eum, promere debeatis[b], addicientibus etiam nunciis memoratis, quod dominus ipse rex galeas quinquaginta Sahoniensium et Pisanorum, ad quas armandas se ipsos spontaneos obtulerunt, facit armari ad vestram maiestatem in Siciliam transmictendas quodque cum galeis ipsis et vestro stolo felici aliarum quinquaginta per excellenciam vestram preparandarum propterea, que erunt numero feliciter centum, [ut] ad eiusdem domini regis presenciam favorabiliter et salubriter atque, ut vestris geritis votive affectibus, cum certa electa milicia aliisque armigeris strenuis fidelibus vestris honorifice maiestas vestra se conferat, excellenciam vestram Domino dirigente paratis, prout premissa et alia in eisdem apicibus latius et seriosius exprimuntur, debita fidelitate recipimus et reverencia consueta. Quibus omnibus cum summa devocione intentis animis vehemencius perauditis et perspicacitate qualibet intellectis, grandia gaudia, que dici possunt vere nobis gaudia gaudiorum, cordibus nostris suscepimus et de tanto domini regis prelibati effectu, quo eum regali vestra perspicaci providencia operante maiestati vestre in immensum noscimus counitum, suaque tanta sibi adeo concessa potencia bellicosa ac eius et excellencie vestre tam utilibus quam salubribus divina gracia illustrante propositis, ex quibus exaltacione[m] status et nominis regalis culminis vestri et nobis et fidelibus singulis vestris tranquillitatem et pacem propterea[c] Christo favente noscimus affuturas, Deo celi et Regi regum domino gracias et laudes quamquam indigni incessanter referimus et ei prece humili iugiter supplica-

376. a) affectarunt *ed.* b) deberetis *ed.* c) properare *ed.*

mus, ut vestrum propositum ad tam arduum tamquam perutile negocium assumendum, per quod respublica tota iam periclitata consurgat, cunctosque actus vestros confirmet clementer et dirigat ac vestrum solium peraugeat prospere et feliciter continuato conservet. Verum domine si super premissis nobis dignanter per vestram sacram excellenciam ut predicitur intimatis oblacionis nostre debitum maiestati vestre ut decuit universaliter respondendo scriptura celerior non persolvit, causa nos sequens et si fas est excusabilis quoque detinuit, maiestatis vestre ad vestram urbem a quolibet fidelium vestrorum urbis ipsius desideratam presenciam in brevi et avide prestolantes, ut omnes pariter et singulariter universi presencialiter coram sacro regio conspectu vestro presentes affectum et operam erga maiestatem vestram ignate[d] fidelitatis in nobis cum debite prosecucionis effectu vivarum vocum oraculis devotissime promereamus[e]. Denique intellecto relatibus aliquorum, quod moram in ipsis partibus per certi temporis intervallum ex iusta et rationabili causa quod credimus vestra protrahere omine felici decreverit celsitudo, ne per retardacionis indebite spacium incurisse negligencie vicium videamus nolentesque fieri tante glorie tanteque alacritatis sollemnium beneficiorum desiderabiliumque expertes et ab onere eximi, quo perpetuos speramus honores principali splendore fidei et eius quo vivimus accensi fervore pro tanti prosequcione felicis negocii personas nostras, substancias et quecumque bona alia per nos possessa in terris, que a Deo et vestra gracia protegente profitemur et cognoscimus nobis data, utpote singuli et singulariter universi tanquam vitas ac eciam animas liberaliter maiestati vestre nedum offerimus cum tota affectione cordium, supplicantes ut de eis, quando et quomodo excellencie vestre sacre visum propterea fuerit, ad libitum nunc domine disponatis nec quidem inmerito, quia ut nobis efficacia operis certo est cercius, tanta in maiestate vestra erga nos exuberat benignitatis immensitas, ut dum possitis ab antiqui nos nostri hostis faucibus liberare, personales labores inquirere queritis et nullam certe pericula formidatis.

Scriptum in urbe predicta ut supra.

---

377. PROROGATIO PACIS GENERALIS RHENI MEDII. 1327. Dec. 21.

Originale (or.) *in tabulario civitatis Spirensis. Contulimus nos. Sigilla quinque plus minusve laesa pendent loris membranaceis. — Ed. Hilgard 'Urkunden zur Gesch. der Stadt Speyer' p. 300 nr. 376 ex* or.

Cf. supra nr. 49—51 et 288.

1. Wir Mathies von Gotes gnaden erzebischof des heilgen stules zu Menze und ein erzekenzelere des Romeschin rîches uber Tuslant und die stede, die iren ingesigele henckent an diesen brief, dun kunt allen den die diesen brief sehent oder horent leisen, daz wir den ersten lantvriden, den wir gemaht, besteillet und bescriebent hatdent, daz wir den mit einmudigeme rade erlengert und gestreckeit hant in alle die wiese und mit aller der verbîntnisze und gelubede, alse wir in vormales gemaht haden und biez here geweist ist durch gemeinen nuz und frutberekeit und ansiettige noitdorft des gemeinen landes, der doch weren sal biez sante Georien tag der nu aller neist kummet. 1328. Apr. 23.
Und der selbe nemeliche vride sal vorbaz weren biez unser Vrauwen tag der do heizet 1329. Febr. 2.
lietmeisse, der nach dem vorgenanten santen Georien tage aller neist kummende ist, und sal denne vorbaz weren von dem selben unser Vrauwen tage biez uber ein ganzes jar 1330. Febr. 2.

376. d) *ita ed.* e) promerimus *ed.*

mit alsoliche vorworten alse her nach gescriben stat, also daz unserme herren von Menze dem vorgenanten bischoffe sal werden nun schillinge hellere von ie dem furden wienes after und noch dem vorgenanten santen Georien tage umbe daz, daz er dem lantvriden deste baz behulfen sie und auch deste baz er dem vride geseszen ist.

2. Auch ist darzu me gereit und gemaht, weres daz in keines herren geriehtte ushit gesche der zu dem vriden horet, daz sal man eigen dem herren des daz geriehtte ist oder sime geweldigen ampmanne, also daz daz zu stunt geriehttet werde, und beschehe aber des nit, so sal der vride darzu dunt daz ez geriehttet werde. Me ist auch gereit, geschehe dekein raub der so ansittig were, darzu mutte der vride dun ane allen frevel und ane allen zorn des herren, des daz geriehtte were. Ez ist auch me geredet, weres daz in den zielen alse der lantvride besait unserme herren von Menze dem vergenanten bischoffe oder den sienen die zu dem lantvriden horent ushit geschehe, so sal er oder siene geweldige amplude die neiste stad darzu manen, daz sie ime behulfen sie. Die sal ime dan auch helfen uf den eyt, alse die brieven besaint die uber den lantvriden gemaht und gescrieben sint.

3. Die stede mugen auch manen unsern herren von Menze, ob er in dem lande ist, oder sine amplude, ob in dekein schade geschehe, so sal auch er oder sine amplude in uf den eyt auch helfen, daz ez in geraht werde. Anderwerbe ist auch geredet, weres daz dekein herre der zu dieseme lantvriden horet wrde gemanet von des vriden wegen oder sin ampman und tede er dan nit darzu, so solde man griefen an sin gelt daz ime vallende ist, alse lange biez daz ez geraht wrde. Und sal doch er uf den eyt behulfen und gebunden sin biez an daz ziel, alse der lantvride steit und besait. Weres auch sache daz dekeine stad auch von des vriden wegen die zu dem horet gemanet wrde, were dan die auch nit behulfen, an der gelt sal man griefen und sal doch mit dem eyde gebunden sin zu helfene biez an daz ziel, alse der lantvride besait.

4. Und me ist auch geredet, wer ez sache daz keime herren oder den steden die zu dem lantvriden horent in dieseme ziele ushit beschehe, do sal man getruweliche zu behulfen sin uf den eyt ane alle geverde, daz ez geraht werde.

Und zu eim warn urkunde aller der dinge die hie vorgeschriben stant so han wir die vergenanten alle unserre ingesigele gehenket an diesen brief.

Der wart gegeben do man zalte von Cristes gebůrte druzehenhundert jar und dar nach in dem sibenundzwenzigestime jare, uf sante Thomas tag des heilgen zwelfbotthen.

378—381. SCRIPTA AD PUBLICATIONEM PROCESSUUM PONTIFICIS SPECTANTIA.

(1328. in.) — 1328. Ian. 17.

378. *Petitiones archiepiscopi Salzburgensis pontifici porrectae.* *(1328. in.)*

Servantur in solo codice Formularum 1 *bibliothecae Salzburgensis saec. XIV. fol. 47. — Ed. Mayer loco supra ad nr. 138 citato LXII, 191 nr. 12 ex* 1. *Editionem repetimus in minutiis correctam.*

Reg. Lang 'Acta Salzburgo-Aquilejensia' I, 187 nr. 241 19.

Cf. Lang l. c. I, 124 nr. 143.

Sanctissimo in Christo etc.

1. Sanctitati vestre facio manifestum, quod processus et litteras michi meisque suffraganeis directas, quibus Lud(ovicum) quondam ducem Ba(varie) vestrum et ecclesie

sancte Dei persecutorem et hostem publicum nec non . . de . . et . . de . .[1] condempnastis de heretica pravitate[2], recepi per nuncium . . comitis de . . tali die talis mensis proxime preteriti cum ea reverencia qua decebat. Quarum tenore perspecto perpendens huiusmodi litteras ad suffraganeos meos absque gravi periculo non posse deferri et earum recepcionem negari et inclusionem mandatorum vestrorum [per] subterfugia confringi, ut res caucius ageretur, vocavi dictos suffraganeos meos, ut per se vel per procuratores suos ad[a] varia commenta coram me comparerent Salzburg(e) tali die visuri et lecturi litteras supradictas. Quo termino[b] venerabilibus patribus dominis [. .] Gurcensi et [. .] Chyemensi episcopis per se ipsos, reliquis vero suffraganeis per procuratores suos coram me comparentibus litteras supradictas clare et distincte feci legi eisque ad videndum et manibus suis tractandum exhiberi, mandans ut die sequenti publicacioni quam intendebamus facere interessent, ut et mei exemplo episcopi presentes similiter facerent et procuratores absencium dominis suis nunciarent, ut et ipsi pro reverencia sedis apostolice idem facere[c] minime trepidarent. Dicta itaque die clero et populo ad hoc convocatis, episcopis quoque et procuratoribus memoratis presentibus ipsas litteras et processus in eis contentos coram me feci publicari in vulgari patrie mee et exponi seu interpretari lucide et aperte, prout hec in instrumentis publicis vobis cum presentibus exhibendis[3] plenius continentur.

2. Verum ex publicacione priorum processuum, quos contra Lud(ovicum) tyrannum prefatum habuistis, quam publicacionem salva reverencia aliorum archiepiscoporum et episcoporum in partibus meis nemo fecit tam audaciter et intrepide sicut ego, sustinui pacienter plura quam ceteri omnes pericula, incomoda, persecuciones et dampna et adhuc talia et maiora et eciam[d] mortem subire et sustinere pro vestri honore sum paratus. Inter hec tamen corde gemebundo cum suspiriis vehementibus deplango, quod vultus vester ut intellexi non se michi exhibet gratiosum[e] et hilarem, ut consuevit, quod Deo teste, qui novit omnia antequam fiant, non procedit ex aliqua mea culpa, sed si petita venia et licencia postulata loqui audeo, hoc forte efficiunt aliqui, [qui] verbis et non factis placere nituntur et ob invidiam vel inimicicias, quas ipsi vel eorum domini ad me gerunt, post cetera dampna graciam vestram michi subripere machinantur. Quocirca supplico sanctitati vestre quatinus talibus fidem minime adhibentes apponatis, sed fidem, devocionem et obedienciam, quam ad vos et sedem apostolicam puro corde habeo, in effectu probetis et non ex verbis meis nec aliorum, sed pocius ex operibus. Supplico eciam quatinus peticionem, quam nuper [per] . . de . . procuratorem meum[f] vobis porrexi pro . . filio fratris mei, cuius pater in servicio ecclesie mee captivatus fuit, patrimonium perdidit et tandem in captivitate diem clausit extremum, filiis suis in gravi paupertate relictis, necnon alias peticiones meas admittere dignemini de gracia speciali.

Datum etc.

379. *Litterae suffraganeorum ad eundem.* *(1328. in.)*

Servantur in cod. 1 *fol. 48; ed. Mayer l. c. LXII, 193 nr. 13 ex* 1; 2 *Monacensi lat. 1726 saec. XIV. fol. 118; contulimus nos.*
Reg. Lang l. c. I, 187 nr. 241 20.

Sanctissimo in Christo etc.

Sanctitati vestre facimus manifestum, quod reverendus in Christo pater et dominus noster Frid(ericus) archiepiscopus Salczburgensis[a] apostolice sedis legatus execucioni

378. a) et 1. b) *loco* Quo termino 1: quare tercio. c) facerent 1. d) in *add.* 1. e) generosum 1. f) *loco* procuratorem meum 1: procuratoris mei.
379. a) *deest* 2.

1) *Sunt Marsilius de Padua et Iohannes de Ianduno.* 2) *Cf. supra nr. 361 et pag. 264 not. 1.* 3) *Servatae non sunt.*

mandatorum vestrorum reverenter intendens nos et ceteros suffraganeos suos ad suam presenciam evocavit ad videndum per nosmet ipsos aut per procuratores ydoneos, legendum quoque et auscultandum processus vestros[a], quibus Lud(ovicum) de Babaria vestrum et ecclesie Dei hostem publicum necnon[b] viros pestiferos . . de . . et . . de . .[1] de pravitate heretica condempnastis. Verum ceteris suffraganeis per procuratores suos comparentibus[c], nos duo[2] termino ad hoc constituto videlicet tali die comparuimus personaliter coram illo dictosque processus vidimus, legimus, auscultavimus et eorum copiam recepimus, intendentes illos publicare et exequi devote et reverenter, in quantum tota nostra possibilitas se extendit. Idem quoque dominus archiepiscopus pontificalibus indutus insigniis nobis sibi in eisdem insigniis assistentibus, aliorum eciam suffraganeorum procuratoribus presentibus, in predicta die in ecclesia sua metropolitana clero et populo[d] in magna multitudine congregatis litteras vestras bullatas fecit ostendi et[d] processus in eis contentos in vulgari Theutunico clara et clamosa voce recitari, exponi ac sollempniter publicari etc.[e]

380. *Petitio alia archiepiscopi Salzburgensis pro suffraganeo.* *(1328. in.)*

Servantur in solo cod. 1 *fol. 46'; ed. Mayer l. c. LXII, 196 nr. 16 ex* 1. *Editionem repetimus.*

Reg. Lang l. c. I, 187 nr. 241₂₁.

Cf. infra nr. 402.

Sanctissimo in Christo etc. Fridericus etc.

Cum nuper vocassem suffraganeos meos, ut per se vel procuratores ydoneos viderent, legerent et audirent processus vestros habitos contra Lud(ovicum) de Bawaria ac . . de tali loco et . . de . .[1] super labe heretice pravitatis, venerabilis pater dominus . . episcopus talis[3] inter ceteros suffraganeos meos per procuratorem sufficientem comparere curavit procuratorque idem processus eosdem vidit, audivit et copiam eorum cum meo pendenti sigillo ipsi episcopo reportavit. Quorum tenore cognito perpendens idem episcopus ex publicacione huiusmodi processuum quam fieri mandastis sibi persone proprie periculum sueque ecclesie ruinam et precipicium imminere, cogitavit ad viscera vestre misericordie confugere, alibi tutum et salubre refugium non sperans aliqualiter invenire, meque rogavit attente, ut de causis tantorum periculorum vobis scriberem veritatem. Quapropter sanctitati vestre insinuo in verbo omnino[a] veritatis, quod inter ducatum superioris Bawarie, quem dictus Ludo(vicus) adhuc de facto detinet sicut prius, nichil est intermedium nisi fluvius Danubii et populus eiusdem civitatis tanto favore adheret eidem Lud(ovico), quod non permittit processus vestros illi contrarios aliqualiter publicari. Ad hec municiones seu castra eiusdem episcopi in territoriis illius sunt [pro] maiori parte posite vel eiusdem territorii adeo vicine, quod contra habitatores eorum scilicet fautores prefati Lud(ovici) illas non potest tenere nec habet aliquem, qui contra illorum potenciam sibi valeat suffragari, presertim cum i[i]dem fautores quasi lupi rapaces expectent, ut nata quacunque occasione diripiant, occupent et invadant municiones dicti episcopi et alias facultates eiusdem, nec est spes aliqua recuperandi easdem, si ad manus tam crudelium et forcium hominum devenerint quoquomodo. Quocirca sanctitati vestre supplico reverenter, quatinus sepedicto episcopo eiusque ecclesie in tanta tribulacione positis de habundancia pietatis apostolice providere dignemini de remedio oportuno.

379. b) ad *add.* 2. c) et *add.* 1. 2. d) populo — et *excidit* 2. e) *deest* 1.
380. a) de *add. 1.*

1) *Marsilius et Iohannes; cf. pag. 283 not. 1.* 2) *Sunt episcopi Gurcensis et Chiemensis; cf. nr. 378 cap. 1.* 3) *Est Ratisponensis.*

381. *Pontificis litterae ad archiepiscopum Moguntinum. Ian. 17.*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 114^{II} fol. 171 nr. 1679. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatican. Akten' p. 360 nr. 955 ex* c. *(decurtatum).*

Cf. notam apud Riezler l. c. additam.

Archiepiscopo Maguntino.

Volentes quod processus per nos contra Ludovicum de Bavaria de heresi sententialiter condempnatum[a] dudum habiti per totam Turingiam diligenter et solenniter publicentur, fratornitatem tuam attencius exhortamur eidem nichilominus in virtute obediencie districtius iniungentes, quatinus in civitatibus, opidis et locis tuis et aliis in Turingia et terris Frederici marchionis Michsnensis[b] consistentibus, sicut commode fieri poterit, processus eosdem, quos alias[1] tibi misisse recolimus, contentis in eis expositis in vulgari, ut melius intelligantur ab omnibus, facias convocatis et presentibus ad hec clero et populo solenniter publicari. Nos si in terris marchionis predicti, qui adhesisse dicto L(udovico) eiusque primogenito contra tenorem dictorum processuum et adherere dampnabiliter dicitur, interdictum, cui subiacere dicte terre noscuntur, propter hoc observatur, reddituros certiores nichilominus et facturus illud ibidem inviolabiliter observari.

Datum Avinion(e), XVI. Kal. Februarii, anno duodecimo.

382—385. LUDEWICI CORONATIO IMPERIALIS.
1328. Ian. 17.—18.

382. *Relatio de constitutionibus imperialibus in die coronationis promulgatis. Ian. 17.*

Cum acta coronationis minime servata sint[2], *praeter editionis nostrae normas relationem Chronici Iohannis Villanii l. X cap. 55 hic ponere liceat.*

E come il Bavaro fu coronato, si fece leggere tre decreti imperiali, primo della cattolica fede, il secondo d'onorare e reverire i cherici, il terzo di conservare le ragioni delle vedove e de' pupilli. La quale ipocrita dissimulazione piacque molto a' Romani.

383. *Castruccii encyclica in die coronationis scripta. Ian. 17.*

Exemplaris Pisanis directi copia (c.) *in cod. hist. nr. 247 (Peutinger.) saec. XV. fol. 184' bibliothecae Stuttgardiensis. Contulimus nos. — Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 794 nr. 1131 ex* c.

Nobilibus viris dominis Baverio vicario[a], capitaneo guerre, ancianis populi, consilio et comuni Pisarum civitatis, amicis karissimis Kastrucius Dei gracia dux Lucanus[b], sacri Lateranensi(s) palacii comes et Romani imperii vexilifer salutem omni prosperitate fecundam.

Inter alia que vos tanquam fideles imperii desiderati[u]s affectare cognovimus, id ferventius affectatis, ut imperialis celsitudo, a qua nostra cum quorumcunque fidelium

381. a) condempnati *c.* b) *ita c.*

383. a) vich. *c.; cf. etiam Davidsohn 'Geschichte von Florenz' III, 822 not. 2.* b) Lubanus *c.*

1) *Cf. supra p. 264 not. 2.* 2) *Sed cf. infra ad a. 1328. Mart. 3.*

salus et vita dependat, votive promotionis titulis exaltetur[c]. Quapropter fidelitati vestre ad iocunditatis cumulum nunciamus, quod serenissimus princeps et dominus noster dominus Ludovicus divina favente clemencia Romanorum imperator et semper augustus et inclita[d] Romanorum imperatrix isto Dominico mane per Romanum populum iuxta ritum antiquum in basilica beati Petri de Urbe cum miriffice veneracionis et honorificentie cultu imperiali sunt dyademate coronati, servatis[e] solempnitatibus tam hiis que modernis consueverant[f] quam hiis que pristinis temporibus observari. Corona vero suscepta princeps prefatus erga nos munificencie sue manum aperiens de comitatu sacri[g] Lateranensis palacii nos et successores nostros imperpetuum insignivit, iure cuius dignitatis ipsum ad sanctam inunctionem deduximus suscipientes et tenentes imperiale diadema, tociens quociens[h] fuerit de ipsius capite deponendum, et sic perpetuo hoc ius eiusdem comitatus decrevit competere dignitati et sic in publico promulgavit. Preterea supradictus dominus sic predixit ante [et] voluit, quod essemus primus quem post sui[i] coronacionem milicia[k] decoravit, cuius in hoc prout et in omnibus aliis tanquam fidelissimus eius adquiescentes beneplacito, dictum eius militare decus recepimus et postmodum nos eundem honorem milicie [aliis][l] duximus conferendum. Voluit insuper dominus dictus imperator videre Alaxiam sponsam Heinrici primogeniti nostri, eo quod in publico matrimonium firmaretur in platea Campidolii, ubi cum multitudine militum, nobilium ac Romanorum imperator[m] ad prandium residebat[n], Xiaram eius patrem ut sibi largas dotes constituat exortando, soluturum ipsas dotes graciose se offerens. Hoc autem ad noticiam vestram proferimus, ut exinde leticiam assumatis.

Dat. Rome in Miliciis, die Dominico XVII. Ian.

384. 385. *Imperatoris preces primariae post coronationem.* *Ian. 18.* *Sine dato.*

A *Exemplar capitulo Wimpincnsi missum. Originalis vel copiae cognitionem non habemus. — Ed. Würdtwein 'Subsidia diplomatica' XII, 110. Editionem repetimus in minutiis correctam.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 57 nr. 952.

B *Exemplar capitulo Basiliensi missum. Copia in cod. Suppl. 409 fol. 57 saec. XIV. ex. tabularii caesarei Vindobonensis. — Ed. Thommen 'Urkunden zur Schweizer Geschichte' I, 204 nr. 346. Editionem repetimus.*

Cf. supra tom. V nr. 695—699, tom. VI nr. 374 et infra ad a. 1329. Iul. 15, 1330. Apr. 29, 1334. Apr. 2.

384. *Exemplar capitulo Wimpinensi missum.*

A.

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus honorabilibus viris preposito, decano totique capitulo ecclesie Wimpinensis, [fidelibus suis devotis gratiam suam et omne bonum].

Sic hactenus de iure et approbata consuetudine sacri imperii est servatum, quod Rom(anorum) imperatores, postquam Rome sacras ac imperiales infulas receperunt, ex coronationis ipsorum sollempniis in singulis ecclesiis super unius persone

385. *Exemplar capitulo Basiliensi missum.*

B.

Lodovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus honorabilibus viris . . preposito, . . decano et capitulo ecclesie Basiliensis, fidelibus suis devotis gratiam suam et omne bonum.

Sic hactenus de iure et approbata consuetudine sacri Romani imperii est servatum, quod Romanorum imperatores, postquam Rome sacras imperiales infulas receperunt, ex coronationis ipsorum sollempniis in singulis ecclesiis et monasteriis et apud

383. c) exaltatur *c.* d) inclinata *c.* e) seritatis *c.* f) convenerant *c.* g) sancti *c.* h) *excidit c.* i) sue *c.* k) milicie *c.* l) *sic fere addendum c.* m) imperii *c.* n) residebant *c.*

idonee provisione habebant petere [et] cum promptitudine qualibet exaudiri. Ipsorum igitur predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, ex quo divina favente clementia receptis pridie[a] in Urbe sacris imperialibus infulis solium conscendimus imperatorie dignitatis, devotioni vestre pro honesto viro Gerardo de Erenberg canonico Spirensi clerico nostro fideli dilecto cum fiducia porrigimus primarias preces nostras. Requirentes quatinus sibi de prebenda, si qua ad presens in dicta vestra vacat ecclesia vel quam primum vacare ceperit, provideatis etc.

Datum Rome, XVIII. die mensis Ianuarii, [anno Domini] MCCCXXVIII, regni vero nostri anno XIIII, imperii vero primo.

personas ecclesiasticas religiosas et seculares, maxime prelacionis titulo sublimatas super unius persone ydonee provisione habebant petere et cum promptitudine qualibet exaudiri. Ipsorum igitur predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, ex quo divina favente clementia receptis in Urbe sacris imperialibus infulis solium conscendimus imperatorie dignitatis, devocioni vestre pro discreto viro[a] A. nobis dilecto cum fiducia porrigimus primarias preces nostras, ita tamen si pro alio non scripsimus velut imperator. Requirentes vos attencius et monentes, quatinus eundem . ., cuius promocionem sincere diligimus ex affectu, ob iuris et primariarum nostrarum precum reverenciam in vestrum et ecclesie vestre recipiatis canonicum et confratrem sibique de prebenda, si qua vacat ad presens vel quam primum vacare ceperit, adeo liberaliter providere velitis, ut obinde vestris et ecclesie vestre comoditatibus et profectibus favorabiliter intendere debeamus. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. etc.

386—401. EIUSDEM PRIVILEGIA POST CORONATIONEM CONCESSA VEL CONFIRMATA ALIAQUE SCRIPTA.

1328. Ian. 27.—Febr. 21.

386—392. PRIVILEGIA ET SCRIPTA VARIA PRO MARCHIONE BRANDENBURGENSI.

1328. Ian. 27.—Febr. 18.

386. 387. *Infeudatio de bonis rebellium Poloniae.* *Ian. 27.—Febr. 8.*

Formae minoris A *die 27. m. Ian. datae copia in* 1 *Copiario Marchico R. 78 a. 3 saec. XIV. fol. 6' tabularii regii Berolinensis. Contulimus nos. Est rubrum:* Confirmacio precedentis[1].

Böhmer, Reg. Ludw. p. 58 nr. 953.

384. a) pridem *ed.*
385. a) nobis *c.*

1) *Scil. nr. 387.*

Formae maioris B *die 8. m. Febr. sub bulla aurea datae copiae in* 1 *fol. 6, itemque in* 2 *Copiario Marchico R. 78 a. 1 fol. 5' eiusdem tabularii. Contulimus nos. Est rubrum in* 1*:* Bulla confirmacionis super bonis evincendis et evictis a Polonis march. Brand., *in* 2*:* Confirmatio super bonis evictis et evincendis quibuscumque a Polonis.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 58 nr. 958.

386. *Forma minor.* *Ian. 27.*

A.

Lud(owicus) Dei gratia Romanorum imperator semper augustus illustri Lud(owico) marchioni Brandenburgensi principi et primogenito suo karissimo gratiam suam et omne bonum.

Sunt nonnulli de regno Polonie principes, nobiles, magnates et eciam militares necnon communitates, universitates civitatum, castrorum, opidorum pariter et burgorum, qui mencientes ac postergantes fidem nobis debitam et imperio rebellionis spiritum assumpserunt. Cumque tales tamquam[a] ingratos et criminis lese maiestatis reos de singulis bonis temporalibus sentencialiter privaverimus et tibi ac successoribus tuis invadenda, occupanda et in ius vestrum et dominium reducenda ea concesserimus, auctoritate imperiali tibi et ipsis successoribus tuis marchionibus Brandenburgensibus et vestris heredibus omnia et singula bona, civitates, terras, castra, burgos et bona quecunque, que ab huiusmodi rebellibus evincetis fortitudine, violencia vel alio quovis modo, vobis et principatui Marchie damus, confirmamus et in pheodum perpetuum concedimus a nobis et sacro imperio iusti pheodi titulo perpetuo possidenda. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre donacionis, concessionis, confirmacionis et inpheodacionis paginam infringere vel ei ausu aliquo temerario contraire. Si quis vero hoc attemptare presumpserit, indignationem nostram se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo nostre maiestatis iussimus communiri.

387. *Forma maior.* *Febr. 8.*

B.

Lud(owicus) Dei gratia Romanorum imperator[a] semper augustus illustri Lud(owico) marchioni Brand(enburgensi) principi[b] et primogenito suo karissimo[b] gratiam suam et omne bonum.

Sunt nonnulli de regno Polonie principes, nobiles, magnates et etiam militares necnon communitates[a], universitates civitatum, castrorum, opidorum pariter et burgorum[c], qui mentientes et postergantes fidem nobis debitam et imperio rebellionis spiritum assumpserunt. Cumque tales tamquam ingratos et criminis lese maiestatis reos de singulis bonis temporalibus sententialiter[d] privaverimus et tibi ac successoribus tuis invadenda[e], occupanda et in ius vestrum et dominium reducenda ea concesserimus, auctoritate imperiali tibi et ipsis successoribus tuis marchionibus Brand(enburgensibus) et vestris heredibus omnia et singula bona, civitates, terras, castra, burgos et bona quecunque, que ab huiusmodi rebellibus evincetis fortitudine, violentia vel alio quovis modo vobis et principatui Marchie damus, confirmamus et in pheodum[f] perpetuum concedimus a nobis et sacro imperio iusti pheodi titulo perpetuo possidenda. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre donationis, concessionis, confirmationis et inpheodationis paginam infringere vel ei ausu aliquo temerario contraire. Si quis vero hoc[g] attemptare presumpserit, indignationem nostram se noverit incursurum. In testimonium omnium premissorum presentes conscribi et bulla nostra aurea iussimus communiri et signum nostrum consuetum apponi fecimus presentibus cum[d] testibus subnotatis videlicet Rudolfo[h] duce Bava-

386. a) t͡q ͣꝫ 1.

387. a) et *add.* 2. b) *loco* principi — karissimo 2: . . . c) b. p. et o. 2. d) *deest* 2. e) invandenda 1. f) feodum *similiter semper* 2. g) *deest* 1. h) Rudolpho 2.

Datum Lateran(i), XXVII. die mensis Ianuarii, anno Domini MCCCXXVIII, regni nostri anno XIIII, imperii vero primo.

rie principe et patruo[i] nostro karissimo, Heinrico duce Brûnsw(icensi)[k], Lud(ovico) duce de Teck[l], Ulrico lantgravio Alsacie[m], Frid(erico) burgravio[n] de Nůrenberg[o], Meinhardo comite de Ortenberg[p], Ottone de Orlamûnde[q], Hermanno de Castel, Iohanne de Claromonte et Io(hanne)[r] filio burggravii supradicti comitibus necnon[s] nobilibus viris C(onrado) de Slûzzelberg[t], Alberto dicto Humel[u] de Lichtenberg marescalco[v] nostro, Engelh(ardo) de Winsperg, C(onrado) de[w] Trůhendingen[x], Andrea et Gotfrido de Prunek[y], Heinrico de Preisingin[z] magistro curie nostre, Petro Sacchon(e)[a] de Petramala, magistro Ulrico imperialis aule prothonotario necnon nobilibus Romanis Iacobo Serre de Columpna[b], Iacobo de Sabell(is) senatoribus, Manfredo de Vico alme Urbis prefecto et Thebaldo de Sancto Eustachio ad pleniorem certitudinem premissorum.

Datum et actum[c] Rome in imperiali palatio Lateran(i), VIII. die mensis Februarii, anno incarnationis dominice MCCCXXVIII, indictione XI, regni nostri anno XIIII, imperii vero primo[d].

Et ego Hermannus de Lichtimberg scolasticus[e] ecclesie Spirensis necnon prepositus ecclesie Sancti Germani nomine et vice domini Heinrici archiepiscopi Coloniensis archicancellarii[f] cancellarius presentibus interfui et subscripsi[e.f].

388. *Mandatum ad duces Slavorum super recognitione feudorum.* *Ian. 27.*

Originale in eodem tabulario. Contulimus nos. Pendet sigillum laesum filis sericis rubei flavique coloris. Manu Italica scriptum est. In plicae parte dextra legitur: Copiata, *in dorso:* Remissio ducum Stetinensium ad marchionem Brand. pro feodis suscipiendis, *itemque in dorsi margine inferiori:* Copietur, *omnia ut videtur manibus cancellariae imperialis scripta.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 58 nr. 954.

‖Lu‖dowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus illustribus Buggezlao et suis fratribus necnon eorum heredibus Stetinensibus, Sclavorum, Cassuborum et Pomeranie ducibus, consangwineis suis dilectis graciam suam et omne bonum.

387. i) avunculo 2. k) Brunswicensi 2. l) Tecke 2. m) Altsacie 2. n) burggravio *similiter semper* 2. o) Nurimberg 2. p) Ortenburg 2. q) Orlamunde 2. r) Iohanne 2. s) *hic in* 2 *monogramma imperatoris incipit, quod in* 1 *desideratur.* t) Sluzzilberg 2. u) Hummel 2. v) marschalko 2. w) *deest* 1. x) Thruhundingin 2. y) brunecke 2. z) Preysingin 2. a) Schackone 2. b) Calumpna 1. c) Dat. et act. 2. d) *sequitur rubrum in* 2: Signum domini cancellarii domini imperatoris. e) *loco* scolasticus — subscripsi 1: et cet. ut supra *(scil. nr. 391 sub.* 1*).* f) *loco* archicancellarii — subscripsi 2: ut supra *(scil. nr. 391 sub* 2*).*

Denunciamus vobis quod ducatus Stetinensis, Sclavorum, Cassuborum et Pomeranie supradicti inmediate descendunt in feodum a marchionatu Brandenburgensi archicameratu imperii et ad illustres marchiones Brandenburgenses qui sunt pro tempore pertinent sicut ad dominos collatores, quibus ius pertinet ducatus ipsos in feodum conferendi. Ideoque illustrem Ludowicum marchionem Brandenburgensem archicamerarium nostrum et imperii principem et primogenitum nostrum karissimum magnificencie vestre tamquam eum, cui ius conferendi et infeodandi de predictis ducatibus legitime pertinere dinoscitur, demonstramus et ad ipsum vos remittimus. Volentes ac eciam iniungentes vobis et vestris heredibus, ut quemadmodum progenitores vestri ducatus ipsos ab antiquis marchionibus Brandenburgensibus in feodum cum omnibus suis pertinenciis et iuribus possiderunt et recognoverunt, sic a predicto marchione filio nostro eosdem in feodum recipiatis, possideatis et recognoscatis similiter cum pertinenciis suis et iuribus universis.

Dat. Lateran(i), XXVII. die mensis Ianuar., anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

389. *Facultas Bertholdo comiti de Henneberg super marchionatu Landsbergensi data.* *Ian. 27.*

Originale (or.) *in tabulario regio Dresdensi. Descripsimus nos. Pendet sigilli fragmentum filis sericis flavi coloris. Manu Italica scriptum est. In dorso leguntur:* auctoritas data dnō Ber. comiti, ut conferre possit marchionatum in Landesperch, *manu cancellariae imperialis ut videtur exarata.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 58 nr. 955.

‖Lu‖dowicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Bertholdo comiti de Hennenb(erg) secretario suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

De fide et industria tua plenissime confidentes magnificencie tue cum ratihabitione plenariam tenore presencium concedimus facultatem et mandatum nichilominus speciale, ut nostri et imperii vice et nomine marchionatum Landesberg post obitum Agnetis karissime sororis nostre marchionisse Brandenburgen(sis) conferre valeas iusti et recti feodi iure cum suis pertinenciis et iuribus universis illustri Rudolfo duci Saxonie avunculo nostro karissimo aut alii vel aliis, apud quem vel quos profectum et utilitatem illustris Ludowici marchionis Brandenburgen(sis) primogeniti nostri magis et melius per huiusmodi feodum videris et persuaveris[a] procurare. In cuius rei testimonium presentes tibi concedimus sigilli maiestatis nostre munimine roboratas.

Data Lateran(i), XXVII. die mensis Ianuar., anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

390. 391. *Confirmatio infeudationis de marchionatu Brandenburgensi.* *Febr. 12.*

Formae maioris A *sub bulla aurea datae copiae in Copiariis Marchicis citatis* 1 *fol. 3,* 2 *fol. 3 tabularii regii Berolinensis. Contulimus nos. Est rubrum in 2:* Collatio marchionatus Brand. dnō Lud. marchioni.

Formae minoris B *sub sigillo maiestatis datae copia in* 1 *fol. 7. Descripsimus nos. Est rubrum:* Forma super collacione terre Marchie Brand.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 58 nr. 965.

389. a) *ita or.*

390. *Forma maior.*

A.

Nos Ludowicus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus.

Etsi regnorum cunctorum[b], principatuum, comitatuum et quorumlibet dominiorum Romano imperio subiectorum bone disposicioni et ordinacioni magne sollicitudinis studio intendere teneamur[c], quatinus ipsis in ordine positis totus orbis et habitantes in eo sui status ordinem et regimen consequantur, circa principatus tamen, qui sacri imperii sunt cardines et columpne, quales sunt principatus, quibus ius pertinet eligendi principem Romanorum, eo amplius oportet intendere, quo ex[d] eorum bona provisione sustentatur imperium, regitur mundus et fulciuntur alii principatus. Sane vacante imperio principatu marchie Brand(enburgensis) per obitum Woldmari[e] olim[f] marchionis Brand(enburgensis), de cuius femore vel domo nullus descendit vel superstes fuit heres sexus ut oportuit masculini, volentes ipsi Marchie, que etiam archicameratus existit imperii, providere salubriter et eam in bono regimine ponere atque[g] statu, illustrem Lud(ovicum) filium nostrum primogenitum non ex affectu naturali, set sacri imperii, cui defiximus cor nostrum, ut super omnia eius augmento et profectui intendamus, utilitatis respectu de assensu principum electorum et consilio consulum et procerum imperii predicte Marchie fecimus et prefecimus marchionem, conferentes eidem ac infeodantes et investientes eum de principatu et[h] archicameratu cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, honoribus, civitatibus, castris, terris, bonis, hominibus et aliis universis ipsi marchionatui spectantibus per sceptrum regale sub vannulis et vexillis sollempniter, ut est moris. Vere scientes quod ipse filius noster consangwineorum[i], affinium et amicorum suorum per gyrum residencium et nobilium ac civitatum Marchie, qui plurimum sibi favebant, nostreque virtutis presidio dicte Marchie et in

391. *Forma minor.*

B.

Nos Lud(owicus) Dei gratia Romanorum imperator semper augustus.

Etsi cun[c]torum regnorum, principatuum, comitatuum et quorumlibet dominiorum Romano imperio subiectorum bone dispositioni et ordinationi magne sollicitudinis studio intendere teneamur, quatinus ipsis in ordine positis totus orbis et habitantes in eo sui status ordinem et regimen consequantur, circa principatus tamen, qui sacri imperii sunt cardines et columpne, quales sunt principatus, quibus ius pertinet eligendi principem Romanorum, eo amplius oportet intendere, quo ex eorum bona provisione sustentatur imperium, regitur mundus et fulciuntur alii principatus. Sane vacante imperio principatu marchie Brand(enburgensis) per obitum Woldmari olim marchionis Brand(enburgensis), de cuius femore vel domo nullus descendit vel superstes fuit heres sexus ut oportuit masculini, volentes ipsi Marchie, que etiam archicameratus existit imperii, providere salubriter et eam in bono regimine ponere atque statu, illustrem Lud(ovicum) filium nostrum primogenitum non ex affectu naturali, set sacri imperii, cui defiximus cor nostrum, ut super omnia eius augmento et profectui intendamus, utilitatis respectu[a] de assensu principum electorum et consilio consulum et procerum imperii predicte Marchie fecimus et prefecimus[b] marchionem, conferentes eidem ac inpheodantes et investientes eum de principatu et archicameratu cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, honoribus, civitatibus, castris, terris, bonis[c], hominibus et aliis universis ipsi marchionatui spectantibus per sceptrum regale sub vannulis et vexillis solempniter, ut est moris. Vere scientes quod ipse filius noster consangwineorum, affinium et amicorum suorum per gyrum residencium et nobilium ac civitatum Marchie, qui plurimum sibi favebant, nostreque virtutis presidio dicte

390. a) Lud. 1. b) cuntorum 1. c) teneantur 1. d) et 2. e) Woldemari 2. f) quondam 2. g) sive 2. h) ac 2. i) consangwiniorum 1.

391. a) respectui 1. b) preficimus 1. c) et *add.* 1.

ea habitantibus pre aliis utiliter preesse poterat pariter[k] et prodesse. Verum ex processu temporis filium nostrum marchionem predictum videntes aperte dedisse et dare operam sollicitudinis et laboris, ut ipsa Marchia recto gubernaretur tramite et eius fidelibus cuncta augerentur prospera et status ipsius roboraretur iudicio et virtute, ex quo Deus omnipotens ad summum imperialis culminis sui gratia nos provexit et regnum nostrum ac solium confirmavit, ob eius filii nostri merita gloriosa statum et principatum suum imperialis auctoritatis munificencia dignum duximus solidandos. Nobilium ergo comitum et magnatum necnon civitatum et[l] potiorum Marchie et ipsius principis et filii nostri karissimi desideriis et porrectis nobis petitionibus favorabiliter annuentes, imperialis maiestatis auctoritate suffulti concessionem, inpheodacionem[m] et investituram eidem filio nostro de marchionatu, principatu et archicameratu marchie Brand(enburgensis) predictis cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, honoribus, civitatibus, castris[n], terris, bonis et hominibus et aliis ipsius Marchie pertinentibus universis dudum ut premittitur per nos factas innovamus et omnia premissa eidem iterum de novo concedimus eumque infeodamus et investimus sicud prius de omnibus et singulis antedictis. Volentes ut hec nostra innovatio et[o] nostra nova concessio, infeodacio et investitura cum ipsa prima concessione, infeodacione et investitura perpetuam obtineat roboris firmitatem, nullius legis vel iuris edicione vel consuetudinis observancia hiis contrariis obstantibus, de quibus oporteret expressam fieri mencionem, quibus quoad presentem casum derogamus expresse et esse volumus derogatum, ac supplentes omnem sollempnitatem in prima nostra concessione, infeodacione ac investitura et in nunc nostra innovacione investiture[p] omissa[q] de plenitudine nostre imperatorie potestatis. Ceterum omnia et singula suprascripta approbamus, laudamus, ratificamus et ex certa

Marchie et in ea habitantibus pre aliis utiliter preesse poterat pariter et prodesse. Verum ex processu temporis filium nostrum marchionem predictum videntes aperte dedisse et dare operam sollicitudinis et laboris, ut ipsa Marchia recto gubernaretur tramite et eius fidelibus cuncta augerentur prospera et status ipsius roboraretur iudicio et virtute, ex quo Deus omnipotens ad summum imperialis culminis sui gratia nos provexit et regnum nostrum ac solium confirmavit, ob eius filii nostri merita gloriosa statum et principatum suum imperialis auctoritatis munificencia dignum duximus solidandos. Nobilium ergo comitum et magnatum necnon civitatum et potiorum Marchie et ipsius principis et filii nostri karissimi desideriis et porrectis nobis petitionibus favorabiliter annuentes, imperialis maiestatis auctoritate suffulti concessionem, inpheodationem et investituram eidem filio nostro de marchionatu, principatu et archicameratu marchie Brand(enburgensis) predictis cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, honoribus, civitatibus, castris, terris, bonis et hominibus et aliis ipsius Marchie pertinentibus universis dudum ut premittitur per nos factas innovamus et omnia premissa eidem iterum de novo concedimus eumque inpheodamus et investimus sicut prius de omnibus et singulis antedictis. Volentes ut hec nostra innovacio et nova concessio, inpheodacio et investitura cum ipsa prima concessione, inpheodacione et investitura perpetuam obtineat roboris firmitatem, nullius legis vel iuris edicione vel conswetudinis observancia hiis contrariis obstantibus, de quibus oporteret expressam fieri mentionem, quibus quoad presentem casum derogamus expresse et esse volumus derogatum, ac supplentes omnem solempnitatem in prima nostra concessione, inpheodatione et investitura et in nunc nostra innovatione investiture[d] omissa de plenitudine nostre imperatorie potestatis. Ceterum omnia et singula suprascripta

390. k) *deest* 2. l) *deest* 1. m) infeod. 2. n) castr. civ. 2. o) hec *add.* 2. p) investitura 2. q) obmissa 2.

391. d) investitura 1.

scientia de potestatis eiusdem plenitudine confirmamus, statuentes et decernentes ut huiusmodi nostra concessio, inpheodatio, investitura, innovacio, approbacio, laudacio, ratificacio et confirmacio in omni sui parte eandem et parem vim[r] habeant et effectum, acsi secundum iuris ordinem, consuetudinis Marchie et cuiuslibet alterius morem et quamlibet imperii sollempnitatem vel necessitatis casum regulariter et ordinatissime processissent. Nulli ergo omnino liceat hanc nostre concessionis, infeodacionis, investiture, innovacionis, approbacionis, laudacionis, ratificacionis et confirmacionis paginam[s] infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis vero hoc attemptare presumpserit, gravem indignacionem nostram se noverit incursurum. Et in testimonium omnium premissorum presentes conscribi et bulla nostra aurea iussimus communiri et signum nostrum consuetum apponi fecimus, presentibus testibus subnotatis videlicet Rudolfo[t] duce Bavarie principe et patruo nostro karissimo, Heinrico[u] Brunswicensi et Ludowico de Tecke ducibus, Ulrico lantgravio Alsacie[v], Fridrico[w] burgravio[x] de[y] Nůrenberg[z], Meinhardo de Ortenburch[a], Ottone de Orlamůnde[b], Hermanno de Castel, Conrado[c] de Trůhendingen[d] et Iohanne filio burgravii supradicti comitibus necnon nobilibus viris Conrado[c] de Slůzzelberg[e], Alberto dicto Humel[f] de Lichtenberg[g] marscalco[h] nostro, Engelhardo de Winsperg, Andrea et Gotfrido de Brunek[i], Heinrico de[k] Preising[l] magistro curie nostre[m] necnon nobilibus Romanis Iacobo dicto Serra[n] de Columpna, Iacobo de Sabellis senatoribus, Manfredo de Vico alme Urbis prefecto et Thebaldo de Sancto Eustachio ad pleniorem certitudinem premissorum.

Datum[o] et actum Rome apud Sanctum Petrum, duodecimo die mensis Februar[p], anno dominice incarnationis MCCCXXVIII, indictione XI, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero anno primo[q].

approbamus, laudamus, ratificamus et ex certa scientia de potestatis eiusdem plenitudine confirmamus, statuentes et decernentes ut huiusmodi nostra concessio, inpheodatio, investitura, innovatio, approbatio, laudatio, ratificatio et confirmatio in omni sui parte eandem et parem vim habeat et effectum, acsi secundum iuris ordinem, consuetudinis Marchie et cuiuslibet alterius morem et quamlibet imperii sollempnitatem vel necessitatis casum regulariter et ordinatissime processissent. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre concessionis, inpheodationis, investiture, innovacionis, approbacionis, laudacionis, ratificacionis et confirmacionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis vero hoc attemptare presumpserit, gravem indignacionem nostram se noverit incursurum[e]. Et in testimonium omnium premissorum presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, XII. die mensis Februar., anno dominice incarnationis MCCCXXVIII, regni nostri anno XIIII, imperii vero primo.

390. r) vim et parem 2. s) *hic in* 2 *monogramma imperatoris incipit, quod in* 1 *desideratur.* t) Rud. 2. u) Heinr. 2. v) Altsacie 2. w) Frid. 2. x) burggravio *similiter semper* 2. y) in 2. z) Nuremberg 2. a) Ortinburg 2. b) Orlamund. 2. c) Chunrado 2. d) Thruhundingen 2. e) Sluzzilberg 2. f) Hummel 2. g) Lychtenberg 2. h) marschalko 2. i) Brunecke 2. k) *bis scriptum* 1. l) Preysingin 2. m) cur. nostre mag. 2. n) *deest* 2. o) Datum 2. p) Februarii 2. q) *sequitur rubrum in* 2: Subscriptio domini Hermanni cancellarii domini imperatoris.

391. e) incursisse 1.

Et ego Hermannus de Lichtenberg scolasticus ecclesie Spirensis necnon prepositus ecclesie Sancti Iermani extra muros eiusdem nomine et vice domini Heinrici archiepiscopi Coloniensis archicancellarii cancellarius presentibus interfui et manu subscripsi.

392. *Confirmatio privilegiorum generalis.* *Febr. 18.*

Copia ibidem in 1 fol. 4', in 2 fol. 4'. Contulimus nos. Est rubrum in 2: Confirmatio collationis super principatu et marchia Brandinburg.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 58 nr. 968.

Lud(owicus) Dei gracia Romanorum imperator semper augustus illustri Ludowico marchioni Brand(enburgensi) principi et primogenito suo karissimo graciam suam et omne bonum.

Firmavit dominus regnum nostrum ponendo nos in summum gradum imperatorie[a] dignitatis, ut subiectis nobis regibus, principibus, comitibus[b], dominis et[c] aliis universis iura ipsorum et privilegia confirmemus et ipsos manuteneamus et foveamus in sua iusticia nostra potentia et[d] virtute. Sane cum tu in regimine marchionatus marchie Brand(enburgensis), cuius dudum tibi principatum contulimus, et aliis tibi collatis et concessis regalibus scriptis nostris ad honorem tuum et nostrum ac sacri imperii fidelium et subditorum tuorum profectum talem te exhibueris et habueris, quod pridem tibi tradita et collata[e] uberioris gratie nostre dono ad ampliorem roboris firmitatem tibi debeant merito confirmari, non indignum credimus, quin tibi de nostre potestatis plenitudine, in quam vocati sumus, de premissis et aliis predecessorum nostrorum Romanorum imperatorum et regum gratiis, concessionibus, privilegiis olim marchionibus Brand(enburgensibus) et Marchie collatis provideamus de oportune confirmationis presidio ad ampliorem illorum omnium[f] firmitatem et tui securitatem cercius obtinendam. Ad tuam igitur et nobilium ac magnatum necnon civitatum, opidorum et castrorum Marchie votivam peticionem omnia privilegia, concessiones, gracias[g], emunitates, libertates et iura per nostras regales litteras vel per quecunque predecessorum nostrorum Romanorum imperatorum et regum privilegia et indulta concessas et concessa tibi marchionibus et Marchie supradictis ex certa scientia confirmamus, ratificamus et approbamus ac iterum de novo concedimus de plenitudine imperatorie potestatis, supplentes eadem potestate omnem defectum et sollempnitatem in prioribus nostris et predecessorum nostrorum predictorum litteris vel privilegiis omissum. Non obstantibus legibus vel consuetudinibus quibuscunque, quibus omnibus quantum ad hoc de certa scientia derogamus et esse volumus derogatum. Tantum volentes quod sine contradictione qualibet, oppositione vel instancia perfectum robur habere debeant et effectum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostram paginam[h] in aliquo violare vel ei quomodolibet contraire. Si quis vero hoc attemptare presumpserit, indignationem nostram et gravem maiestatis nostre[i] offensam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et bulla nostra aurea cum imperiali signo et annotatione subscriptorum testium iussimus communiri, videlicet Rudolfi ducis Bavarie[k] principis et patrui nostri karissimi, Heinrici ducis Brůnsw(icensis)[l], Lud(owici) ducis de Teke[m], Ulrici lantgravii Alsacie[n], Meinhardi

392. a) inper. *semper* 2. b) et *add.* 2. c) ac 2. d) seu 2. e) collata et tradita 2. f) omnium illorum 2. g) *deest* 2. h) *hic in* 2 *monogramma imperatoris incipit, quod in* 1 *desideratur.* i) maiest. nostre 2. k) ducis Bavarie Rud. 2. l) Brunswicen. 2. m) Teck 2. n) Altsacie 2.

comitis de Ortenburg[o], Fridrici[p] burgravii[q] de Nůrenberg[r], Ottonis de Orlamůnde[s] comitis, Alberti dicti Humel[t] de Lichtenberg[u] marscalci[v] nostri, Conradi[w] de Trůhendingen[x] comitis, Conradi[y] de Slůzzelberg[z], Engelhardi de Winsperg[a], Andree et Gotfridi de Prunek[b] et[c] magistri Ulrici Wildonis prothonotarii nostri.

Datum[d] et actum Rome apud Sanctum Petrum, XVIII. die mensis Februarii, XI. indictione, anno Domini MCCCXXXVIII, regni nostri anno quartodecimo[e], imperii vero primo[f].

Et ego Hermannus de Lichtimberg scolasticus ecclesie Spirensis necnon prepositus ecclesie Sancti Germani extra muros eiusdem nomine et vice domini Heinrici archiepiscopi Coloniensis archicancellarii cancellarius presentibus interfui et subscripsi.

---

393. *Praesentatio clerici.* *Ian. 29.*

Autographon deperiit. Summarium ex Inventario 'Stifels A de anno 1600', quod exstat in archivo burcgraviatus de Sinzich, tunc Nassoviae in tabulario liberorum baronum a Stein, iam in tabulario regio Confluentino servato, fol. 26 descripsit A. Wyss b. m. — Ineditum.

Ein offne lateinische praesentation, da keiser Ludwig nach absterben Syfridi probsten zu Gmünde Paulum herrn Peters von Achen sohn einen clericum praesentirt uff die kirche zu Königsfeld als ein reichsstück.

Sub dato Laterani des 29. Ianuarii, anno Christi 1328, seines königreichs im 14, keysertumbs im ersten.

394—400. PRIVILEGIA PRO FRIDERICO BURCGRAVIO NORIMBERGENSI. 1328. Febr. 7.—21.

394. *Confirmatio privilegii Rudolfini a. 1281. Sept. 4. dati.* *Febr. 7.*

Originale in tabulario generali regni Bawarici 'Raritätenselekt' nr. 46. Contulit Hermannus Herre. Pendet bulla aurea filis sericis rubei, flavi, viridis coloris. In verso legitur: R[ta] *manu cancellariae scriptum. Manu Italica exaratum est.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 58 nr. 956.

‖Lu‖dowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus spectabili viro Friderico burchgravio de Nurenberch secretario suo et imperii fideli dilecto graciam suam et omne bonum.

Sincere tue devocionis fides, quam more boni patris tui et aliorum progenitorum tuorum sacro geris imperio, per experienciam operis sepius approbata necnon grata et fructuosa tue strennuitatis obsequia, que nobis per actus bellicos, sana consilia et alia tue virtutis opera a retroactis impendisti temporibus, favorabiliter nos inducunt, ut votivis tuis non inmerito peticionibus annuamus. Sane oblata nobis tua peticio continebat, quatinus quasdam litteras, quas quondam Friderico burchgravio de Nurenb(erch) patri tuo per inclite recordacionis olim Rudolfum Roman(orum) regem, avum et predecessorem nostrum datas et traditas[1] proponebas, quarum principium fuit tale:

392. o) Ortinburg 2. p) Frid. 2. q) burggravii 2. r) Nuremberg 2. s) Orlamunde 2. t) Hummel 2. u) Lichtinberg 2. v) marschalki 2. w) Chunradi 2. x) Thruhundingin 2. y) C. 2. z) Sluzzilberg 2. a) Winsberg 2. b) Brunecke 2. c) *deest* 1. d) Dat. 2. e) XIIII 2. f) *sequitur rubrum in* 2: Subscriptio domini Hermanni cancellarii domini imperatoris. g) *loco* de — subscripsi 1: et cet. ut supra.

1) *Supra tom. III nr. 286.*

'Rudolfus Dei gracia Roman(orum) rex semper augustus omnibus imperpetuum' et in exordio narracionis tenor talis: 'Regalis preeminencie debitum — capere et habere'[2] et in medio scriptum fuit taliter: 'insuper officium foresti — regali mansuetudine devolventur'[3], circa finem vero sic: 'Testes huius rei sunt: . . Seynensis, Eberh(ardus) de Katzenellenbogen, Heinr(icus) de Furstenb(erg), Alb(ertus) et Ber[n]h(ardus) de Honburg comites — nostri anno octavo'[4], et in fine concludebatur: 'Dat(um) Gemunde, pridie Non. Septembr., per manus magistri Gotfr(idi) Patavien(sis) prepositi regalis curie prothonotarii'

de specialis dono gracie imperiali auctoritate tibi dignaremur approbare, ratificare et nostris litteris confirmare. Volentes igitur ob tue probitatis et fidei merita annuere votis tuis, prefatas litteras in toto tenore et forma suis, sicut rite concesse, tradite et obtente sunt, tibi et heredibus tuis approbamus, ratificamus et de speciali gracia confirmamus ac in testimonium (M.) nostra bulla aurea communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre approbacionis, ratificacionis et confirmacionis paginam infringere vel ei ausu aliquo temerario contraire. Si quis vero hoc attemptare presumpserit, indignacionem nostram se noverit incursurum. Et in pleniorem roboris firmitatem signum nostrum imperiale apponi presentibus fecimus cum testibus subnotatis, qui sunt videlicet Rudolfus dux Bawarie princeps et patruus noster karissimus, Heinricus dux de Brunswich, Ludovicus dux de Teckhe, Ulricus lantgravius de Alsacia, Meinh(ardus) de Ortenburg, Hermannus de Castel et Otto de Orlamunde comites necnon nobiles viri Cunradus de Sluzzelberg, Albertus dictus Humel marescalchus noster, Engelh(ardus) de Winsperch, Cunradus de Truhendingen, Andreas et Gotfridus de Prunekk et quam plures alii fidedigni.

Data Lateran(i), septimo die mensis Februarii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

395. *Confirmatio privilegii Albertini a. 1300. Mai. 15. dati.* *Febr. 8.*

Originale ibidem 'Raritätenselekt' nr. 68. Item contulit Herre. Bulla aurea item pendet filis sericis trium colorum. Manu Germanica scriptum est.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 58 nr. 957.

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus spectabili viro Friderico de Nurenberch burchgravio secretario suo et imperii fideli dilecto graciam suam et omne bonum.

Sincere tue devocionis fides, quam more progenitorum tuorum sacro geris imperio, per experienciam operis sepius approbata necnon grata et fructuosa tue strennuitatis obsequia, que nobis per actus bellicos, sana consilia et alia tue virtutis opera a retroactis inpendisti temporibus, favorabiliter nos inducunt, ut votivis tuis non inmerito peticionibus annuamus. Sane oblata nobis tua peticio continebat, quatinus quasdam litteras, quas tibi per inclite recordacionis olym Albertum Romanorum regem predecessorem nostrum datas et traditas proponebas, quarum tenor per omnia sequitur in hec verba:

'Albertus Dei gracia — nostri anno secundo'. *supra tom. IV, 1 nr. 120.*

de specialis dono gracie imperiali auctoritate tibi dignaremur approbare, ratificare et nostris litteris confirmare. Volentes igitur ob tue probitatis et fidei merita annuere votis tuis, prefatas litteras in toto tenore et forma suis, sicut rite concesse, tradite et obtente sunt,

2) *Supra tom. III, 291 l. 17—34.* 3) *III, 291 l. 34—292 l. 7.* 4) *III, 292 l. 8—14.*

tibi et heredibus tuis approbamus, ratificamus et de speciali gracia confirmamus et in testimonium nostra bulla aurea communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre approbacionis, ratificacionis et confirmacionis paginam infringere vel ei ausu aliquo temerario contraire. Si quis vero hoc attemptare presumpserit, indignacionem nostram se noverit incursurum. Et in pleniorem roboris firmitatem signum nostrum imperiale presentibus apponi fecimus cum testibus subnotatis. Qui sunt videlicet Rudolfus dux Bavarie princeps ac patruus noster karissimus, Heinricus dux Brunswicensis, Ludowicus dux de Tecke, Ulricus lantgravius Alsacie, Meinhardus de Ortenburch, Hermannus de Castel, Otto de Orlamunde et Iohannes de Claromonte comites necnon nobiles viri Chunradus de Sluzzelberch, Albertus dictus Hummel marschalkus noster, Engelhardus de Winsperch, Chunradus de Truhundingen, Andreas et Gotfridus de Bruneck et quam plures alii fidedigni.

Datum Lateran(i), VIII. die mensis Februar., anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, regni nostri anno quartodecimo, inperii vero primo.

396. *Confirmatio promissionis super litteris consensus impetrandis.* *Febr. 9.*

Originale (or.) *ibidem KLS nr. 345. Contulimus nos. Sigillum valde laesum item pendet filis sericis trium colorum.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 58 nr. 959.

Wir Ludewig von Gots gnaden Romischer chayser ze allen ziten merer des reychs tun chunt und verjehen offenlich an disem brief, daz wir durch bete und begir willen des edeln mannes Frideriches burchgraven zu Nurenberch unsers lieben haimlichers und durch bezzer sicherhait und bestetigunge unsern chuniclichen brief, den wir im und sinen erben vormals geben habn versigelten mit unserm chuniclichem insigel, beweren und bestetigen mit warer gewizzen, der her noch von worte ze worte also [geschriben stet][a]:

'Wir Ludewig von Gots — jare unsers reychs'. *supra nr. 114.*

Und zu urkunde der vorgeschribenne bewerunge und bestetigunge geben wir dem vorgnanten burchgraven und sinen erben disen brief versigelten mit unserm chayserlichem insigel daz dar an hanget.

Der geben ist ze Rôm, an Dinstage vor sand Valentins tag, do man zalt von Cristes gepurt dreutzehenhundert jar dar nach in dem ahtundzwaintzigistem jare, in dem viertzehendem jare unsers reychs und in dem ersten unsers chaysertumes.

397. *Confirmatio scripti super hominibus imperii in Offenhusen.* *Febr. 10.*

Originale (or.) *partim corrosum ibidem KLS nr. 346. Descripsimus nos. Sigillum laesum item pendet filis sericis trium colorum.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 58 nr. 960.

Wir Ludewig von Gotes genaden Rômischer chayser ze allen ziten merer des reiches tûn chunt und verjehen offenleich an disem brife, daz wir durch bete und begir [wil]len[a] des edelen mannes Frideriches burchgrafen ze Nûrenberch unsers liben haimlichers und durch bezzer sicherheit und bestætigunge unsern chûnichlichen brife, den wir im und sinen erben vormals geben haben versigelten mit unserm chûnichlichem in-

396. a) *uncis inclusa corrosa sunt or.*

397. a) *uncis inclusa corrosa sunt or.*

sigel, beweren und bestætigen mit waren gewizzen, [der][b] her nach von wartte ze wartte also geschriben stet:

'Wir Ludewig von Gotes — jar unsers riches'. *supra nr. 172.*

Und ze urchůnde der vorgeschriben bewêrung und bestætigunge geben wir dem vorgenanten burchgrafen und sinen erben disen brife versigelt mit unserm chayserlichem insigel.

Der geben ward ze Rom, an der Mitwochen vor sand Valentins tag, da man zalt von Christes gepůrtt dreutzehenhundert jar dar nach in dem ahttundzwaintzgistem jar, in dem [viertzehen]dem[b] jar unsers riches und in dem erstem unsers chaysertumes.

398. *Confirmatio scripti super oppido Hof.* *Febr. 12.*

Originale ibidem KLS nr. 350. Descripsimus nos. Sigillum parum laesum item pendet filis sericis trium colorum. Manu Italica scriptum est.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 58 nr. 962.

‖Lu‖dowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus spectabili viro Frider[ico bu]rch[gravio][a] de Nurenberch suo et imperii fideli dilecto graciam suam [et omne][a] bonum.

Sincere tue devocionis fides, quam more progenitorum tu[orum sacro geris im]perio[a], per experienciam operis sepius approbata ne[cnon grata et][a] fructuosa tue strennuitatis obsequia, que nobis per actus belli[cos, sana consilia et alia tue vir]tutis[a] opera a rectroactis inpen[disti temporibus, favora]biliter[a] nos inducunt, ut votivis tuis non inmerito peti[cionibus annuamus. Sane oblata nobis tua peticio continebat, quatinus][a] rega[les nostras litteras tibi dudum][a] per nos datas et traditas, quarum ten[or per omnia sequitur in hec verba:

'Nos Ludowicus Dei gratia] — nostri[b] anno nono'. *supra tom. V nr. 784.*

de specialis dono gracie imperiali auctoritate tibi dignaremur approbare, ratificare, innovare et ex certa sciencia nostris imperialibus litteris confirmare. Volentes igitur ob tue probitatis et fidei merita annuere votis tuis prefatas nostras litteras in toto tenore et forma suis, sicut a nobis rite concesse, tradite et obtente sunt, tibi et heredibus tuis approbamus, ratificamus, innovamus et de speciali gracia confirmamus et in testimonium sigillo nostre maiestatis imperatorie communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre approbacionis, ratificacionis, innovacionis et confirmacionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis vero hoc attemptare presumpserit, indignacionem nostram se noverit incursurum.

Actum et dat. Rome, die duodecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

399. *Infeudatio iterata de eodem oppido.* *Febr. 18.*

Originale ibidem 'Raritätenselekt' nr. 13. Contulit Herre. Bulla aurea item pendet filis sericis trium colorum. Manu Germanica scriptum est.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 59 nr. 969.

‖Lu‖dowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus spectabili viro Friderico burggravio de Nurenberg secretario suo et imperii fideli dilecto graciam suam et omne bonum.

397. b) *uncis inclusa corrosa sunt or.*

398. a) *uncis inclusa corrosa sunt or.; cf. nr. 400.* b) *in praecedenti corroborationis formula legitur* conschribi *or.*

Licet multis modis nobis et aliis Romanorum imperatoribus et regibus tuis obsequiis gratus fueris, quorum non indigne premium meruisti, specialiter tamen propter actus tuos bellicos, quibus lateri nostro iugiter astitisti, maxime quod in die dimicacionis et belli pro sacri imperii ac nostris summis honoribus per nos habiti cum Frider(ico) duce Austrie[1] miles strennuus, adiutor et victor illo die de multa tua comitiva fuisti, tibi debetur retribucio meriti specialis. Hinc est quod premissorum consideracione et ob sinceritatis tue fidei servate constanter imperio respectum, a qua nullo casu vel causa aliquatenus excidisti, volentes ad ampliorem predictorum affectum et effectum gratis nostris munificenciis te vocare et aliqualem tibi premissorum facere recompensam, opidum dictum Regentzhof, quod sacro pertinebat imperio, cum iure patronatus ecclesie ibidem, iudicio eidem opido spectante et ceteris iurisdictionibus, iuribus, honoribus, possessionibus, rebus et aliis pertinenciis universis quesitis seu inquirendis aut quibuscunque nominibus censeantur, sicut alias nostris regalibus litteris tibi et tuis heredibus ex te legittime descendentibus in feodum concessimus[2] et nostris imperialibus postea litteris sub sygillo nostro cereo confirmavimus[3], sic et nunc opidum cum omnibus ut premittitur ad ipsum spectantibus vobis in feodum perpetuum concedimus et de ipsis exnunc prout extunc vos infeodamus et presentibus investimus de plenitudine imperatorie potestatis. Volentes ut inantea tu et heredes tui dictum opidum cum sibi spectantibus libere et solute et absque prestacione nobis inde vel successoribus nostris seu quibuslibet advocatis aut officiatis nostris qualibet facienda in rectum et legale feodum debeatis a nobis et nostris successoribus iusti feodi tytulo possidere perpetuo pariter et tenere, ut pro huiusmodi ad nostra et ipsius imperii servicia vos reddatis inantea promptiores. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis, infeodacionis et investiture paginam infringere vel ei ausu aliquo temerario contraire. Si quis vero hoc attemptare presumpserit, gravem nostram indignacionem se noverit incursurum. In cuius concessionis, infeodacionis et investiture testimonium ac pleniorem et perpetuam roboris firmitatem presentes litteras conscribi et bulla nostra aurea iussimus communiri ac signum nostrum imperiale presentibus apponi fecimus cum testibus subnotatis. Qui sunt videlicet Rudolfus dux Bawarie princeps et patruus noster karissimus, Heinricus dux de Brunswig, Ludowicus dux de Tekke, Ulricus lantgravius de Alsacia, Meinhardus de Ortenburg, Hermannus de Castel, Otto de Orlamunde, Iohannes de Claromonte comites necnon nobiles viri Chunradus de Sluzzelberg, Albertus dictus Humel mareschalcus noster, Engelhardus de Winsperg, Chunradus de Truhendingen, Andreas et Gotfridus de Brunekk (M.) et quam plures alii fidedigni.

Actum et datum Rome, die XVIII. mensis Februarii, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo. regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

400. *Confirmatio privilegiorum generalis.* *Febr. 21.*

Originale ibidem 'Raritätenselekt' nr. 66. Item contulit Herre. Bulla aurea item pendet filis sericis trium colorum. Manu Germanica scriptum est.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 59 nr. 971.

Cf. cetera privilegia his diebus eidem burcgravio datis Böhmer, Reg. Ludw. p. 58 sq. nr. 961. 963. 970 et 'Monumenta Zollerana' II, 413 sq. nr. 633. 634, itemque infra nr. 440—442.

‖Lu‖dowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus spectabili viro Friderico burggravio de Nurenberg secretario suo et imperii fideli dilecto graciam suam et omne bonum.

1) *A. 1322. Sept. 28.* 2) *Supra tom. V nr. 784.* 3) *Supra nr. 398.*

Sincere tue devocionis fides, quam more boni patris tui et aliorum progenitorum tuorum sacro geris imperio, per experienciam operis sepius approbata necnon grata et fructuosa tue strennuitatis obsequia, que nobis per actus bellicos, sana consilia et alia tue virtutis opera a retroactis inpendisti temporibus, favorabiliter nos inducunt, ut votivis tuis non inmerito peticionibus annuamus. Sane oblata tua nobis peticio continebat, quatinus quasdam litteras, quas bone memorie quondam Friderico burggravio de Nurenberg patri tuo et aliis tuis progenitoribus ac tibi per inclite recordacionis olim Romanorum imperatores et reges predecessores nostros et nos datas et traditas[1] proponebas, de specialis dono gracie imperiali auctoritate tibi dignaremur approbare, ratificare et nostris imperialibus litteris confirmare. Volentes igitur ob tue probitatis et fidei merita annuere votis tuis, predictas litteras in toto tenore, stilo et forma suis, sicut rite cum omni iure et modo et sub quibuscunque sigillis vel bullis nostris seu predecessorum nostrorum concesse, tradite et obtente sunt, tibi et heredibus tuis approbamus, ratificamus et de speciali gracia confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre approbacionis, ratificacionis et confirmacionis paginam infringere vel ei ausu aliquo temerario contraire. Si quis vero hoc attemptare presumpserit, gravem indignacionem nostram se noverit incursurum. In cuius approbacionis, ratificacionis et confirmacionis testimonium et pleniorem ac perpetuam roboris firmitatem presentes litteras conscribi et bulla nostra aurea iussimus communiri ac signum nostrum imperiale presentibus apponi fecimus cum testibus subnotatis. Qui sunt videlicet Rudolfus dux Bawarie (M.) princeps et patruus noster karissimus, Heinricus dux de Brunswig, Ludowicus dux de Tekke, Ulricus lantgravius de Alsacia, Meinhardus de Ortenburg, Hermannus de Castel, Otto de Orlamunde et Iohannes de Claromonte comites necnon nobiles viri Chunradus de Sluzzelberg, Albertus dictus Humel mareschalcus noster, Engelhardus de Winsperg, Chunradus de Truhendingen, Andreas et Gotfridus de Brunekke et quam plures alii fidedigni.

Actum et datum Rome, vicesimo primo die mensis Februarii, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

---

401. *Innovatio constitutionis super ducatu Lucano.* *Febr. 15.*

Originale (or.) *in tabulario regio Lucano. Contulimus nos. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei flavique coloris. — Ed. Manucci loco supra ad nr. 160 citato p. 211 nr. 19 ex* or.

Quae ex Constitutione supra nr. 362 petita sunt, ea typis minoribus excudenda curavimus.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 58 nr. 967.

‖Lu‖dowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus illustri Kastrucio de Antelminellis duci Lucano, comiti sacri Lateranensis palacii et vexillifero imperii, suo et imperii fideli dilecto graciam suam et omne bonum.

nr. 362 cap. 1. 1. Principalis liberalitatis clemencia in suis fidelibus dona multiplicans illis precipue consuevit assurgere larga manu, qui per pugnam continuam in rebelles pro exaltacione corone singulares triumphos et nomen laudabile sunt sortiti. Sane cum veraciter sciamus experiencia nobis existente magistra, te precipuum et strennuum in partibus Italie pro sacro imperio pugilem extitisse nulli parcendo oneri, periculo vel labori ac iusticia tua et cum probitate victos de hostibus devotos pro

1) *Cf. Scripta praecedentia.*

imperio tenuisse et devios infideles ad fidem graciosis meritis iuvitasse, tantoque magis imperiale sceptrum extollitur, tanto cura regiminis a sollicitudinibus et laboribus relevatur, quanto fideles ipsius in circuitu imperii circumspicit digniores, et de fulgore throni cesarei velut ex sole radii sic recte prodeunt dignitates, ut prime lucis integritas minorati luminis non senciat detrimenta.

2. Hac igitur consideracione commoniti, qui celesti providencia Romani imperii moderamur cap. 2. habenas ac soli[i] nostri decus tam veterum dignitatum ornatibus confovemus quam novis honoribus ampliamus*, volentes premissorum obtentu extollere nomen tuum et te prerogativa speciali magnifice honorare, de plenitudine potestatis et ex certa sciencia et de consilio nostrorum principum et baronum civitates Luce, Pistorii, Vulterrarum et Lune cum omnibus et singulis castris, villis, terris et locis sitis in dyocesibus ipsarum et cum omnibus earum et cuiusque earum pertinenciis, territoriis et iurisdiccionibus quibuscumque ad ius, honorem et nomen ducatus presentibus transferentes et volentes sub uno dignitatis vocabu[lo] contineri ducatus videlicet Lucanus, te pro te et successoribus tuis ex te per lineam masculinam natis et nascituris imperpetuum ipsius ducatus ducem et vexilliferum nostrum et sacri Romani imperii ubilibet de premisse nostre potestatis plenitudine et principali munificencia promovemus, eisdem libertatibus, immunitatibus et iuribus predictum ducatum tuum presencium auctoritate dotantes, que ducalem deceant dignitatem. Prefatasque civitates et quamlibet earum et omnes terras*, castra, territoria atque loca, que in dyocesibus seu episcopatibus et territoriis et pertinenciis ipsarum civitatum seu cuiuslibet earum seu intra confines dyocesum, episcopatuum, pertinenciarum et territoriorum prefatarum civitatum et cuiuslibet earum site sunt seu sita, imperpetuum tibi et legitimis successoribus tuis ex te descendentibus natis et nascituris per lineam masculinam ex certa scientia damus, concedimus et donamus cum omnibus et singulis villis, castris, terris*, casalibus, vasallis, hominibus, possessionibus, honoribus, usibus, dirittis, feodis, homagiis, patronatibus vacantium et non vacantium ecclesiarum et locorum ad nos et sacrum Romanum imperium spectantibus seu pertinentibus et cum terris cultis et incultis, silvis, pascuis, nemoribus, saliuis, balueis, stagnis, lacubus atque quibuscumque aquis et aquarum decursibus, molendinis, piscariis*, piscacionibus, venacionibus, montibus, planis, vallibus et omnibus et singulis locis, iuribus et pertinenciis tam maris quam terre prefatarum civitatum, terrarum et locorum et cuiuscumque ipsarum et ipsorum existentium infra predictas dyoceses, confines et loca, que in huiusmodi nostra concessione et donacione sub speciali aut generali vocabulo possunt intelligi aut comprehendi et que ad nos et Romanum imperium spectare noscuntur. Et sic te successoresque tuos* predictos in ducem et duces predicti ducatus cum dignitate illustri eligimus*, constituimus, preficimus et creamus. Dantes et concedentes tibi et successoribus tuis predictis in premisso ducatu pleuissimam iurisdiccionem et liberam auctoritatem et potestatem iurisdicendi per te et per alios ac eciam merum et mixtum imperium, ut exercere valeas et valeant gladii potestatem ad animadvertendum in facinorosos et malos.

3. Et ut ipsius ducatus dignitate te et prefatos tuos successores cognoscas amplius et favora- cap. 3. bilius ab imperiali eminencia sublimari, tibi et successoribus tuis predictis ex ipsa dignitate ducatus perpetuo decrevit competere nostra serenitas auctoritatem et potestatem creandi et ordinandi perpetuo vel ad tempus, prout vobis placuerit, in singulis civitatibus, castris, opidis, villis*, terris dicti ducatus vicarios, capitaneos, potestates, iudices seu rectores et quoslibet ordinarios magistratus vel etiam delegatos et quoscumque honores et dignitates atque honorum et dignitatum officia cum auctoritate et potestate iurisdicendi et mero et mixto imperio, statuta municipalia condendi, statuendi et decernendi iuri divino ac naturali non contraria, prout utilitati et pacifico statui expedire videritis subiectorum. Ad hec quoque in predicto tuo ducatu flumina navigabilia et ex quibus navigabilia fiunt, portus, plagias sicut nunc dinosceris possidere, ripas et ripatica necnon vectigalia, thelonea, auri et argenti et metallorum omnium questum nunc nobis et imperio pertinentia tibi tuisque successoribus memoratis concedimus et donamus ac monete tam auri quam argenti et heris cudende iusti et recti ponderis in ipso tuo ducatu tibi et predictis tuis successoribus presenti privilegio facultatem liberam indulgemus, et feoda antiqua et nova, recta et regalia conferendi et infeodandi vasallos imperii de feodis, que manu vel ore aut quocumque alio modo fuerint conferenda, et reci-

piendi a vasallis imperii fidelitatis et homagii sacramenta et mulctarum et penarum compendia et confiscaciones bonorum et cetera que dicuntur regalia in ipso ducatu ad tuum et sepedictorum tuorum successorum compendium volumus pertinere. Milites quoque in dicto ducatu et extra constituendi et militari cingulo decorandi et iudices ordinarios et notarios publicos creandi et ordinandi et conficiendi, filios et filias naturales tam spurios quam vulgo quesitos, ex dampnabili coitu natos legitimandi et cum ipsis super defectu natalium et alio quolibet dispensandi, tibi et ipsis auctoritatem et potestatem plenariam indulgemus.

cap. 4. 4. Ut tamen pro honore, quem tibi libenter addicimus, nullum ius subtrahatur obedientibus vel obedituris nobis et imperio in eorum bonis*, feodis, iura tamen imperii remaneant ducatui supradicto. Volumus insuper, quod in premissis ducatu et vexilliferatu semper maior natu seu senior ex generatione tua ex te et successoribus tuis legitime descendentibus, exclusis aliis filiis seu heredibus minoribus natu, solus et in totum succedat et propter premissa omnia te pro te ipso et pro dictis successoribus tuis nobis pro nobis ipsis successoribusque nostris homagium et fidelitatis debite iuramentum prestantem de premissis ducatu et vexilliferatu per sceptrum quod in manu tenemus presencialiter investimus et infeodamus.

cap. 5. 5. Porro omnia et singula supradicta valere et tenere volumus et firmamus, non obstante aliqua lege, consuetudine aut iure, quibus contrarium caveretur. Quibus omnibus et singulis specialiter et expresse, tamquam nominatim de illis in presenti privilegio fieret mencio, esse intendimus et debeat derogatum et potissime iuri et consuetudini, quo et qua caveretur seu cautum diceretur, quod heres in ducatu, comitatu vel marchia nullo modo succedat, nisi ab imperatore acquisierit per investituram, quantum ad casum presentem, in aliis vero casibus in suo robore semper durent. Volumus tamen quod tu et successores tui a nobis* successoribusque nostris et sacro Romano imperio requisitus et requisiti perpetuo tenearis et teneantur plenam et liberam obedienciam facere et in omnibus nostris mandatis successorumque nostrorum et sacri Romani imperii libere intendere et parere et omnia nostra mandata observare et efficaciter adimplere iuxta posse et execucioni mandare.

6. Meminit quoque nostra serenitas de predictis ante nostre coronationis sollempnia tibi et predictis successoribus tuis simile privilegium indulsisse[1]. Quod et omnia in ipso contenta ex certa scientia et de potestatis plenitudine ac de consilio et assensu procerum et baronum imperialis aule ratificamus, approbamus et confirmamus.

cap. 6. 7. Statuimus eciam et mandamus, quatinus nulla civitas, nulla communitas et generaliter nulla persona, cuiuscumque condicionis et preeminencie seu status existat, huic nostre pagine audeat in aliquo contra facere vel venire seu te aut predictos tuos successores in aliquo molestare de hiis, que supra tibi et eis a nostra clemencia liberaliter sunt collata. Si quis autem temerario ausu presumpserit contraire, mille marcarum auri penam incurrat pro dimidia nostre camere persolvendam et pro alia dimidia camere dicti ducatus et vexilliferatus, in quorum preiudicium aliquit extiterit attemptatum.

cap. 7. 8. Quibus omnibus et singulis supradictis testes interfuerunt infrascripti videlicet Rudolfus dux Bawarie princeps et patruus noster karissimus, venerabilis Iacobus episcopus Castellanus*, venerabilis frater Bonifacius episcopus Kyronensis, Hermannus de Lihtenberch cancellarius noster, Heinricus dux Brunswicensis, Ludowicus dux de Teck, Albertus dictus Humel de Lihtenberch marscalchus noster, Ulricus lantgravius Alsacie, Fridericus burchgravius de Nurenberch, Meinhardus* comes de Ortenburch, Otto comes de Orlamunde, Hermannus comes de Castel, Cunradus comes de Thruhendingen, Iohannes comes* dictus de Claromonte, Cunradus de Sluzzelberch, Engelhardus de Weinsperch*, Andreas et Gotfridus de Prunekk, Heinricus de Preising magister curie nostre necnon nobiles viri Iacobus Serra de Columpna, Iacobus de Sabellis senatores Urbis, Manfredus de Vico alme Urbis prefectus et Thebaldus de Sancto Eustachio.

Et ad predictorum omnium corroboracionem et testimonium presentes conscribi et sigilli maiestatis nostre robore iussimus communiri.

1) *Supra nr. 362.*

Data Rome apud Santum Petrum, XV. die mensis Februarii, indictione undecima, anno dominice incarnacionis millesimo trecentesimo vigesimo octavo, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

---

402. LITTERAE ARCHIEPISCOPI SALZBURGENSIS PONTIFICI MISSAE.

(1328. post Febr. 7. et ante Mart. 13.)

Servantur in codicibus Formularum 1 *bibliothecae Salzburgensis saec. XIV. fol. 60'; ed. Mayer loco supra ad nr. 138 citato LXII, 194 nr. 14 ex* 1;

2 *Monacensi lat. 1726 saec. XIV. fol. 124; contulimus nos.*

Reg. Lang 'Acta Salzburgo-Aquilejensia' I, 188 nr. 241_{22}; *cf. nr.* 241_{23} *et* 241_{33}.

Sanctissimo in Christo patri et cet.

Sanctitati vestre nova que in partibus meis ad presens habentur fideliter insinuo, ut ex hiis, si quid vestra interesse videritis, perpendere et elicere valeatis. Sane inter dominum F(ridericum)[a] electum in regem Romanorum ex una et dominum O(ttonem)[b] ducem Austrie[c] et Styrie fratrem suum[c] ex parte altera exorta est satis gravis controversie materia, eodem domino provocante ad divisionem et petente sibi assignari terciam partem se ex predictis ducatibus et reliquo patrimonio contingentem, dicto vero domino F(riderico)[b] allegante in contrarium, quod ex conswetudine prefatorum ducatuum divisio fieri non debeat et sibi tamquam seniori libera administracio conpetat eorundem quodque cum ipse eligeretur in regem Romanorum, convenit inter ipsum et fratres suos, quod[d] administracionem huiusmodi absque impedimento quolibet gerere et exercere deberet, ut onera litis ex electione sibi incumbencia facilius supportare valeret. In hac etiam[e] lite dominus Al(bertus)[b] frater utriusque assentit et adheret[a] domino F(riderico)[b]. Ad peticionem itaque[f] utriusque predictorum pro sopienda tali controversia veni personaliter ad illos Wiennam[g] et cum multis baronibus fere[h] hoc effeceram, quod saltem ad duos vel ad[i] tres annos dominus F(ridericus)[b] haberet administracionem plenam et liberam sicut prius, hoc expresse acto[k] quod contra rebelles adversarios vestros et Romane ecclesie hostes publicos iura sibi competencia ad regnum sepedictum deberet utiliter prosequi et efficaciter defendere et tueri. Tandem multis tractatibus et laboribus frustra consumptis hanc viam concordie ducere ad effectum non potui, sed infecto negocio ab illis VII.[1] Idus Februarii recessi. [Febr. 7.] Spes tamen fuit baronum et aliorum nobilium terrarum predictorum ducatuum, quod circa instantem mediam Quadragesimam [Mart. 13.] alius terminus servari deberet pro huiusmodi discordia amicabiliter[a] decidenda.

Ad hec supplico sanctitati v(estre) denuo, quatinus peticionem, quam nuper pro venerabili viro domino . . episcopo suffraganeo meo vobis per . . de . . procuratorem meum porrexi de commendanda sibi parochiali ecclesia in . . mee dyoc(esis), de gracia speciali dignemini admittere, cum ad id[a] patronorum videlicet ducum Austrie benignus accedat assensus et necessitas ipsius episcopi id exposcat.

Datum etc.

---

402. a) *deest* 2. b) . . 2. c) *loco* Austrie — suum 2: talem. d) et 2. e) etc. 2. f) igitur 2. g) in talem locum 2. h) vere 2. i) *deest* 1. k) addito 2. l) octo 2.

403. 404. LUDEWICI ENCYCLICA SUPER APPELLATIONE SUA. 1328. Febr. 14. — Mart. 17. (27.)

Exemplaris A *episcopo Halberstadensi missi copia in* 1 *Copiario Marchico R. 78 a. 3 saec. XIV. fol. 8' tabularii regii Berolinensis, ubi rubrum:* De adhesione appellacionis forma dns Halberstadensi epo. *Contulimus nos.*

Exemplaris B *duci et ducissae Brunswicensibus directi copiae item in* 1 *fol. 7' et* 2 *Copiario R. 78 a. 1 saec. XIV fol. 6' eiusdem tabularii. Item contulimus. Sunt rubra in* 1*:* De adhesione appellacionis ducis Brûnsw. Ottonis, *in* 2*:* De adhesione appellationis. *Data in* B 1 *et* 2 *differunt.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 58 nr. 966 et 59 nr. 973.

403. *Exemplar ad episcopum Halberstadensem missum.*
1328. Febr. 14.

A.

Lud(owicus) Dei gratia Romanorum imperator semper augustus venerabili Alberto episcopo ecclesie Halberstatensis, principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Testis est nobis Deus, cui causam nostram revelavimus cuiusque iudicium invocamus, quod Iohannes ille apostaticus qui se papam XXII. congnominat, hostis fidei et imperii sicud calumpniator iuris et subversor iudicii in Dei omnipotentis offensam, sue salutis dispendium, multorum scandalum et nostram iniuriam manifestam quasdam contra nos criminaciones, quas processus appellat, cum verius notorii sint excessus, non semel set pluries temere divulgavit, adversus quas et quos[a] circumcincti stola iusticie[1] et armati lorica fidei[2] tectique clipeo illese consciencie in eorum textura et ante promulgationem legitime appellacionis[3] nobis providimus interiectu, sicud eiusdem appellacionis nostre tenorem et seriem in tuam noticiam dudum iam credimus devenisse. Quamvis contra tales processus tamquam[b] nullos in se, factos a non suo iudice sine iuris ordine, ex animo, expresso in eis errore intollerabili ac fundatos super notorie cau-

404. *Exemplar ad ducem et ducissam Brunswicenses missum.*
1328. Mart. 17. (27.)

B.

Lud(owicus) Dei gracia Romanorum imperator semper augustus illustri principi Ottoni duci[a] Brûnsw(icensi)[b] sororio suo necnon Agneti conthorali eius, matertere sue dilecte graciam suam et omne bonum.

Testis est nobis Deus, cui causam nostram revelavimus cuiusque iudicium invocamus, quod Iohannes ille apostaticus qui se papam vigesimum secundum congnominat, hostis fidei et imperii sicud calumpniator iuris et subversor iudicii in Dei omnipotentis offensam, sue salutis dispendium, multorum scandalum et nostram iniuriam manifestam quasdam contra nos[c] criminaciones, quas processus appellat, cum verius notorii sint excessus, non semel set pluries temere[a] divulgavit, adversus quas et quos circumcincti[d] stola iusticie[1] et armati lorica fidei[2] tectique clipeo illese consciencie in eorum textura et ante promulgacionem legitime appellacionis[3] nobis providimus interiectu, sicud eiusdem appellacionis nostre tenorem et seriem ad vestram noticiam dudum credimus devenisse. Quamvis contra tales processus tamquam[e] nullos in se, factos a non suo iudice sine iuris ordine, ex animo, expresso in eis errore intolle-

403. a) *sequitur verbum oblitteratum A* 1. b) tamque *A* 1.
404. a) *deest B* 2. b) Brunswicensi *B* 2. c) vos *B* 2. d) circuncicti *B* 1; circumscincti *B* 2. e) tamque *B* 2.

1) *Cf. supra tom. V, 644 lin. 36.* 2) *Cf. 1. Thess. 5, 8.* 3) *Supra tom. V nr. 909. 910.*

sis falsis opus non fuerit appellare, esto quod magis ad animandum mentes fidelium et ut falsa dicti calumpniatoris opera in lucem prodeant, ipsius appellacionis remedio usi simus. Ideoque sinceritatem tuam hortamur et requirimus in domino Ihesu Christo et sub obtestacione divini iudicii commonemus, quatinus pro detegendis erroribus dicti apostatici ad gloriam Dei omnipotentis et sancte matris ecclesie, que sub umbra dicti non pastoris, set verius vastatoris periculose fluctuat, pociorem statum ipsi appellacioni nostre, in cuius actuali prosecucione sumus, ad augmentum salutis tue et eterne remuneracionis premium verbis et factis cures efficaciter adherere. Promittimus enim tibi et per imperialem fidem nostram spondemus, quod de beneficiis tuis et omni periculo, quod propter hoc in rebus vel persona tua de facto posses incurrere, liberum te reddimus et securum et quod cum nullo umquam pontifice concordiam quomodolibet inibimus vel tractabimus, quin eidem expresse includaris de omnibus beneficiis tuis et rebus quibuslibet ac persona. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo nostre maiestatis iussimus communiri.

Datum Rome, XIIII. die Februarii, anno Domini MCCCXXVIII, regni nostri anno XIIII, imperii vero primo.

rabili ac fundatos super notorie falsis causis opus non fuerit appellare, esto quod magis[f] ad animandum mentes fidelium et ut falsa dicti[g] calumpniatoris opera in[h] lucem prodeant, ipsius appellacionis remedio usi sumus. Ideoque dilectionem vestram sincere rogamus et requirimus in domino Ihesu Christo et sub obtestacione divini iudicii comonemus, quatinus pro detegendis erroribus dicti apostatici ad gloriam Dei omnipotentis et sancte matris ecclesie, que sub umbra dicti non pastoris, set verius vastatoris periculose fluctuat, pociorem statum ipsi appellacioni nostre, in cuius actuali prosecucione sumus, ad augmentum salutis vestre et eterne remuneracionis premium verbis et factis curetis efficaciter adherere. Promittimus enim vobis et per imperialem fidem nostram spondemus, quod de omni periculo, quod propter hoc in rebus vel personis vestris de facto possetis incurrere, liberos vos reddimus et securos et quod cum nullo unquam pontifice concordiam quomodolibet inibimus vel tractabimus, quin eidem expresse includamini de omnibus vestris rebus quibuslibet ac personis. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo nostre maiestatis iussimus communiri.

Datum Rome apud sanctum Petrum, XVII.[i] die mensis Marcii, indiccione XI, anno Domini MCCCXXVIII, regni nostri anno XIIII[k], imperii vero primo.

---

405. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD COMITEM GELRIAE.

1328. Febr. 16.

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 114 II fol. 173 nr. 1689. Contulimus nos. — Ed. Brom 'Bullarium Trajectense' I, 337 nr. 781 ex* c.; *Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 133 nr. 1436 ex* c.

Reg. Löher loco supra ad nr. 243 citato p. 223 nr. 543; Preger-Reinkens p. 249 nr. 413.

Raynaldo comiti Gelrensi.

Grata litterarum nobilitatis tue lectio, per quas nitorem pure devotionis et fidei, quibus tui progenitores erga Deum et Romanam claruerunt ecclesiam, delectabiliter

404. f) est *add.* 2. g) *deest* 2. h) *supra lineam* 1. i) XXVI. 12. k) quartodecimo 2.

recensendo te fili eorum clara sequendo vestigia in eisdem fide ac devotione perstetisse hactenus et imposterum velle constanter persistere spopondisti, cor nostrum grandis leticie rore perfudit, maxime cum in tuo firmasse proposito eidem ecclesie matri tue contra rebelles et hostes suos, presertim Ludovicum de Bavaria de heresi sententialiter condempnatum suosque fautores et complices descripseris per te invariabiliter assistendum et nichilominus ad prestandum nobis et eidem ecclesie fidelitatem tuo nomine dil. fil. Sybertum de ordine beate Marie de Monte Carmelo sacre theologie professorem priorem dicti ordinis provincialem in Alamania et Iohannem de Palle decanum ecclesie Embricensis Traiecten. dioc. nuncios et procuratores tuos per easdem deputaveris litteras, qui nobis fidelitatem huiusmodi predicto nomine prestiterunt. Pro quibus tibi gratiarum actiones uberes exolventes nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatinus in premissis Deo ac nobis et ecclesie memorate gratis admodum et acceptis sic solida continuatione persistas, quod nostram et apostolice sedis quam tibi vendicasti gratiam erga te merearis et tuos claris tuis multiplicatis meritis de bono semper in melius adaugeri.

Dat. Avinion(e), XIIII. Kal. Marcii, anno duodecimo.

---

406. PAX GENERALIS SAXONIAE INFERIORIS.
1328. Febr. 20.

Originale (or.) *in eollectione Gattereriana tabularii Lueeriensis*[1]. *Deseripsimus nos. E novem sigillis superest sextum laesum; eetera desiderantur loris membranaeeis praeter tertii et oetavi relietis. — Ed. 'Meklenburgisches Urkundenbueh' VII, 526 nr. 4902 e copia male leeta.*

1. Wie hertoghe Erich von Sassen, her Hinrich von Mekelenborch, her Johan von Wenden, junchere Johan von Wenden, herthoge Ghera[r]d von Jutlande, greve Hinrich von Swerin, greve Johan von Holtsten, junchere Albert von Sassen, greve Alf von Schowenborch, Clawes unde Otto jun[c]heren von Wittenborch hebben lovet eynen gantzen vrede tů dren jaren, dat unser neyn schal des anderen vorvestede lude an sinen landen, steden noch in vesten untholden, de vorvesticht sin umme důve, mort eder umme rof.

2. Were dat jenicht gŏder hande man dessen vrede breke unde wert he dar umme schuldeghet, de schal sigh untseghen unde weren sylf dyrtde siner besten vrŏnt. Tů dem anderen male schal he sigh over weren sylf drytde siner besten vrŏnt, tů dem drytden male sylf theghede siner besten vrent. Wert ok eyn borgher schuldeghet umme dessen vrede, de schal sigh tů dem ersten male weren unde afnemen sulf vifte, unde tů dem anderen male over sulf vifte, unde tů dem drytden male sylf theghede. Schuldeghet men ok eynen husman umme dessen vrede, de schal sigh weren unde afnemen tů dem ersten male sylf sevede unde tů dem anderen male sylf sevede unde tů dem drytden male sylf thegede. Desse lyde, dar sigh eyn iewelich man mede weren schal, de schullen wesen bederve lyde vnde unberopen eres rechtes. Vortmer unser neyn schal sunderliken vordeghdinghen, beschermen noch untholden in sinen landen, steden eder vesten de jhene, de hern Johanne Brůcdorpe sloghen, und al ere[a] helpere, de vorvesticht sin. Vormer schuldeghit man eynes mannes knecht umme dessen vrede, den schal sin here weren sylf drytde siner besten vrent tů eynen male. Vormer unser manne neyn schal den anderen vorvan, he un hebbe en vorclaghet vor sineme rechten

406. a) *prima* e *corr. super* 1 *or.*

1) *Cf. 'Archival. Zeitschrift' II 221.*

heren unde vorvolghet mit rechte. Were dat de here deme neynes rechtis helpen en wolde noch ne moghte, so schal men ene vorclaghen vor den overluden hertoghen Erike van Sassen unde greve Johanne von Holtsten.

3. Ok schal unser eyn iewlech sine man laten bi al deme[b] rechte, dat in sineme lande eyn recht is. Schude ok dat dat schelinghe under uns worde, dat schal stan up unse overlude hertoghen Erike von Sassen unde greve Johanne von Holtsten, de schullen uns untscheden an minnen oder an rechte. Wert ok schelinghe tvischen den[c] vorsprokenen unsen overluden hertoghen Erik unde greve Johanne, dat schal stan uppe hertoghen Gherarde[d] van Jutlande unde greven Hinrike von Zwerin, de schullen se untscheden an minne eder an rechte.

4. Vormer were dat unser jenich eder unser man dessen vrede breke unde sigh nicht afneme unde werede, also hir vor bescreven is, up den schal unser eyn iewelich volghen mit sinen manne, also hir bescreven steyt: wie hertoghen Erich unde Albert von Sassen mit teyn mannen up orsen, wie von Mekeleborch mit twinteghen, wie heren beyde von Wenden mit twintheghen, wie greve Hinrich von Zwerin mit unsen vedderen iuncheren Clawese unde Otten mit teyn mannen, wie greve Alf mit vif mannen, wie hertoghe Gherard von Jutlande unde greve Johan mit drytich mannen, unde schullen den bringhen dartů, dat he umme dessen vrede lik dů unde umme de schult, de me em ghift.

5. Were ok jenech here, de[e] dessen vrede keren wolde, dar schal unser en iewelich up volghen mit alle siner macht. Desse volghinge schal ok unser eyn iewelich dôn uppe sine eghene kost unde wine unde verleeis. Desse volghe schal ok unser eyn iewelich dôn verteynacht dar na, wan se em kůndeghet wert. We des nicht ne dede, up des schaden schullen de anderen winnen also vele volkis, als he voren scholde unde dar bovene schal he gheven hundert lod(ige) mark. Dat schulle wie alle menleken vorderen. Febr. 21.
Desse vrede schal anstan tů nů tů aller manne Vasten unde schal waren vord dre jar. 1331. Febr. 21.

Alle desse vorsprokenen dingh desses vredes love wie ganzleken stede unde vast tů holdende. Unde tů eyner groteren wissinghe unde betůghinghe hebbe wie unse inghesegele ghehenghet tů deseme breive.

De gheven unde ghescreven is tů Lubeke, na Godes bort dusent jar derhundert jar in dem aghuntwinteghetene jare, des Sůnnavendes vor aller manne Vasten.

---

407. FOEDUS COMITIS DE GRAISPACH CUM CIVITATE ULMENSI. 1328. Febr. 21.

Originale (or.) *litterarum civitatis in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Contulimus nos. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. — Ed. 'Ulmisches Urkundenbuch' II, 1 pag. 75 nr. 62 ex* or.

Cf. infra ad a. 1328. Apr. 10, Aug. 5—10, Oct. 16.

1. Wir Ůlrich Chůntzelman der burgermaister, Rudolf Chůntzelman der amman, der rat und diu gemain der stat ze Ulme verjehen offenlich an disem brief vor allen den die in ansehent oder hôrent lesen, daz wir mit verdachtem willen und můt nach unsers lieben herren kayser Ludowigs von Rom ratz rat uns durch gemainen frům und vrid der lande zů unserm genâdigem herren dem edlen graven Berchtolden von Grayspach und von Marstetten genant von Nyffen houbtman in Obern Baygern mit gůten triwn verbunden haben und verbinden, also daz wir im zů legen, raten und geholfen sůllen sin gen allen den, die dez kaysers widertail oder sin und unserer stat sint oder

406. b) aldeme *or.* c) *sequ. delet.* vro *or.* d) *secunda* r *supra lineam add. or.* e) *sequ.* se *delet. or.*

noch werdent, die wil wir in der hie nach verschriben bûntnûzze sien, als unser baider brief sagent, dez besten und wir kunnen und mûgen an alle gevâr. Also sol er ouch ûns gar getriwlich her wider verbunden sin.

2. Wir sien ouch dez ersten mit im also ûber ain komen, wâr daz in iemant angriffe swer die wâren, gen den sûllen wir mit unserer stat und mit unsern burgern dez besten geholfen sin dez wir mugent an alle gevârd. Wir gehaizzen ouch, ob der ê genant unserr gnâdiger herre von Graispach uns und unser stat Ulme und was uns zû gehôrt und ouch unsern lieben vogt graven Hainrich von Werdenberg in die sâtz und vrid bringt oder bringen mag, die er iezûnt mit dem lant ze Baygern hat gen Swaben, daz wir die gern mit sampt im stât sûllen und wellen haben. Wâr aber daz er dez nit zû bringen mâcht, so sol er und ouch wir sâtz und vrid baidenthalben widerbieten und sol er dann mit den sinen und ouch von Baigern den krieg vestiklichen angriffen. Daz sûllen wir ze Ulme ouch tûn und dann mit anander vrid noch satz nit mê haben, als lang bis der vorgenant unser herre von . . Graispach und unser vogt, wir und unser stat und waz uns zû gehôrt in ainen gûten vrid und satz komen sient. Wâr ouch daz wir also alle gemainlich in ainen satz koment, den sûllen wir stât han mit allen den bûnden, als ez getâdingot wirt.

3. Wâr ouch daz an uns oder an unserm vogt mit kainen dingen die sâtz ûbervarn wûrden, swederthalb daz geschâch, oder an unserm herren von Grayspach, so sol er ze Baigern und wir ze Ulme wider bieten, sûllen dann mit gûtem willen anander geholfen sin, so wir immer best mûgent. Ist aber daz wir die von Ulme als wir vor verschriben sien mit angegriffen werden und ouch unser vogt, so ensûllen wir noch enmûgen die sâtz nit widerbieten an unsers herren dez edlen graven Bercht(olt) von Graispachs rat. Wâr aber daz wir angegriffen wûrden, so haben wir wol gewalt wider ze bieten und sol daz zehant unser herre von Grayspach mit uns tûn unverzogenlich. Swenn ouch er wider bieten wil, dez sûllen wir im geholffen sin also von unserer stat ze kriegen und nit gen Baigern ze varen.

4. Die vorgeschriben tâding gehaizzen wir mit triwn und haben sin gen den hailgen gesworn von wort ze wort stât ze haben, als si hie verschriben sint, untz an unsern ê genantten herren chayser Lûd(wig) von Rom. Daz im daz stât und unzerbrochn belibe, geben wir Ůl(rich) und Rûdolf die Chûntzelmann, der rat und gemainlich die burger ze Ulme dysen brief mit unserr stat insigel under, daz wir alle uns getriwlich verbinden alles daz ze halten und ze volfûren daz vor verschriben stat.

Der brief wart geben ze Ulme, an dem Wissen Sûnnentag, do man zalt von Cristes geburt driuzehenhundert jar und dar nach in dem achtundzwainzigestem jar.

---

408. INFORMATIO IN CURIA CONTRA EPISCOPUM CASTELLANUM HABITA.

1328. Mart. 3.

Originale (or.) *in tabulario Vaticano inter 'Instrumenta miscellanea a. 1328'. In dorso leguntur:* Informacio contra episcopum Castellanum. — *Iam edidimus 'Neues Archiv' XXV, 744 nr. 12 ex* or. *Editionem nostram hic repetimus*[1].

Reg. Preger loco supra ad nr. 2 citato p. 251 nr. 416.

1) *In adnotatione ponimus verba quaedam ex Citatione pontificis contra episcopum a. 1328. Mart. 31 edita:* Sane quia ipse cum eodem Ludovico in obsidione civitatis Pisane et in ipsa civitate post ipsius occupationem tyrannicam interfuit, eidem Ludovico suisque complicibus et fautoribus adherendo et

In nomine Domini amen.

1. Ad audienciam sanctissimi patris et domini nostri domini Iohannis divina providentia summi pontificis fama publica deferente pervenit, quod licet Ludovicus de Bavaria olim dux Bavarie dudum fuisset per ipsum dominum nostrum summum pontificem suis exigentibus demeritis cum suis fautoribus et sibi adherentibus excommunicationis sententia innodatus et iure, si quod sibi erat in regno Romanorum vel Romano imperio acquisitum, propter multiplices suos excessus privatus ac etiam tandem hereticus declaratus, tamen dominus Iacobus episcopus Castellanus beneficiorum a Romana ecclesia et a sede apostolica perceptorum immemor et ingratus post predicta sic notoria, quod nulla poterant tergiversatione celari, adhesit eidem Ludovico et cum eo participavit sibique dedit auxilium, consilium et favorem, ut sequitur:

2. Inprimis quod cum dictus Ludovicus post huiusmodi sententias contra eum latas et in curia Romana et in diversis mundi partibus publicatas ad obsidionem civitatis Pisane venisset, prefatus episcopus venit ad ipsum Ludovicum in obsidione huiusmodi existentem et ipsam civitatem Pisanam cum dicto Ludovico intravit et ibi fuit continue cum eo, adherendo et assistendo sibi ac visitando eum sepius et participando publice cum eodem, quam diu Ludovicus ipse in civitate predicta permansit.

Item quod dicto Ludovico recedente a dicta civitate Pisana versus urbem Romanam idem episcopus ivit cum ipso et comitatu[a] suo eumque associavit usque ad Urbem predictam et cum dicto Ludovico dictam Urbem intravit.

Item quod die qua dictus Ludovicus se procuravit, ut dicitur, in ecclesia beati Petri de Urbe coronari, de facto dictus episcopus in eadem ecclesia presente et audiente ipso Ludovico et populi multitudine copiosa missam publice et sollempniter celebravit seu potius quantum in eo extitit prophanavit.

Item quod omnia predicta et singula sunt notoria et de ipsis est publica vox et fama in civitate Pisana et in Urbe et in curia Romana et locis circumvicinis.

3. Unde prefatus dominus noster volens super hiis plenius veritatem commisit vive vocis oraculo nobis Bertrando archiepiscopo Ebredunensi[b] et Bartholomeo episcopo Foroiuliensi, ut de hiis summarie nos informare curaremus, iuramenta testium, quos reperiremus in curia, recipiendo et eorum depositiones in scriptis redigi faciendo. Propter quod nos archiepiscopus et episcopus supradicti volentes procedere in ipso negocio iuxta commissionem super hoc nobis factam, in primis anno a nativitate Domini millesimo CCCXXVIII, die tercia mensis Marcii, in hospicio habitationis mei archiepiscopi recepimus in testem Laudum de Perusio civem Perusinum[c], qui iuramento prestito corporaliter de plena et mera veritate dicenda postpositis amore, timore, odio et favore deposuit, ut sequitur:

Et primo interrogatus super primo articulo dixit, se nichil scire nisi de auditu dici[d]. Interrogatus quid audivit, respondit quod cum ipse testis prima die Ianuarii Ian. 1.
proxime retroacti intrasset civitatem Pisanam, a qua civitate per paucos dies ante predictus Ludovicus recesserat, in dicta civitate audivit ab hospite suo et a pluribus aliis et ita ibidem publice et communiter dicebatur, quod prefatus episcopus Castellanus cum

408. a) com̄itatu *or.* b) Ebredu|dunensi *or.* c) Perusium *or.* d) *supra lineam add. or.*

prestando auxilium, consilium et favorem, ac deinde cum eo seu ipsum sequendo accessit ad Urbem circa coronationem et inunctionem seu potius et verius execrationem ipsius Ludovici eidem assistendo eumque honorando et tamquam datus in sensum reprobum et ingratus Romane ecclesie, que ipsum Iacobum ad dignitatem episcopalem promoverat, in premissis mala malis cumulare et adherere continue non verendo, nos cum premissa sint adeo notoria, quod non possint aliqua tergiversatione celari, declaramus ... *(Martène 'Thesaurus novus' II, 746).*

predicto Ludovico ad Pisanam civitatem venerat et ibi cum dicto Ludovico fuerat et de civitate Pisana recesserat cum eodem.

Super secundo articulo diligenter interrogatus respondit ut prius se nichil scire nisi quod audiverat in civitate Pisana, quod dictus episcopus cum predicto Ludovico de Pisis recesserat et cum eo et in eius comitiva iverat versus Urbem.

Super tercio articulo diligenter interrogatus dixit, quod in die coronationis predicte testis ipse fuit presens in prefata ecclesia sancti Petri et vidit dictum Ludovicum intrantem ecclesiam pro recipienda corona et ipso Ludovico in ecclesia existente vidit ipse testis quendam ibidem missam publice celebrantem et dicebatur publice et comuniter, quod ille missam celebrans erat episcopus Castellanus, ipse tamen testis non potuit dicernere, si in veritate ille qui celebrabat erat episcopus Castellanus, tum quia multum ab altari ipse testis distabat nec appropinquare audebat, timens persone sue periculum, si cognitus extitisset, tum et quia notitiam persone ipsius episcopi non habebat.

Super quarto articulo diligenter interrogatus dixit, quod de predictis est publica vox et fama in Urbe, in Campania, Pisis et per totam illam contretam.

4. Ciquinus quondam domini Guillelmi de Advocatis de Luca testis iuratus super contentis in predictis articulis meram et puram dicere veritatem, super primo articulo interrogatus dixit, quod sicut referebat fama publica tempore quo ipse qui loquitur erat Pisis, dictus dominus Iacobus episcopus Castellanus venit de civitate Pisana, in qua moram traxerat per aliqua tempora, ad diocesim Lunensem et licet in recessu suo dixisset, quod ad Romanam curiam veniebat, attamen in dicta diocesi predictum Ludovicum de Bavaria expectavit et post adventum eiusdem Ludovici ipsum Ludovicum fuit secutus usque ad civitatem Pisanam et ibidem in excercitu[e] et in obsidione dicte civitatis fuit continue cum eodem, sibi adherendo et assistendo. Et ipse testis vidit ipsum episcopum in excercitu ipso et cum Ludovicus intrasset civitatem predictam, in die quadam[f] inmediate sequenti vidit prefatum episcopum incedentem publice per civitatem predictam. Dixit etiam quod publice dicebatur, quod dictus episcopus recessit a dicta civitate Pisana versus Romam cum Ludovico predicto. Et predicta dixit esse et fuisse notoria in civitate Pisana et locis circumvicinis.

Super aliis articulis interrogatus dixit se nichil scire nisi per famam, quam dixit esse de contentis in ipsis articulis in civitate Pisana.

5. Bonaincasa civis Pisanus testis iuratus meram et puram dicere veritatem super contentis in perventione et articulis supradictis, primo super primo articulo dixit se audivisse dici publice et comuniter, quod paulo antequam dictus Ludovicus de Bavaria veniret ad civitatem predictam, prefatus episcopus Castellanus fingens se ad curiam Romanam venire, exivit de Pisis, ubi aliquo tempore fuerat commoratus, et ivit in occursum dicto Ludovico et cum eo venit ad obsidionem civitatis predicte et fuit ibi cum ipso, usquequo dictus Ludovicus intravit civitatem Pisanam predictam, et die qua intravit dictus Ludovicus Pisas, dictus episcopus ipso teste vidente intravit cum eo et audivit dici, quod ibi fuit continue cum eodem assistendo et adherendo eidem et cum ipso etiam recessit versus Romam. Et de hoc est fama publica in partibus illis et predicta dicit esse notoria in Pisis et locis circumvicinis.

Super aliis articulis dixit se nichil scire nisi de fama, quam dixit esse in illis partibus de hiis que in ipsis articulis continentur. Et nichilominus ipsa esse notoria in partibus illis credit.

6. Vivandus de Ameliano testis iuratus dicere veritatem super tercio titulo interrogatus dixit, quod die et hora, quibus dictus Ludovicus fuit in Urbe et in ecclesia

408. e) *ita semper or.* f) *sequitur* die *or.*

beati Petri extitit coronatus, tunc ipse testis fuit presens in ecclesia sancti Petri predicta et satis prope altare beati Petri, in quo altari celebravit missam sollempniter in pontificalibus dictus episcopus Castellanus sive Veneciarum. Interrogatus si ipse testis cognoscebat dictum episcopum et si celebrans erat episcopus Castellanus sive Veneciarum, dixit quod non, quia aliter non viderat eum. Verumtamen omnes circumstantes dicebant: 'Iste est episcopus Castellanus seu Veneciarum', et hoc erat notorium et bene scit, ut dixit, quod celebrans portabat mitram et baculum pastoralem. Dixit etiam esse famam in Urbe et locis circumvicinis de contentis in ipso articulo et aliis suprascriptis.

7. Frater Nichola Bevenuti habitator Finarii diocesis Saonensis testis iuratus super predicta meram et puram dicere veritatem, super secundo articulo interrogatus dixit se tantum scire, quod quando dictus Ludovicus primo intravit Urbem, predictus episcopus intravit in societate sua et intravit cum eo ipso, teste presente et vidente.

Super tercio articulo interrogatus dixit, quod ipse testis fuit presens in ecclesia beati Petri de Urbe, quando dictus Ludovicus extitit coronatus. Et dicebatur ibi publice et per omnes comuniter, quod quidam qui tunc celebrabat missam in altari beati Petri, erat episcopus Castellanus seu Veneciarum. Verumtamen propter pressuram et multitudinem gencium non potuit hoc plene dicernere nec eum bene cognoscere. Et de predictis dixit esse famam publicam in Urbe et locis circumvicinis.

8. Nicholaus Charsi civis Pisanus testis iuratus dicere veritatem et primo super primo articulo diligenter interrogatus dixit, quod licet ipse non viderit dictum episcopum Castellanum cum dicto Ludovico de Bavaria in civitate Pisana pro eo quia die qua Ludovicus predictus ipsam civitatem intravit, ipse testis propter adventum suum exiverat de civitate predicta, tamen publicum erat in dicta civitate et etiam notorium, quod dictus episcopus Castellanus fuit in obsidione dicte civitatis cum dicto Ludovico. Et erat fama in partibus illis, quod cum eo intravit civitatem Pisanam et ibi fuit continue cum eodem participando cum eo et sepius visitando eundem sibique adherendo et assistendo. Dixit etiam, quod cum testis ipse custodiret partem civitatis Pisane cum certis hominibus armatis, audivit a plus quam centum personis, quod eo tempore, quo Ludovicus erat in obsidione civitatis predicte, prefatus episcopus erat continue cum eodem.

Super aliis articulis dixit, quod cum dictus Ludovicus eundo versus Urbem transiret prope civitatem Grossetanam, ipse testis erat in civitate ipsa et publice dicebatur et notorium erat ibidem, quod idem episcopus transibat cum dicto Ludovico et ibat cum eo ad urbem Romanam et cum eo intraverat Urbem predictam.

9. Iohannes quondam Baldeti de Menania diocesis Spoletane testis iuratus dicere veritatem et primo super primo articulo dixit, quod ipse testis vidit dictum episcopum Castellanum in exercitu predicti Ludovici de Bavaria eo tempore, quo dictus Ludovicus erat in obsidione civitatis Pisane. Et postquam dictus Ludovicus intravit civitatem Pisanam, vidit ipsum episcopum in civitate predicta. Dixit etiam notorium esse et [fame][g] publice in civitate predicta et locis circumvicinis, quod ipse episcopus venit cum predicto Ludovico ad dictam civitatem Pisanam et cum eo fuit ibidem adherendo eidem et participando cum ipso.

Super aliis articulis dixit esse fame publice in civitate Pisana et partibus illis, quod idem episcopus secutus fuit dictum Ludovicum usque ad civitatem Romanam et ibi fuit cum ipso[1].

---

408. g) *excidit or.*

1) *Sequuntur authenticationes notariorum, quas hic omisimus.*

409. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD ALBERTUM ET OTTONEM DUCES AUSTRIAE. 1328. Mart. 4.

Copia (c.) in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 114^{II} *fol. 173' nr. 1692 in margine valde corrosa et 1693. Descripsimus nos. — In forma integra ineditum.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 220 Päbste nr. 68; Löher loco supra ad nr. 243 citato p. 223 nr. 548; Riezler 'Vatican. Acten' p. 368 nr. 984.

Alberto duci Austrie.

1. Nobilitatis tue litteras nobis per dil. fil. Fredericum clericum tuum et secretarium noviter presentatas benignitate recepimus solita, per quas nobis inter alia [intimare] curavisti, quod cum hiis diebus prete[ritis te ad] partes Austrie transtulisses, magnificum virum Fredericum dudum in regem Rom(anorum) electum germanum tuum voluntarium [ad omnia] nostra beneplacita invenisti, sup[plicans nobis ut] eundem in statu suo et hono[re ext]ollere vellemus et prosequi graciose, asserens [int]encius fratrem ipsum in nostris et ecclesie Ro[mane] beneplacitis quam diu vixerit permansurum, [personam tuam] et potenciam in nostris benepla[citis] usque ad mortem etiam offerendo. Sub[iciens] in calice ipsarum litterarum, ut prefato Frederico secretario super hiis que pro parte [tua] nobis exponeret, adhiberemus fidem credulam sicut tibi. Cuius quidem credencia hoc habuit in effectu, quod fratrem tuum prefatum in regem Roman(orum) electum scribere, nominare atque approbare etiam dignaremur. Et ut ad hoc inclinaremur facilius, obtulit te paratum pro eodem fratre tuo certitudinem et securitatem facere tibi possibilem, quod idem frater ad mandatum nostrum persistet et omnia sua [ac]ta et negocia secundum nostram voluntatem diriget et disponet. Profecto fili de supplicatione tam per te facta quam per nuncium antedictum [nos] et nonnulli ex fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus, quos ad hoc duximus evocandos, admodum nec immerito fuimus admirati. Quis enim unquam predecessorum nostrorum aliquem in regem Roman(orum) electum in discordia regem nominaverit seu approbaverit nulla fide de electione huiusmodi sibi facta. Procul dubio factum non legimus nec vidimus, quod fieri potuerit iusticia non offensa. Scimus quidem, quod dudum dum de intitulatione duorum electorum in reges Roman(orum) controversia incidisset, per sedem apostolicam decretum extitit deliberatione cum sancte Romane ecclesie cardinalibus prehabita diligenti, quod neuter illorum ante approbationem seu admissionem electionis sue per sedem eandem habitam deberent intitulari tali nomine seu etiam appellari. Tuam autem prudenciam credimus non latere, quod dictus germanus nec dicte sue electionis decretum nobis obtulit nec de ea nos aliter informavit. Quare advertat tua prudencia, quomodo sine offensa iusticie possit tua predicta supplicatio ad exauditionis graciam introduci. Et utinam fili prefatus germanus tuus per semitas iusticie ad tanti honoris apicem ascendere procurasset. Sed nescimus quo seductus consilio non iuribus, sed viribus, non per iusticie semitas, que inter ipsum et eius coelectum esse debebat media, sed potencia pocius tam ipse quam eius coelectus ac congressibus bellicis decrevisse videntur exortam inter eos dirimere questionem.

2. Quantum autem via predicta Deo, a quo est omnis potestas, exosa fuerit et infesta, que eorum utrique prosequendo viam huiusmodi acciderunt, evidencius attente considerantibus manifestant. In terciodecimo siquidem anno regni sui existere se describunt. Quanta autem incomoda, quot strages corporum, lapsus rerum animarumque pericula ex eorum congressibus bellicis, ut de incomodis ipsorum taceamus personalibus, fuerint subsecuta, rei evidencia clarius manifestat. Nec adhuc a via predicta

germanus tuus se videtur velle retrahere, sed per eandem ad imperiale ascendere solium in Dei offensam matrisque sue sancte Romane ecclesie preiudicium et rei publice detrimentum, oblivioni datis periculis variis, que incurrit propterea et que adhuc potest incurrere et forsitan pociora. Hec fili ad tuam germanique tui predicti et aliorum suorum, sequacium memoriam utinam curares reducere ac ut tanta vitaretis discrimina provide providere. Sciturus quod nos tue supplicationi predicte prompte aperuissemus exauditionis ianuam, si potuissemus sine divine magestatis offensa. Pro illa vero oblatione benivola, qua tuam personam et potenciam nostris beneplacitis obtulisti, gratiarum tue nobilitati referimus uberes actiones, parati ad ea que tuum respicerent commodum et honorem.

Dat. Avinion(e), IIII. Non. Marcii, anno duodecimo.

Othoni duci Austrie.

Nobilitatis tue litteras nobis per dil. fil. Fredericum exhibitorem earum noviter exhibitas, per quas inter cetera super hiis que idem Fredericus pro parte tua nobis exponeret, fidem peciisti eidem adhiberi credulam, benignitate recepimus consueta. Cuius quidem credencia et cet. sicut in alia usque in fine salvo quod non fuerunt posita verba illa 'tam per te facta quam per nuncium antedictum' [1].

Dat. ut supra.

410—413. LITTERAE DIVERSORUM AD CURIAM REGIS ARAGONUM MISSAE.

1328. Mart. 7. — Apr. 14.

410. *Litterae priores Gundisalvi procuratoris ad regem.* *Mart. 7.*

Originale (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi CRD Alfonsi nr. 3246. Sigilli vestigia adsunt. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, 433 nr. 290 ex* or. *Editionem repetimus; cf. notas apud Finke l. c. additas.*

Seynor, fago saber a la vostra alteça, que el papa es muyt turbado del feyto de la coronacion del Bauaro, en tal manera que tod homme presume, que seya obra de Dios. E asi lo dixo el papa mismo, que si obra era de Dios, que el noy podria contrastar, que non penssava homme del mundo, que en spacie de tres aynens el Bauaro con quanto poder tiene pudiesse passar ento Roma segunt los passos periglosos, que passar devia. Seynor, mas fago saber ala vostra alteça, que mizer Anibaldo de Cicano arzevispe qui era de Napol, el qual es feyto nuevament cardenal, envio per mi e dixo me, que seria grant honor e grant pro vostro, si depues de vostra coronacion viniessetes aveer vos con el papa. E specialment perque pussiessedes paz entre el rey Robert e el rey don Frederic, porque el dito cardenal vino agora de Napol e era scierto, que el rey Robert lo lexaria todo en vostra mano e el que avia de aquesta materia faulado con el papa e que segurament, que el papa, que era de volentat de escrivir vos ... Yo, senyor, sobre aquesto faulc a mizer Napoleon, el qual en verdat vos ama carament a vos e al rey don Frederic, e dixo me de pues de muytas palauras, que ... conto de los feytes passados, que el no consellava, que vos, quanto a agora viniessedes a la cort del papa, sino que fariades grant mal al rey don Frederic, que agora tiene tiempo de vengarsse de quanto mal a recebudo en el tiempo passado, e vos de recebir la

1) *Supra pag. 312 lin. 24.*

mayor honra. que nunqua recebia la casa de Aragon. Que scierto fuesse a vos, que el papa non vos avia buena volentat e si alguna cosa façia per vos, que lo façia mas per miedo que non per amer. E asi que si el papa vos enc envia a requerir de la venida, que vos consselam, que vos enc escusades e faredes grant bien a vos mismo e al rey don Frederic. E mande me, que de todo aquesto vos ent enviasse una letra luego e que non lo tardasse, que scierto fuesse a vos, que el veylara de la part daca, que vos ni el rey don Frederic non seyades deçebides con palauvras pintadas.

Seynor, el [rey] don Frederic segunt que se diçe façe muyt grant armada en ayuda del Bauaro e otrosi los de [Gen]oua e de Veneçia. Los de Pisa es[cu]san se, que non an con que armar. Otrosi, seynor, el rey Robert con ayuda del papa façe grant armada en Procnça e asi creo, seynor, que en aquest verano oyredes muytes noevas de aquestas partidas. Et seynor segunt que se diçe el Bauaro e los Romanos envian messageres muyt solempnes al papa, que vaya a Roma de tod en tod, e sino que ellos tantost y pendran concell en tal manera, que tod homme creye, que aya çisma e discordia e departimento en la eglesia de Roma. El emperador de Constantinople segunt se diçe façe muyt grant armada en ayuda del Bauaro. Pistoya an preso agora la part Guelfa. Et el Bauaro, quando lo supo, envio tantost alla a Castrucho con seyzientes hommes acavallos e diçe, que lo a feyto senador de Roma . . .

Scripta Avinione, VII. die menssis Marcii.

411. *Litterae Gallatii Fulgosii ad fratrem.* *Mart. 10.*

Cedula (c.) *chartacea ibidem CRD nr. 10925. — Ed. Finke l. c. I, 436 nr. 291 ex* c. *Editionem repetimus; cf. notam apud Finke l. c. additam.*

Nova que percepimus per litteras [quas] habemus die X. presentis mensis Marcii
Mart. 4. sunt infrascripta nova[a], videlicet quod die IIII. presentis mensis Stephanus de Columpna cum IIII^{M} militum de felici gente serenissimi principis domini Roberti intravit Urbem prescito per plures ex populo Romanorum. In quo introitu maximum et durum prelium fuit inter ipsos ex una parte et gente[m] danati[a] Bavari ex altera et finaliter gens[b] predicti domini regis optinuit et in conflictu posuit predictam gentem dampnati et eam fugaverunt usque in castrum Sancti Angeli, quo excepto tota civitas Romana dominatur et regitur per gentem regis Roberti. Habemus etiam quod de gente danati[a] Bavari que erat Viterbii hoc intellecto redierunt versus Urbem et speratur quod non poterunt
Mart. 9. intrare dictam civitatem Romanam. Alia nova, que vobis mittimus interclusa, habuimus die heri ab amico fidedigno et si qua nova apparebunt, vobis continue rescribemus.

Dat. Placentie, die X. mensis Martii. Frater vester Gallatius Fulgosii.

412. *Litterae Ferrarii de Apilia ad regem.* *Mart. 18.*

Originale (or.) *chartaceum ibidem CRD nr. 11015. Sigilli vestigia adsunt. — Ed. Finke l. c. I, 508 nr. 339 ex* or. *Editionem repetimus; cf. notas apud Finke l. c. adiectas.*

1. . . . Hiis diebus excellentie regie de diversis rumoribus VI literas misi, quas ex certa causa . . . Guilelmo Oulomarii iuxta consuetudinem direxi . . . Letatus sum autem in hiis, que dicta sunt michi per dictum portarium oraculo vive vocis, quia magestas regia fruitur utriusque hominis sospitate. In cunctis enim, quibus in hac vita me delectari et exerceri oportet, dolorem invenio et laborem. In hoc tantummodo meus respirat animus et letatur, cum de regii status continencia nova audio prospera

411. a) *sic or.* b) gentes *or.*

et iocunda, desiderans antequam moriar corporalibus occulis id viderc, supplicans de nocte et de die flexis genibus illi, qui est retributor omnium, quod ipse retribuat dulcissime pietati vestre, quia placet compati miserie et calamitati mee. Spem enim meam post Deum in vestra liberalissima bonitate, que ubique divulgatur per omnes, posui et in nullo alio.

2. Nova que hic habentur sunt ista, quod regens Francie dominus de Valoys rec[ep]it a subditis regni homagium et fidelitatem. Et ut dicitur procurabat dupliciter homagium et iuramentum habere, secundum quod fuerat factum quondam domino Philippo regi Francie tunc regenti in simili casu, videlicet unum tanquam regenti, aliud in casu, ubi regina non haberet masculum, tanquam regi. Set istud secundum obtinere non potuit. Quare creditur quod si regina non pariat masculum, quod erit novitas et discordia de successore, et est hic qui operatur ad hoc, secundum quod alias scripsi. Item Petrus Remigii, qui fuerat thesaurarius regis et qui magnum statum habuit cum dicto rege, fuit de mandato dicti regentis captus et turpiter a mensa fratris regine amotus et ad Casteletum ductus et ibi diversis suppliciis tormentatus. Creditur quod erit suspensus. Inventus est sibi maximus thesaurus.

3. Nuncii regis Roberti, qui missi fuerant nuper, ut scripsi, ad regem Francie, requisiverunt una cum domina Clemencia predictum regentem multum efficaciter de duobus videlicet, quod placeret sibi iuvare regem Robertum de mille militibus contra istum inimicum suum, qui ita potenter veniebat contra eum, cum hoc deberet facere et quia avunculus et quia de domo Francie. Nam magnum vituperium et dampnum esset dicte domui, si ipse subcumberet. Item quod rex Robertus posset extrahere de dicto regno alios mille milites stipendiis suis. Ad que deliber[at]o consilio respondit, quod subsidium facere non poterat pluribus de causis, set quod placebat sibi quod extrahere posset quingentos milites iuxta licentiam sibi concessam per regem Francie ante suam mortem ad instanciam pape et quod satisfaceret et solveret eis melius, quam consueverit.

4. Bavarus est Rome et ut dicitur Romani multum contentantur de regimine suo.

5. Isti nuncii qui sunt hic nullum aliud adiutorium ab isto domino habere possunt, nisi quod habeant decimas tantummodo regni sui. Valde male sunt contenti . . . Dominus cardinalis[1] fuit pluries locutus domino nostro de negocio illius matrimonii, pro quo fuit missus monachus portarius vester, et nunquam potuit responsum habere.

Dat. XVIII. die presentis mensis Marcii.

413. *Litterae aliae Gundisalvi procuratoris ad regem.* *Apr. 14.*

Originale (or.) *chartaceum ibidem CRD Alfonsi nr. 3279. Sigilli vestigia adsunt. — Ed. Finke l. c. I, 437 nr. 292 ex* or. *Editionem repetimus.*

. . . Se diçe per muytas personas dignas de fe en la cort, que el Bauaro ha preso la ciudat de Orbieto, la qual todos tiempos fue de la part Guelfa. E otrosi se dice publicament, que los de la marca d'Ancona se son liurades al Bauaro. E aquesto no sabe encara el papa nin ley osen deçir, per que saben que enc seria muyt despegado . . . El rey don Frederic e los de Venecia e de Saona e de Pisa que arman por ayudar al Bauaro. Messageres ha en la cort muyt solempnes de Bolonia e de otras muytas ciudades de Lombardia que son de la part Guelffa. Et dice se que son venidos al papa, que les acora con moneda por a pagar alos soldaderes e sino que breument ellos da qui adelant non teran sino la partida del Bauaro . . .

Scripta en Auinione, XIIII. dias andades de Abril.

---

1) *Scil. Neapoleo Ursinus.*

414—421. LUDEWICI PRIVILEGIA PRO DIVERSIS ET SCRIPTA VARIA.

1328. Mart. 13.—29.

414. *Mandatum civitati Albinganae missum.* *Mart. 13.*

Originale (or.) *in tabulario communis Albingani. Contulimus nos. Sigillum maiestatis litteris claudendis dorso impressum est. Inscriptio est:* Prudentibus viris . . vicario, . . consilio et comuni civitatis Albingian.[a], nostris et imperii fidelibus dilectis. — *Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 308 nr. 495 ex* or.

Ludowicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris . . vicario suo, consilio et comuni civitatis Albingane, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Ne gabelle ordinate vel ordinande pro execucione felicis armate nostre in civitate Saone impediri possent, si in terra vestra non inponerentur et per earum[b] emptores non possent exigi cum effectu, mandamus vobis sub pena mille marcarum boni argenti, quam[c] nostre camere confiscamus, ac privacionis omnium, que tenetis a nobis et Romano imperio, quatinus omnes et singulas gabellas, quibus gabelle civitatis Saone, si non exigerentur in terra vestra, possent recipere lesionem, et illas alias, quas comode portare potestis, acceptare, inponere et recipere debeatis et permittere, quod per earum emptores effectualiter exigantur et in felici armata nostra fienda per dictos fideles Ianue convertantur. Scientes quod quitquid exactum erit de dictis gabellis in terra vestra, per vos in maiestatis nostre servicium reputabimus fore datum. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et maiestatis nostre sigilli munimine iussimus roborari.

Dat. Rome, XIII. die mensis Marcii, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

415. *Privilegium pro Castruccio de Antelminellis.* *Mart. 14.*

Originale (or.) *in tabulario regio Lucano. Contulimus nos. Pendet sigillum laesum filis sericis rubei flavique coloris. — Ed. Manucci loco supra ad nr. 160 citato p. 216 nr. 20 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 59 nr. 972.

Cf. supra nr. 383.

‖Lu‖dowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus illustri Kastrucio duci Lucano, sacri Lateranensis palatii comiti et Romani imperii vexillifero, suo et imperii fideli dilecto gratiam suam et omne bonum.

Dignum est et imperiali maiestati proprium, ut sicut cottidie fidelium augetur constancia et devocio, ita eis imperiale culmen dignitates augeat, privilegia et honores. Sane experiencia docente novit imperialis maiestas maximam fidem, devocionem et constanciam tuam et ante et post a nobis tibi collatos honores ultra ceteros fideles imperii de bono in melius cottidie profecisse. Ut igitur premissorum contemplacione ad ampliorum dignitatuum[a] apices per imperiale culmen tua devotio attollatur, de consilio et assensu procerum nostre imperialis aule tibi et successoribus tuis ex te natis et nascituris per lineam masculinam imperpetuum comitatum sacri Lateranensis palacii, quem ad

414. a) *sic or.* b) eas *or.* c) quae? *or.*

415. a) *sic or.*

fiscum nostrum et sacrum Romanum imperium iustis et legitimis causis devolutum et applicatum pronunciamus et declaramus et ad omnem dubietatem tollendam devolvimus et applicamus, damus, concedimus et donamus ex certa sciencia de plenitudine potestatis et te et predictos successores tuos imperpetuum eligimus, constituimus, preficimus et creamus comitem et comites ipsius sacri Lateranensis palatii vosque de comitatu predicto investimus et infeodamus tamquam veros fideles imperii et vassallos. Dantes, tribuentes et concedentes tibi et eis omnes et singulos honores et omnia et singula privilegia et emolumenta, quos et que comites predicti sacri palatii habent et habuerunt quoquo tempore de consuetudine vel de iure. Declarantes exnunc per hoc nostre serenitatis indultum tibi et predictis successoribus tuis ex predicta comitatus dignitate competere ius assistendi perpetuo benedictioni, sacre unccioni et coronationi successorum nostrorum principum Romanorum et omnibus et singulis ipsius coronationis sollempnitatibus et precipue sociandi et deducendi ipsos Romanos principes tempore coronationis fiende de eis ad sacram unctionem de ipsis fiendam et eosdem Romanorum imperatores successores nostros tenendi et iuvandi in ipsa sacra unccione et actu ipsius et eadem unccione perfecta eos reducendi et sociandi ad altare et thalamum, prout et quotiens principes expedierit redire. Item ius levandi et tenendi imperiale dyadema de nostro et successorum nostrorum Romanorum principum capite tempore quo imperialis coronationis solempnia celebrantur et etiam quocumque alio tempore, quotiens publice ipsum dyadema expedierit elevari de capite nostro et successorum nostrorum Romanorum principum et reponi. Que omnia et singula suprascripta valere et tenere volumus et iubemus ex certa scientia de plenitudine potestatis, iure aliquo non obstante. Nulli ergo hominum liceat hanc nostram paginam in aliquo violare vel ei ausu temerario contraire. Si quis vero hoc attemptare presumpserit, gravem indignationem nostram se noverit incurrisse. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigilli maiestatis nostre robore cum annotatione testium subscriptorum iussimus communiri, videlicet Rudolfi ducis Bawarie principis et patrui nostri karissimi, Heinrici ducis Brunswicensis, Ludowici ducis de Teck, Hermanni de Lihtenberch cancellarii nostri, Alberti dicti Humel de Lihtenberch marescalci nostri, Meinhardi comitis de Ortenburch, Friderici purchgravii de Nurenberch, Ottonis comitis de Orlamunde, Iohannis comitis de Claromonte, Cunradi comitis de Truhendigen, Cunradi de Sluzzelberch necnon nobilium virorum Iacobi Serre de Columpna et Iacobi de Sabellis senatorum Urbis.

Dat. Rome, XIIII. die mensis Martii, indic. XI, anno Domini millesimo trecentisimo vigesimo octavo, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

416. *Obligatio pro Conrado de Trimberg.* *Mart. 22.*

Originale (or.) *in tabulario Moenofrancofurtano. Contulimus nos. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis viridis coloris. In verso scriptum est manu cancellariae imperialis:* R^{a}, *itemque leguntur:* ubir guldi uf dem ungelde zu Geil(in)husin und daz shultheizinamt[1]. — *Ed. Reimer 'Hessisches Urkundenbuch' II, 2 p. 299 nr. 320 ex* or.

Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer cheyser ze allen zeiten merer dez riches verjehen offenlich an disem briefe, daz wir dem edeln manne Cunraden von Trimperg unserm lieben getrewen, den wir nů ze unser crônûng ze Rome ritter machten, ze rittersteure geben haben von unser cheiserlicher milte hundert march silbers. Fůir dieselbn hûndert march silbers versetzen wir im dreizzich march geltes von dem ungelte ze Geylenhûsen. Dartz̊ erlouben wir und geben im volle macht mit diesem briefe, daz schultheizampt ze Geylenhûsen ze lôsen und ze ledigen von dem edeln manne Lûtheren von Isembûrg, dem ez ietz̊ stet, um dreihundert pfund Haller. Und sol er

1) *Cf. notam apud Reimer l. c. adiectam.*

und seine erben die vorgenannten dreizzich march als lange aufheben und daz schultheizampt inne haben, untz wir oder unser nachchůmen an dem riche cheiser oder chunige die dreizzich march geltes umb hůndert march silbers und daz schultheizamt umb dreihundert pfunt Haller von im oder seinen erben wider lôsen. Und gebieten dem rat . . und der gemain der pûrger von Geylenhûsen unsern lieben getrewen vesticlich, daz sie dem vorgenannten von Trimperg und seinen erben an allem, daz ze dem schultheizamt gehôrt, warten und undertænich sein und si auch an den dreizzich march geltes nicht hindern, als lieb in unser hulde sei. Daruber ze urchund geben wir disen brief mit unserm cheiserlichen insigel versigelten.

Der geben ist ze Rome, an dem Dinstag nach dem suntag Iudica, do man zalt von Christes gebûrt dreitzehenhundert jar darnach in dem achtundzweintzigistem jare, in dem viertzehenden jare unsers chunigriches und in dem ersten dez cheysertûms.

417. *Confirmatio privilegiorum pro Friderico marchione Misnensi.* *Mart. 27.*

Originale (or.) *in tabulario regio Dresdensi. Descripsimus nos. Pendet bulla aurea filis sericis viridis coloris.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 276 nr. 2705 (Addit. I).

[L]udowicus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus illustri principi Frederico marchioni Mysen(ensi) genero suo karissimo gratiam suam et omne bonum.

Firmavit Dominus regnum nostrum ponendo nos in summum gradum imperatorie dignitatis, ut subiectis nobis regibus, principibus, comitibus, dominis et aliis universis iura ipsorum et privilegia confirmemus et ipsos manuteneamus et foveamus in sua iusticia nostra pottentia[b] et virtute. Sane cum tu in regimine marchionatus Mysen(ensis), lantgravionatus Thuringie et terre Orientalis, quorum dudum tibi principatus contulimus, et aliis tibi collatis et concessis regalibus scriptis nostris ad honorem tuum et nostrum ac sacri imperii fidelium et subditorum[c] tuorum profectum talem exhibueris et habueris, quod pridem tibi tradita et collata uberioris gratie nostre dono ad ampliorem roboris firmitatem tibi debeant merito confirmari, non indignum credimus, quin tibi de nostre (M.) potestatis plenitudine, in quam vocati sumus, de premissis et aliis predecessorum nostrorum Romanorum imperatorum et regum gratiis, concessionibus, privilegiis olim marchionibus Mysen(ensibus), lantgraviis Thuringie et terre Orientalis collatis provideamus de oportune confirmationis presidio ad ampliorem illorum omnium firmitatem et tui securitatem certius optinendam. Ad tuam igitur votivam petitionem omnia privilegia, concessiones, gratias, emunitates, libertates et iura per nostras regales litteras vel per quecumque predecessorum nostrorum Romanorum imperatorum et regum privilegia et indulta concessas et concessa tibi, marchionibus, lantgraviis Thuringie et terre Orientalis supradictis ex certa scientia confirmamus, ratificamus et approbamus et iterum de novo concedimus de plenitudine imperatorie potestatis. Supplentes eadem potestate omnem defectum et sollempnitatem in prioribus nostris et predecessorum nostrorum predictorum litteris vel privilegiis omissum, non obstantibus legibus vel consuetudinibus quibuscunque, quibus omnibus quantum ad hoc de certa scientia derogamus et esse volumus derogatum. Tantum volentes quod sine contradictione qualibet, oppositione vel instantia perfectum robur habere debeant et effectum. Nulli ergo hominum liceat hanc nostram paginam in aliquo violare vel ei quomodolibet contraire. Si quis vero hoc attemptare presumpserit, indignationem nostram et gravem nostre maiestatis offensam se noverit in-

417. a) *initialis littera deest or.* b) *sic or.* c) subitorum *or.*

cursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et bulla nostra aurea cum imperiali signo et annotatione subscriptorum testium iussimus communiri, videlicet Rudolfi ducis Bawarie principis et patrui nostri karissimi, Henrici ducis Brunswicen(sis), Ludowici ducis de Tekk, Ulrici lantgravii Alsacie, Meinhardi comitis de Ortemborg, Frederici borcgravii de Nurenberg, Ottonis de Orlamunde comitis, Alberti dicti Hummel de Liehtenberg marescalci nostri, Conradi de Trehendingen comitis, Conradi de Sluzzelberg, Engelhardi de Weinspherch, Andree et Gotfridi de Prunekk et magistri Ulrici Wildonis prothonotarii nostri.

Datum et actum Rome apud Sanctum Petrum, vigesimo septimo die mensis Martii, indictione undecima, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

Et[d] ego Hermannus de Lihtemberch solasticus[e] ecclesie Spiren(sis) necnon prepositus ecclesie Sancti Iermani extra muros eiusdem nomine et vice domini Heinr(ici) archiepiscopi Colonie(nsis) archicancellarii cancellarius presentibus interfui et manu subscripsi.

418. *Confirmatio privilegiorum pro Bertholdo comite de Henneberg.* *Mart. 27.*

Originale (or.) *in tabulario Meiningensi. Contulit W. Füsslein. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis viridis coloris. In dorso leguntur:* Confirmacio feodorum domini Bertholdi comitis de Henninberg imperatoria, *itemque* Littera confirmacionis domini de Hennenberg.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 59 nr. 977.

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus spectabili viro Bertoldo comiti de Henninberch secretario suo et imperii fideli karissimo graciam suam et omne bonum.

Firmavit Dominus regnum nostrum ponendo nos in summum gradum imperatorie dignitatis, ut subiectis nobis regibus, principibus, comitibus, dominis et aliis universis iura ipsorum et privilegia confirmemus et ipsos manuteneamus et foveamus in sua iusticia nostra potencia et virtute. Sane cum tu in regimine comitatus Henninbergensis, quem tibi heredibusque tuis dudum contulimus, et aliis tibi collatis et concessis regalibus scriptis nostris ad honorem tuum et nostrum ac sacri imperii fidelium et subditorum tuorum profectum talem te exhibueris et habueris, quod pridem tibi tradita et collata uberioris gracie nostre dono ad ampliorem roboris firmitatem tibi ipsisque tuis heredibus debeant merito confirmari, non indignum credimus, quin tibi et tuis heredibus de nostre potestatis plenitudine, in quam vocati sumus, de premissis et aliis predecessorum nostrorum Romanorum imperatorum et regum graciis, concessionibus, privilegiis olym comitibus Henninbergensibus et comitatui collatis provideamus de oportune confirmacionis presidio ad ampliorem illorum omnium firmitatem et tui ac heredum tuorum securitatem certius obtinendam. Ad tuam igitur votivam peticionem omnia privilegia, concessiones, gracias, emunitates, libertates et iura per nostras regales litteras vel per quemcumque predecessorum nostrorum Romanorum imperatorum et regum privilegia et indulta concessas et concessa tibi heredibusque tuis et comitatui Henninbergensi supradictis ex certa sciencia confirmamus, ratificamus, approbamus et iterum de novo concedimus de plenitudine imperatorie potestatis. Supplentes eadem potestate omnem defectum et sollempnitatem in prioribus nostris et predecessorum nostrorum predictorum litteris vel privilegiis obmissum, non obstantibus legibus vel consuetudinibus quibuscumque, quibus omnibus quantum ad hoc de certa sciencia derogamus et esse volumus derogatum.

417. d) *abhinc manus cancellarii or.* e) *sic or.*

Tantum volentes quod sine contradictione qualibet, opposicione vel instancia perfectum robur habere debeant et effectum. Nulli ergo hominum liceat hanc nostram paginam in aliquo violare vel ei quomodolibet contraire. Si quis vero hoc attemptare presumpserit, indignacionem nostram et gravem nostre maiestatis offensam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes tibi dictisque tuis heredibus concedimus et damus litteras sigilli maiestatis nostre munimine roboratas.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, vicesimo septimo die mensis Marcii, indictione undecima, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

419. *Confirmatio privilegiorum pro communi Urbinati.* *Mart. 27.*

Copia (c.) *in Libro privilegiorum familiae comitum Montisferetri saec. XV. fol. 4, olim bibliothecae ducum Urbini, iam tabularii Vaticani 'Arm. XXXIII nr. 18'. — Ed. Theiner 'Codex diplom. dominii temporalis sanctae sedis' I, 554 nr. 727 ex* c. *Editionem repetimus*[1].

Böhmer, Reg. Ludw. p. 358 nr. 3248 (Addit. III).

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris . . capitaneo, consilio et communi ac hominibus civitatis Urbini, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

In imperiali solio presidentis tunc opus gratiosum et nobile reputatur, cum subditos suos pro nomine imperii afflictos pariter et attrictos decorat gratiis et beneficiis larga manu. Iustum namque et decens fore censetur, ut unde nata est destructio et cuiuslibet emolumenti privatio, inde procedat constructio et cum honoris augmento restauracio perdictorum. Remuneracio enim meritorum iustum dominantis ostendit imperium, apud quem perire nescit, quod quospiam laborasse contigerit. Sane iam dudum audivimus et veridica relatione cognovimus, quod vos et dicta vestra civitas propter fidelitatem et devocionem, quam ad sacrum Romanum imperium continue habuistis, ab emulis, rebellibus et inimicis sacri Romani imperii multa dampna, persecutiones et atroces iniurias substinuistis et quod homines civitatis predicte eiusque comitatus et districtus ab ipsis emulis et inimicis hostiliter invasi neces, captivitates, occisiones et multa intollerabilia mala ab olim passi fuerunt, in tantum quod dicta vestra civitas captivata ab eis, muris funditus deornata et quod peius fuit suo comitatu privata omnibusque suis honoribus, privilegiis, iurisdictione totaliter denudata, quorum commemoracio non solum nos ad remuneracionem et relevacionem vestram inducit, sed ad compatiendum et dolendum vobiscum pariter

1) *Descriptio sigilli haec praecedit:*

In nomine Domini amen.

Hoc est exemplum seu transumptum cuiusdam publici imperialis privilegii iam diu concessi per imperatorem Ludovicum communitati et hominibus civitatis Urbini concessionis, absoluptionis, liberationis et reintegrationis cum Castro Gagliardo et Villa Sancti Andree in dicto privilegio expressis, anno ab incarnatione Domini millesimo CCCXXVIII, cum appensione sigilli seu bulle rotunde in cera alba impressi cum cordula sirrici rubei et viridis. In quo quidem sigillo ex una parte apparet imago eiusdem imperatoris super imperiali trono sedentis, manu dextera tenentis sceptrum imperiale cum quadam aquila in summitate eiusdem sceptri, in sinistra vero quoddam rotundum in modum pomi, cum corona super capite. Et circumcircha dictam imaginem apparent circumscriptio et littere infrascripti tenoris videlicet: 'Ludovicus quartus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus' cum singno crucis precedente. Ab alia vero parte dicti sigilli apparet quedam aquila sculta et impressa in dicto sigillo et circumcircha dictam aquilam apparent littere dicentes: 'Iuste iudicate filii hominum' cum singno crucis precedente. Cuius quidem imperialis privilegii tenor infra sequitur et est talis videlicet:

'Ludovicus Dei gratia — imperii vero primo'. *supra nr. 419.*

nos impingit. Quare nos volentes, ut sitis consolacionum filii, qui fuistis filii passionum[1], vos et civitatem vestram et comitatum ipsius ac etiam homines eorumdem nostros et sacri Romani imperii fideles devotos imperiali auctoritate et ex certa scientia ad omnes et singulos honores, dignitates, privilegia, officia, feuda[a] et bona et alia quecunque iura, que retroactis temporibus quomodolibet possedistis, habuistis et tenuistis, quibus a quocunque, qualitercunque et quomodocunque privati fuistis, in integrum restituimus, vos ad pristinum statum, in quo eratis ante privationem predictam, de imperiali providentia reducentes, vobisque et dicte civitati comitatum civitatis predicte, prout hactenus quocunque tempore plenius habuistis et possedistis, et specialiter castra, villas et loca alia quecunque sitas et sita in dyocesi episcopatus dicte civitatis Urbini et Castrum Galliardum cum Villa Sancti Andree cum toto suo territorio de nostre plenitudine potestatis et gratia speciali de novo concedimus et unimus, ipsum comitatum et castra predicta civitati Urbini prefate totaliter aggregantes. Ad hec quoque volentes vos uberioris gratie dono prosequi, vobis et civitati predicte plenam et liberam iurisdictionem, auctoritatem et potestatem merum et mixtum imperium exercendi in facinorosos et malos imperiali auctoritate concedimus atque damus, vobis et civitati predicte nichilominus concedentes, ut possitis et valeatis potestatem, capitaneum seu alium rectorem eligere et iudicem aliquem, ad quem solum et possit et debeat haberi recursus super appellationibus tam in prima quam in secunda causa interpositis et interponendis per homines et personas civitatis predicte, comitatus et districtus eiusdem et locorum predictorum et per quoscunque alios litigantes in dicta civitate et locis predictis, eidem iudici super prefatis appellationibus iurisdictionem legiptimam et ordinariam conferentes. Insuper vero vobis et civitati prefate omnia et singula privilegia et gratias vobis et civitati predicte concessa et concessas a retro Romanis divis principibus predecessoribus nostris et maxime a bone memorie Friderico et Henrico Romanis imperatoribus predecessoribus nostris ex certa scientia de speciali gratia confirmamus, ratificamus et approbamus. Cassantes et irritantes ac annullantes omnes sententias et processus latas et factos super privatione predicta per quoscunque, cuiuscunque status et conditionis existant, et sub quacunque verborum conceptione formatas, quas et quos de nostre plenitudine potestatis carere volumus omni robore firmitatis. Non obstantibus in premissis vel aliquo premissorum aliquibus legibus contrarium disponentibus, quibus quantum ad premissa ex certa scientia derogamus et esse volumus derogatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis, unionis et aggregationis paginam infringere vel ei ausu aliquo temerario contraire. Si quis vero hoc attemptare presumpserit, gravem indignationem nostram et penam mille marcharum argenti fischo nostro pro dimidia applicandam et pro alia dimidia parti lese se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo nostro imperiali fecimus communiri.

Datum Rome, XXVII. die mensis Martii, indictione decima prima, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

419. a) famam *c.*

1) *Cf. 2. Cor. 1, 7.*

420. 421. *Privilegia pro comitibus Montisferetri.* *Mart. 27—29.*

Copiae (c.) *ibidem formae maioris fol. 3, formae minoris fol. 6. — Ed. Theiner l. c. I, 553 sqq. nr. 726 et 728 ex* c. *Editionem repetimus*[1].

Böhmer, Reg. Ludw. p. 358 nr. 3247 et 3249 (Addit. III).

420. *Forma maior.* *1328. Mart. 27.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobilibus viris Galasso et Nolfo fratribus natis quondam bone memorie Frederici comitis Montisferetri, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Etsi imperialis providentie maiestatem ad omnes suos benemeritos et fideles generaliter dexteram suam deceat extendere liberalem, illos tamen precipuis favoribus

421. *Forma minor.* *1328. Mart. 29.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobilibus viris Galasso et Nolfo fratribus natis quondam bone memorie Frederici comitis Montisferetri, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Etsi imperialis providentie maiestatem ad omnes suos benemeritos et fideles generaliter dexteram suam deceat extendere liberalem, illos tamen precipuis favoribus

1) *Descriptiones sigillorum haec praecedunt fol. 3:*

In uomine Domini amen.

Hoc est exemplum seu transumptum cuiusdam publici imperialis privilegii iam diu concessi per imperatorem Ludovicum comitibus Gallasso et Nolfo pro se et fratribus recipientibus natis magnifice memorie comitis Frederici comitis Montisferetri coucessionis quorumdam castrorum et comitatuum in dicto privillegio expressorum necnon adsumptionis eorundem et suorum heredum ad dignitatem et offitium et auctoritatem comitum Palatinorum ac etiam legiptimandi tam naturales quam spurios et etiam ex incestuoso et dampnato coytu procreatos et notarios et iudices ordinarios faciendi, auno ab incarnatione domini MCCCXXVIII, cum appeusione sigilli aurei appensi cum cordula sirrici rubei et crocei. In quo quidem sigillo ex una parte apparet imago cuiusdam imperatoris super imperiale trono sedentis, manu dextra tenentis sceptrum imperiale, in sinistra quoddam rotundum iu modum pomi cum singno crucis desuper, et cum diadema super capite. Et circumchircha dictam imaginem apparent circumscriptio et littere infrascripti tenoris videlicet: 'Ludovicus quartus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus' cum singno crucis precedente et sequente ac finiente. Ab alia vero parte dicte bulle apparet quedam scultura urbis Rome cum litteris circumcircha dicentibus cum singno crucis desuper: 'Roma caput mundi regit orbis frena rotundi'. Cuius quidem privilegii tenor infra sequitur et est talis videlicet:

'Ludovicus Dei gratia — mauu propria subscripsi'. *supra nr. 420.*

et fol. 6:

In nomini Domini amen.

Hoc est exemplum seu trausumptum cuiusdam publici imperialis privilegii iam diu concessi per imperatorem Ludovicum nobilibus viris Galasso et Nolfo fratribus natis quondam bone memorie Frederici comitis Montisferetri concessionis legiptimaudi et ad antiquum et primevum statum reducendi omnes et siugulos tam naturales quam spurios et etiam ex incestuoso et dampnato coytu procreatos et super defectu quolibet dispensandi, notarios et iudices ordinarios faciendi, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, cum appensione bulle rotunde cere albe cum cordula de sirrico viridi. In qua quidem bulla ex una parte apparet ymago cuiusdam imperatoris super imperiali trono sedentis, manu dextra teuentis sceptruui imperiale cum aquila sculta supra dictum sceptrum, in sinistra vero quoddam rotundum in modum pomi cum singno crucis desuper, et cum dyadema super capite dicti imperatoris. Et circumcircha dictam ymaginem apparent circumscriptio et lictere infrascripti tenoris videlicet cum singno crucis desuper: 'Ludovicus quartus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus'. Ab alia vero parte dicte bulle apparet sculta quedau aquila cum licteris circumcircha dicentibus: 'Iuste iudicate filii hominum' cum singno crucis desuper. Cuius quidem privilegii imperialis de verbo ad verbum tenor infra sequitur et est talis videlicet:

'Ludovicus Dei gratia — imperii vero primo'. *supra nr. 421.*

et beneficiis prosequi debet, qui nunquam deficiunt nec defecerunt pro deffensione et exaltatione sacri Romani imperii exponere vitam suam. Unde nos considerantes bona et fidelia opera patris vestri, qui pro deffensione imperii cotidie laboravit, et vestre fidei puritatem, quam ad nos et Romanum imperium geritis dicti vestri progenitoris vestigiis inherentes, vobis omnes terras, castra et villas cum hominibus, curtibus et omnibus iuribus et pertinenciis eorumdem sita et sitas in dyocesi Feretrana et specialiter castra Macerate et Certalti dicte dyocesis et Castrum Montis Schutoli et villam Albareti comitatus Arimini cum hominibus, territoriis et omnibus pertinenciis vobis et heredibus vestris pro vobis, Feltrano, Ugolino et Henrico fratribus vestris et filiis dicti comitis Frederici et eorum heredibus imperiali auctoritate ex certa sciencia de novo concedimus de gratia speciali cum omnibus supradictis iuribus, vectigalibus, aquarum decursibus et aliis iuribus quibuscumque ad nos et sacrum Romanum imperium pertinentibus, non obstante quod predicta vel aliquod predictorum per rebelles et infideles sacri Romani imperii teneantur occupata, vosque de dictis castris et villis et omnibus eorum iuribus pro vobis heredibusque vestris et dictis vestris fratribus et eorum heredibus per sceptrum nostrum de imperiali providentia investimus, volentes ut dicta nostra concessio ad infrascripta castra minime extendatur. Castra vero sunt hec: scilicet Faggiola, commune Sancte Agate et Sancta Agata, rocha et burgus Maioli et Maiolectum, Poggiolum, Petrella, Pozzale, Casteldilci, Ancisa, Sanctus Donatus, Schienni, Senatellum, Monteboctolinam, Sancta Sophya, Penna, Silli, Sorbo, Monterotundo, Fraghetum, que tenentur per nobiles de Fagiola et Petragutola, nec ad alias terras Guidonis et Nerii quondam Francischi comitis de Petragudola. Ad hec quoque vos et dictos fratres vestros et eorum et vestros descendentes comites palatinos de novo facimus et creamus, assignantes vobis comitatum predictum Feretrensem, ut ex eo

et beneficiis prosequi debet, qui nunquam deficiunt nec defecerunt pro deffensione et exaltatione sacri Romani imperii exponere vitam suam. Unde nos considerantes bona et fidelia opera patris vestri, qui pro deffensione imperii cottidie laboravit, et vestre fidei puritatem, quam ad nos et Romanum imperium geritis dicti vestri progenitoris vestigiis inherentes,

1) *Nov. 89 c. 15.*

comitatu vos et dicti fratres vestri et descendentes vestri nomen et titulum habeatis, vobisque et dictis vestris fratribus et vestrorum et ipsorum heredibus potestatem et auctoritatem imperiali auctoritate concedimus atque damus ex certa nostra sciencia legiptimandi et ad antiquum et primevum statum reducendi omnes et singulos tam naturales quam spurios et eciam ex incestuoso et dampnato coytu procreatos et super defectu quolibet dispensandi, notarios et iudices ordinarios faciendi, volentes et mandantes, ut creati iudices et notarii et legiptimati per vos vel aliquem vestrum quoad successionem parentum et omnes actus legiptimos et civiles pro legiptimis habeantur, lege aliqua non obstante et specialiter constitutione imperiali posita in Autentica 'quibus modis naturales efficiantur sui' in fine[1], quibus quantum ad premissa de plenitudine potestatis derogamus. Insuper quoque vobis et dictis vestris fratribus vestrisque et ipsorum heredibus de gratia speciali concedimus, ut pro omnibus predictis iuribus et bonis et aliis quibuscumque acquisitis et in posterum acquirendis quocunque modo, iure vel causa vos et vestri vasalli et fideles preterquam a nobis et sacro Romano imperio exempti sitis ubilibet et immunes nec ad sustinenda aliqua onera realia et personalia per aliquem alium compelli possitis preterquam a nobis et sacro Romano imperio vobis etiam et dictis vestris fratribus vestrisque et eorum heredibus merum et mixtum imperium et iurisdictionem plenariam concedentes in omnes vestros fideles et vasallos et omnes et singulos vestros familiares et in omnes, qui ad bampnerias vestras venirent, et ut possitis predicta exercere imperiali gratia per omnes terras et loca sacro Romano imperio subiecta et que sacrum Romanum imperium profitentur. Non obstantibus in predictis vel aliquo predictorum aliquibus legibus civilibus, municipalibus vel consuetudinibus, que contrarium disponerent in aliquo de predictis, quibus quantum ad premissa specialiter derogamus. Nulli ergo hominum liceat

vobis et fratribus vestris ac vestrorum et ipsorum heredibus potestatem et auctoritatem imperiali auctoritate concedimus atque damus ex certa nostra scientia legiptimandi et ad antiquum et primevum statum reducendi omnes et singulos tam naturales quam spurios et etiam ex incestuoso et dampnato coytu procreatos et super defectu quolibet dispensandi, notarios et iudices ordinarios faciendi, volentes et mandantes, ut creati iudices et notarii et legiptimati per vos vel aliquem vestrum quoad successionem parentum et omnes actus legiptimos et civiles pro legiptimis habeantur, lege aliqua non obstante et specialiter constitutione imperiali posita in Auctentica 'quibus mod(is) natura(les) effi[ciantur] sui' in fine[1], quibus quantum ad premissa de plenitudine potestatis derogamus. Insuper quoque vobis et vestris fratribus vestrumque ac ipsorum heredibus de gratia speciali concedimus, ut pro omnibus predictis iuribus et auctoritate et potestate vos et vestri vasalli et fideles preterquam a nobis et sacro Romano imperio exempti sitis ubilibet et immunes nec ad substinendum aliqua onera realia vel personalia per aliquem alium compelli possitis preterquam a nobis et sacro Romano imperio, vobis eciam et dictis vestris fratribus vestrisque et eorum heredibus merum et mixtum imperium et iurisdictionem plenariam concedentes in omnes vestros fideles et vasallos et omnes et singulos vestros familiares et in omnes, qui ad bannerias vestras venirent, et ut possitis predicta exercere imperiali gratia per omnes terras et loca sacro Romano imperio subiecta et que sacrum Romanum imperium profitentur. Non obstantibus in predictis vel aliquo predictorum aliquibus legibus civilibus, municipalibus vel consuetudinibus, que contrarium disponerent in aliquo de predictis, quibus quantum ad premissa specialiter derogamus. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre maiestatis gratiam infringere vel ei ausu temerario contraire

1) *Nov. 89 c. 15.*

hanc nostre maiestatis gratiam infringere vel ei ausu temerario contraire seu modo aliquo attentare. Quod si quis facere presumpserit, indignationem nostram et penam marcharum mille auri ipso facto se noverit incurrisse, cuius vero pene medietas nostre fiscali camere applicetur et alia iniuriam passo seu passis. In cuius rei testimonium presentes scribi iussimus et bulla nostra aurea cum singno imperiali consueto (M.) et annotatione testium subscriptorum muniri, videlicet Rodulfi ducis Bavarie, Henrici ducis Brunswicensis[a], Ludovici ducis de Dech, Meinhardi[b] comitis de Ortenburgh[c], Frederici purcravi[i] de Nurimberg[d], Ottonis comitis de Orlamunde, Curradi de Trudeygen[e], Curradi de Sluzzelbergh[e].

Data Rome, anno Domini millesimo CCCXXVIII, indictione undecima, die vigesimo septimo mensis Martii, regni nostri anno XIIII, imperii vero primo.

Et ego Hermannus de Lichtemberg scolasticus Spirensis necnon prepositus ecclesie Sancti Iermoni extra muros eiusdem nomine et vice domini Heinrici archiepiscopi Coloniensis archicancellarii cancellarius presentibus interfui et manu propria subscripsi.

seu modo aliquo attemptare. Quod si quis facere presumpserit, indignationem nostram et penam marcharum mille auri ipso facto se noverit incurrisse, cuius vero pene medietas nostre fischali camere applicetur et alia iniuriam passo seu passis. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre imperialis iussimus communiri.

Datum Rome, XXIX. die mensis Martii, indictione XI, anno Domini MCCCXXVIII, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

---

422. 423. IMPERATRICIS LITTERAE SUPER CORONATIONE IMPERIALI.

1328. Mart. 14. (Sine dato.)

Exemplaris A *abbati Egmondensi missi copia* (c.) *in solo cod. hist. 17 fol. 121 bibliothecae Hamburgensis publicae, de quo v. supra ad nr. 266; quo omnes redeunt editiones. Contulimus nos. — Ed. Pijnacker Hordijk loco supra citato p. 232.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 416 Reichssachen nr. 421 (Addit. III).

Exemplar B *ad comitissam Hollandiae datum in solo Chronico Iohannis de Beka (in edit. a. 1612. p. 101). Editionem* (ed.) *repetimus.*

422. *Litterae ad abbatem Egmondensem datae. 1328. Mart. 14.*

A.

Margareta Dei gracia Romanorum imperatrix semper augusta venerabili viro

423. *Litterae ad comitissam Hollandiae datae. (Sine dato.)*

B.

Margareta[a] Dei gratia Romanorum imperatrix semper augusta nobili matrone

420. a) Brisiocensis *c.* b) Marchardi *c.* c) Octenburgh *c.* d) Nerimberg *c.* e) Gligzembergh *c.*
423. a) Margrita *ed.*

abbati Egmondensi, suo et imperii fideli dilecto graciam suam et omne bonum.

Cum ad ipsius laudem et gloriam immensa sue divinitatis clementia Deus, qui est bonorum omnium conditor, dividens singulis prout vult[1] hiis diebus nos et statum nostrum grandevum ad culmen gratie singularis prerogative necnon honorem et nomen totius posteritatis et progeniei pariter et alti sanguinis nostri dignatus fuerit sublimare, quod auribus vestris devotis et fidelium nostrorum cordibus cupimus insonare, hinc est quod dilectionem vestram, de qua fidem gerimus specialem, scire Ian. 17. volumus, quod in Urbe XVII. die Ianuarii mensis videlicet Dominica qua cantatur 'Omnis terra' multis honoribus et dignitatibus, tripudiis, cerimoniis et ceteris quam plurimis fistulis[a] et ornatibus ad hoc spectantibus specialiter et consuetis in ecclesia beati Petri cesareo et imperiali dyademate fuimus magnifice coronate. De cuius sollempnitatis reverentia discretos et honestos viros Willelmum de Forges militem et magistrum Andream clericum nostros peculiares dilectos vobis duximus transmittendos obinde gaudium et letitiam reportantes.

Datum Rome, pridie[b] Idus Martii.

predilecte genetrici sue gratiam et omne bonum.

Cum ad ipsius laudem bonorum omnium conditor Deus dividens singulis prout vult[1] hiis diebus statum nostrum grandevum ad culmen gratie singularis prerogative dignatus fuerit[b] sublimare, vestris maternis affectibus devotissime declaramus, quod in urbe Romana die XVII. mensis Ianuarii multis dignitatibus, tripudiis, ceremoniis et quam plurimis ornatibus ad hoc debitis et consuetis in ecclesia beati Petri fuimus imperiali diademate coronate.

Datum Rome etc.

424—426. PROMISSIONES CIVITATUM LOMBARDIAE IMPERATORI PRAESTITAE.

1328. Mart. 15.—16.

Originalia in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Iam edidimus 'Neues Archiv' XXIII, 336—339 nr. 52—54. Editionem nostram hic repetimus.

424. *Promissio civitatis Papiensis.* *Mart. 15.*

Originale (or.) *l. c. Pendent tria sigilla filis canapis varii coloris. Sigilli primi adhuc leguntur verba:* [S.] Heinrici de Grunnenstein militis. — *Ed. l. c. XXIII, 336 nr. 52 ex* or.

Nos Henricus de Gronusten imperiali auctoritate civitatis et districtus Papie vicarius et potestas, Mussus de Becaria miles, . . sapientes, consilium et comune Papie pre-

422. a) festulis *c.* b) primo *c.*
423. b) fuit *ed.*

1) *1. Cor. 12, 11.*

sentibus profitemur et ad universorum noticiam volumus pervenire, nos promittere et promisisse serenissimo principi domino Ludovico Dei gratia Romanorum imperatori semper augusto et magistro Henrico[a] Hausnario eiusdem domini imperatoris notario pro ipso domino imperatore et ipsius nomine, quod si dominus Galeaz Vicecomes relassatus fuerit per dictum dominum imperatorem vel eius nomine, ordinamentis tractatuum habitorum pro ipso contravenerit et fidem dicto domino nostro imperatori non servaverit, nullum eidem domino Galeaz aut fratribus suis vel filio contra dictum dominum imperatorem vel civitatem Mediolani conferemus auxilium, consilium vel favorem, set dictum dominum nostrum imperatorem adiuvabimus contra eos et eisdem totis viribus nos opponemus. Et quod[b] suprascriptum est, voluntate nostra et consilii et comunis et ipsorum nomine et nostro et in[b] nostram et in ipsorum animam iuramus et iuravimus ad sancta Dei euangelia corporaliter tactis scripturis attendere et observare et contra non venire. Et ad maiorem fidem et certitudinem premissorum perpetuam predicta conscribi fecimus per infrascriptum nostrum canzellarium et nostri comunis et nostrorum comunis et Mussi sigillorum munimine roborari.

Anno current. MCCCXXVIII, indicione XI, die XV. Marcii, imperii dicti domini imperatoris nostri anno primo. In[c] palacio comunis Papie in consilio generali mille credendariorum comunis Papie ibidem collecto et congregato ad sonum campane et voces preconum comunis Papie more solito de mandato dicti domini potestatis sive domini Stefani de Porcellis eiusdem domini potestatis iudicis et vicarii, presentibus testibus dominis Henrico Georg(ii), Bellono de Curte, Iohanne Advocato, Ardizono de Petra et pluribus aliis[c].

(S. N.) Ego Lantelmus Muricula imperiali auctoritate notarius canzellarius comunis Papie predictorum voluntate et mandato predicta scripsi et[d] meo signo consueto signavi[d].

425. *Promissio civitatis Laudensis.* *Mart. 16.*

Originale (or.) *l. c. Sigilla quinque pendent filis canapis caerulei coloris. — Ed. l. c. XXIII, 337 nr. 53 ex* or.

Nos Iacobus Milles et Sozo de Vistarino generales domini, Manfredinus de Sturionibus et Folchinus de Schiciis iudices et rectores, consilium et comune civitatis Laude presenti pagina profitemur et ad universorum notitiam volumus pervenire, quod nos promisimus et promittimus serenissimo principi domino Lodoico Dei gratia Romanorum imperatori semper augusto et magistro Henrico Hausnario eiusdem domini imperatoris notario pro ipso domino imperatore ac ipsius nomine, quod si dominus Galeaz Vicecomes per ipsum dominum imperatorem vel eius nomine fuerit a carceribus liberatus, ordinamentis tractatuum habitorum pro liberatione premissa et contravenerit et fidem non servaverit domino imperatori predicto, nullum eidem domino Galeaz aut fratribus suis vel filio contra dictum dominum imperatorem vel civitatem Mediolani conferemus auxilium nec consilium nec favorem, sed dictum dominum nostrum imperatorem adiuvabimus contra illos et eisdem nos totis viribus opponemus. Et ut suprascriptum est, voluntate nostra et dictorum consilii et comunis et mandato ac nostrum et ipsorum omnium nomine et in nostri et ipsorum animas iuravimus et iuramus ad sancta Dei euangelia corporaliter tactis scripturis attendere et observare ac contra in aliquo non venire. Et ad maiorem fidem et certitudinem perpetuam premissorum predicta in hac carta conscribi fecimus per infrascriptum notarium et canzelarium nostrum et nostri generalium dominorum, iudicum et rectorum et comunis sigillis pendentibus comuniri.

424. a) Henrio *or.* b) *atramento fusciori post add. or.* c) In — aliis *atramento pallidiori ut videtur post add. or.* d) *atramento fusciori mutato ductu scripta or.*

Dat. in palatio Laudensi, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, indictione undecima, die Mercurii sextodecimo mensis Marcii, imperii dicti domini nostri anno primo.

(S. N.) Ego Robertus Villanus notarius[a] publicus et canzelarius predictorum generalium dominorum, iudicum et rectorum et comunis voluntate et mandato eorum predicta scripsi et me subscripsi cum meo consueto signo[b].

426. *Promissio civitatis Vercellensis.* *Mart. 16.*

Originale (or.) *l. c. Loris ex ipsa membrana exsectis primo pendent duo sigilla laesa, altero sigillum tertium parum laesum. — Ed. l. c. XXIII, 338 nr. 54 ex* or.

Nos Milanus de Becaria potestas, Ricardus de Ticionibus miles, sapientes et comune civitatis Vercellarum et conscilium eiusdem presentibus profitemur et ad universorum notitiam volumus pervenire, nos promisisse et promitere inclito principi domino Ludovico Dei gratia Romanorum imperatori semper augusto et magistro Henrico Hausnario eiusdem domini imperatoris notario pro ipso domino imperatore et ipsius nomine, quod si dominus Galeaz Vicecomes relaxatus fuerit per dictum dominum imperatorem vel eius nomine, ordinamentis contractuum habitorum pro ipso contraiverit et fidem dicto domino nostro imperatori non servaverit, nullum eidem domino Galeaz, fratribus vel filio contra dictum dominum nostrum imperatorem vel civitatem Mediolani conferemus auxilium, conscilium vel favorem, sed dictum dominum nostrum imperatorem adiuvabimus contra eos et eisdem totis viribus nos opponemus. Et ut scriptum est, voluntate nostra et dicti conscilii et comunis et mandato omnium ipsorum et nostrorum animam iuramus et iuravimus ad sancta Dei euangelia corporaliter tactis scripturis atendere et servare et contra non venire. Et ad maiorem[a] fidem et certitudinem premissorum perpetuam predicta conscribi fecimus et nostrorum Milani, Ricardi et comunis sigillorum munimine roborari.

Actum in palatio Vercellensi in generali conscilio ipsius civitatis, anno curr. MCCCXXVIII, ind. XI, die Mercurii XVI. Marcii, imperii domini nostri anno primo.

(S. N.) Ego Martinus Alzalendena Novariensis notarius has litteras iussu Francischi de Faxana notarii scripsi et me subscripsi.

(S. N.) Ego[b] Francischus de Faxana notarius et canzellarius comunis Vercellarum has litteras de mandato domini Milani de Becaria potestatis et . . sapientum dicte civitatis scribi feci et me subscripsi.

---

427. 428. IOHANNIS XXII. PAPAE PROCESSUS VARII.
1328. Mart. 31.

427. *Processus contra coronationem Ludewici imperialem et alia Romae gesta.* *Mart. 31.*

Copia (c.) *in cod. bibliothecae Dresdensis A 70 fol. 49', de quo v. supra ad nr. 273. Contulimus nos. Est rubrum:* Decernuntur irrita coronatio Bavari et alia circa ipsum et sequaces presumpta in Urbe.

425. a) notaius *or.* b) *corr. ex* signati *or.*

426. a) maioram *or.* b) *abhinc alia manus or.*

Quae conveniunt cum Processu supra nr. 275, ea typis minoribus excudenda curavimus. Böhmer, Reg. Ludw. p. 221 Päbste nr. 72.

[Iohannes episcopus servus servorum Dei.] Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum.

1. Dudum per facti evidentiam deducto in publicam notionem, quod* Ludovicus olim dux nr. 275 cap. 1. Bavarie ac in regem Romanorum in discordia tamen ut dicebatur electus quique suis exigentibus demeritis utroque videlicet ducatu et iure, si quod ei ex electione huiusmodi fuerat acquisitum, privatus extiterat iusticia exigente, adeo erat igne ambitionis succensus, quod vias non cessans querere, per quas de facto saltem, cum de iure nequiret, ad imperialis posset conscendere solium dignitatis, hereticos* aliosque rebelles sancte Dei ecclesie in partibus Italie constitutos illis diebus* in Tridento ad suum consilium convocavit, in quo predicti cum eodem L(udovico) convenientes in unum contra sanctam Dei ecclesiam, nos et fideles eiusdem in partibus Italie et precipue contra carissimum* filium nostrum R(obertum) regem Sicilie illustrem ac regnum predictum ad* Romanam ecclesiam iure directi dominii pertinens et quod* a nobis et *Romana ecclesia in feudum idem rex obtinuisse noscitur et pro eo noster et Romane ecclesie vassallus existit*, diversa iniisse consilia dicebatur illaque pactis et iuramentis illicitis firmavisse quodque ut conceptus suos iniquos huiusmodi in partum possent perducere promptius, iam in Lombardiam L(udovicum) predictum* deduxerunt rebelles et heretici supradicti, ut* mutuo se iuvantes rebelles ipsi sub umbra culminis per eundem L(udovicum) indebite usurpati possent in suis perseverare rebellionibus et heresibus libere ac devotos ecclesie de finibus illarum partium effugare dictusque L(udovicus) eorum fultus potentia nomen regium, quod indebite usurpaverat, retinere posset liberius ac imperiale nomen similiter* usurpare, nos tantis malis occurrere cupientes, cum ad eos tutus non pateret accessus, presente fidelium multitudine copiosa cap. 2. L(udovicum) ipsum ac hereticos et rebelles supradictos, quorum conversionem et salutem paterno more desideranter appetebamus, per* publicum edictum licet absentes commonere curavimus et in Domino exhortari, ut a tam periculoso devio pedes suos studerent retrahere ac in hac valle miserie sic ipsos in viam convertere veritatis et pacis, quod post huius vite transitum immarcessibilis coronam glorie feliciter assequi mererentur. Et ut tam L(udovici) quam aliorum predictorum perversis occurreremus conceptibus*, eundem L(udovicum) licet absentem per nostrum edictum publicum presente* fidelium multitudine copiosa monuimus, eidem nichilominus sub* anathematis et penis aliis a iure quocumque seu constitutionibus nostris inflictis seu comminatis hiis qui titulum regium vel imperiale falso temeritate propria ausi sunt usurpare aut se administrationi imperii immiscere, que ipso vacante sicut et nunc vacat ad Ro(manam) ecclesiam noscitur pertinere, ipsam ecclesiam in eadem administratione ausu temerario perturbando vel etiam quantum in eis est spoliando, aut hiis qui hereticis et ecclesie Romane rebellibus presumunt contra ecclesiam impendere consilium, auxilium vel favorem, quasque infligunt iura hiis qui guerram movere presumunt indebite pacemque gratam cunctis mortalibus perturbare, quasque imponunt pro maleficiis que consueverunt subsequi ex predictis, quas omnes et singulas preter mortis et mutilationis membrorum supplicium ipsum, si dicte* monitioni presumeret temere non parere, ipso facto voluimus incurrisse[a], districtius iniungentes, ut infra duorum mensium spatium a data litterarum nostrarum numerandorum nomen deponeret regium seque regem Roman(orum) non intitularet ulterius* nec per alios faceret quantum in eo esset tali intitulari titulo vel etiam nominari sigillumque curaret abicere ubi talis conscriptus esset titulus, nequaquam ipsum ulterius nec simile resumpturus nec administrationi regni seu imperii aut iurium eorumdem se ullo modo immiscere presumeret, privilegia, immunitates, feuda, bona seu iura quecumque ad eadem regnum seu imperium* pertinentia concedendo nec tanquam rex Roman(orum) vel imperator quicquam temptaret agere, cum ius hoc sibi non competeret faciendi, dominium quoque vel subiectionem* in quascumque personas singulares vel terras ipsarum vel potesta-

427. a) eidem *add. etiam hic c.*

riam seu quamcumque rectoriam sive officium, quocumque nomine censeantur, in civitate aliqua vel quovis loco alio, maxime in urbe Romana seu in ipso regno Sicilie* assumere* attemptaret, eidem* nichilominus iniungentes, ne contra ecclesiam sotietatem seu confederationem* aliquam contraheret nec observaret qualitercumque contractam necnon ut infra duorum mensium spatium numerandum a data litterarum nostrarum de tota exiret Italia nequaquam ulterius, quousque ad obedientiam et gratiam Romane rediisset ecclesie, reversurus quodque sub titulo regio vel imperiali non presumeret aliquem vel aliquos ad partes aliquas presertim Italie destinare.

cap. 3. 2. Universis quoque patriarchis, archiepiscopis, episcopis et aliis personis ecclesiasticis quibuscumque sub virtute obedientie et penis suspensionis ab officio et beneficio, quas ipsos incurrere voluimus ipso facto, nisi infrascripte monitioni nostre efficaciter obedire studerent, necnon omnibus et singulis civitatibus, communitatibus et universitatibus ac personis aliis singularibus quibuscumque, cuiuscumque conditionis aut status existerent, etiamsi imperiali seu regali vel alia quacumque dignitate* fulgerent, et specialiter hereticis et rebellibus supradictis in virtute sancte obedientie et sub penis excommunicationis in personas et interdicti in terras eorum, quas ipsos incurrere voluimus ipso facto, si nostris renuerent obedire monitionibus et mandatis, necnon privationis privilegiorum quorumcumque apostolicorum et imperialium ac feudorum, que ab ecclesia vel imperio obtinebant, expresse duximus inhibendum, ne L(udovico) ipsi in premissis parerent, faverent vel intenderent, eidem circa regni seu imperii regimen vel administrationem eorum contingentia favendo vel etiam assistendo, privilegia, immunitates, feuda vel iura quecumque in eisdem regno vel imperio ab eodem recipiendo, dominium vel subiectionem aliquam tanquam regi seu in regem Romanorum electo vel imperatori recognoscendo vel impendendo, terras, potestarias, rectorias seu alia officia, quocumque censeantur nomine, in civitate aliqua vel quovis loco alio, maxime in urbe Romana seu in regno Sicilie vel terris aliis Romane ecclesie subditis aut alicuius partis Italie supradictis, ab ipso vel sub eius nomine recipiendo vel etiam exercendo, societatem quoque seu confederationem aliquam cum eo contra ecclesiam nequaquam contraherent nec contractam per eum seu cum eo foverent vel observarent nec consentirent etiam contrahende nec retinendo ipsum seu fovendo quomodocumque vel qualitercumque in Italia eidem faverent, assisterent aut prestarent auxilium cum armis vel sine armis, consilium vel favorem publice vel occulte, a quibus quidem excommunicationis et interdicti sententiis nullus nisi dumtaxat Romanus pontifex preterquam in mortis articulo pretextu cuiusvis auctoritatis seu privilegii generaliter vel specialiter sub quavis forma verborum concessi eis valeret absolvere vel etiam liberare. Quod si forte aliquem vel aliquos de predictis in dicto mortis articulo absolvi contingeret, nisi sanitate recepta sedi apostolice quam primum commode possent se presentare curarent satisfacturi de premissis iuxta mandatum Romani pontificis, in predictam relaberentur excommunicationis sententiam ipso facto. Aperte nichilominus predicentes, quod contra prelatos et personas alias ecclesiasticas supradictas ad depositionem, privationem et inhabilitationem prelationum, dignitatum, officiorum et beneficiorum suorum ecclesiasticorum quorumcumque, contra civitates vero, communitates, universitates, collegia, castra, loca seu villas et personas singulares quascumque, cuiuscumque preminentie, dignitatis, status vel conditionis existerent, etiamsi imperiali, regali vel alia dignitate quacumque* fulgerent, que contra inhibitionem, monitionem et mandata nostra huiusmodi directe vel indirecte, publice vel occulte presumerent temere aliquid attemptare, ad privationem privilegiorum apostolicorum et imperialium ac feudorum, que a Romana vel aliis ecclesiis seu imperio quomodolibet obtinerent, et al(ias) procedere coniunctim vel divisim intendebamus absque citatione alia, prout facti exigeret qualitas, sicut et quando expediens videremus. Non obstante si predictis aut L(udovico) prefato seu quibusvis aliis per litteras apostolicas foret sub quacumque forma verborum vel expressione concessum vel concederetur imposterum, quod excommunicari, suspendi vel eorum terre seu loca interdici non possent per litteras sedis eiusdem non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et quibusvis aliis privilegiis, constitutionibus seu indultis, que contra processum nostrum huiusmodi eis vel eorum alicui noluimus suffragari, set ipsa quoad hec viribus voluimus penitus vacuari.

3. Ceterum colligationes, confederationes, pactiones, sotietates ac ligas contra premissa vel cap. 4. premissorum aliquod factas vel initas inter quoscumque sub quacumque forma vel expressione verborum, etiamsi penarum adiectione, iuramentorum prestatione vel quacumque firmitate vallate fuissent, utpote in divine maiestatis offensam ac contra iura et honorem sancte Romane ecclesie ac in dampnum et preiudicium reipublice et periculum animarum presumptas decrevimus nullas, cassas, irritas et inanes ac nullius existere firmitatis et eas, quatenus de facto processerant, revocavimus, cassavimus, irritavimus, dissolvimus et omnino viribus duximus vacuandas, iuramenta quoque super hoc prestita de apostolice potestatis plenitudine relaxavimus. Omnes et singulos, qui confederationes, pactiones et sotietates huiusmodi cum dicto L(udovico) contra processus huiusmodi post dictum terminum presumerent observare, predictas excommunicationis et alias penas et sententias incurrere voluimus ipso facto.

4. Et ut processus noster predictus ad eiusdem L(udovici) et aliorum predictorum ceterorumque cap. 5. quorum intererat vel interesse poterat communem noticiam deveniret, cartas sive membranas processum continentes eundem in portis Avinion(ensis) ecclesie appendi vel affigi fecimus, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicarent, ut predictus L(udovicus) et alii quos processus ipse tangebat nullam possent excusationem pretendere, quod ad eos non pervenisset vel quod ignorassent eumdem, cum non esset verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod publicabatur omnibus tam patenter. Voluimus autem et auctoritate apostolica decrevimus, quod dictus processus prefatum L(udovicum) et alios supradictos apprehenderet et artaret, acsi eisdem personaliter publicatus et insinuatus solenniter extitisset, constitutione quacumque per predecessores nostros Romanos pontifices in contrarium edita non obstante, cum ad eiusdem L(udovici) presentiam pro eodem processu publicando et insinuando securus non pateret accessus nec posset commode singulorum quos tangebat auribus inculcari.

5. Sane quia Ludovicus predictus, quod dolentes referimus, timore divino ac humano pudore prorsus abiectis tanquam in profundum devenerit peccatorum, irritare Regem regum et dominum dominantium non formidans, nostris spretis salutaribus monitis ac penis in contemptum deductis, conceptus suos perversos prosequens Mediolanumque veniens hereticorum ac fautorum ipsorum caterva vallatus in eadem civitate de hereticorum manibus indignus et inhabilis ab indignis coronam assumere ferream, quam veri electi in reges Roman(orum) et admissi per sedem apostolicam consueverunt recipere, non expavit ac exinde versus civitatem Pisanam infelices gressus suos dirigens et eam ingrediens ac in ea per plures dies moram trahens cives eiusdem ac ecclesias et personas ecclesiasticas multipliciter aggravavit et immaniter aggravare non cessat et exinde ad civitatem Lucanam accedens Castrutium de Interminellis virum utique diversarum excommunicationum sententiis innodatum, qui civitatem ipsam detinebat tyrannice occupatam, ac de fautoria hereticorum per suos competentes iudices condempnatum, ducem Lucanum de facto, cum nec ius faciendi sibi competeret nec ipse Castrutius esset capax huiusmodi dignitatis nec alterius, publice ordinavit[1], qui quidem Castrutius Lucanum se ducem nominans terras Lucanas ut dux administrare cepit indebite et iniuste, ac etiam inde Pisas rediens et versus Urbem dirigens gressus suos in eadem a certis civibus dicte Urbis deputatis ut fertur a populo coronam imperialem de facto recipere, cum ad illam non esset ydoneus nec ipsi populo, etiamsi verus in re(gem) Ro(manorum) electus per sedem apostolicam approbatus existeret, ius ipsam competeret conferendi, inunctionem quoque, immo verius execrationem a quodam scismatico recipere non expavit. Dominium insuper, senatum seu regimen civitatis eiusdem eidem L(udovico) tanquam regi seu imperatori usque ad annum donavit et concessit seu ad illud eundem L(udovicum) assumpsit populus antedictus ipseque L(udovicus) assumptioni seu concessioni consentiens antedicte, ipsum per se vel alium exercuit vel exercere presumit, non

1) *Cf. supra nr. 362 et 401.*

attendens quod fe(licis) re(cordationis) Nicolaus papa III. predecessor noster per constitutionem suam que incipit 'Fundamenta'[1] districtius interdixit, quod nullus imperator vel rex Roman(orum) aut alius imperator vel rex, princeps, marchio, dux vel comes in senatorem, capitaneum, patricium aut rectorem vel ad eiusdem Urbis regimen seu officium nominetur, eligatur seu etiam al(ias) assumatur absque licentia sedis apostolice speciali per ipsius speciales litteras concessionem huiusmodi exprimentes, decernens nominationem, electionem et assumptionem in contrarium attemptatas nullas esse ac ipsas carere omni robore firmitatis et non solum nominatores, electores et assumptores, verum etiam nominatos electos [et assumptos], si huiusmodi nominationi, electioni seu assumptioni consentirent aut se de ipsis intromittere quomodolibet attemptarent, intendentes quoque et obedientes eisdem et in hoc dantes ipsis nominatoribus, electoribus, assumptoribus ac nominatis, electis vel assumptis auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, cuiuscumque dignitatis, preminentie, conditionis aut status existerent, sententiam excommunicationis incurrerent eo ipso, a qua preterquam in mortis articulo absolvi non possent nisi per summum pontificem vel ipsius petita et obtenta licentia speciali, ac nichilominus ipsos nominatos, electos seu assumptos, si contra constitutionem predictam huiusmodi nominationi, electioni vel assumptioni consentire presumerent aut se illis ingererent quoquo modo, eorumque posteros imperpetuum omnibus feudis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus et gratiis, que a predicta seu aliis tenerent ecclesiis, censuit esse privatos, ita quod illi, ad quos eorum collatio, concessio seu dispositio pertineret, resumendi ea, retinendi, concedendi seu conferendi aliis aut de ipsis disponendi, prout pertineret ad eos, haberent liberam facultatem. Et insuper idem predecessor noster mandata, precepta, ordinationes et statuta quelibet que fecissent omnes quoque sententias quas tulissent et quicquid penitus in contractibus et obligationibus seu quibuscumque aliis Urbis nomine vel tanquam senatores, capitanei, patricii aut rectores vel officiales ipsius egissent, irrita prorsus et vacua nuntiavit. Decrevit insuper predecessor prefatus iudices et tabelliones, qui super premissis aut eorum aliquibus contra dicti constitutionis edictum patrocinari vel instrumenta conficere forte presumerent, iudicatus et tabellionatus officiis esse privatos.

6. Ne igitur de tanta pertinatia et contemptu Ludovicus predictus valeat gloriari nec tam nefandorum factorum perversitas transeat presumptoribus in exemplum, cum premissa sint adeo notoria, quod nulla possunt tergiversatione celari, nos de fratrum nostrorum consilio declaramus ipsum predictam anathematis et penas alias incurrisse contentas in nostris processibus et constitutione predictis. Et nichilominus quicquid circa ipsum L(udovicum) per inunctionem seu potius exsecrationem et coronationes, quas in Mediolano et in Urbe predictis de facto recipere seu verius usurpare presumpsit, quas constat utique nullas esse velut ab illo receptas, qui prorsus indignus erat et inhabilis, et ab illis collatas, quibus nequaquam ius impendendi talia competebat, cassas, nullas et irritas declaramus ac ipsas in quantum de facto processerunt cassamus et irritamus ac viribus penitus vacuamus. Ac insuper quelibet mandata, precepta, ordinationes et statuta ab ipso sub ducali vel comitali, postquam illis privatus extitit, necnon regali, imperiali seu senatoris vel rectoris dicte Urbis titulo data sive facta omnesque sententias et confirmationes, innovationes seu approbationes necnon et revocationes privilegiorum seu cassationes eorum ab ipso ante coronationem et inunctionem seu execrationem predictas vel post in Urbe predicta vel alibi ubicumque contra quascumque communitates seu universitates ac personas quascumque ecclesiasticas vel mundanas, cuiuscumque status vel conditionis existerent, etiamsi regali dignitate pollerent, et specialiter contra predictum regem Sicilie, regnum seu terras eiusdem per se vel alium promulgatas seu factas et

1) *c. 17 in VI. de elect. (I, 6).*

quicquid penitus in contractibus et obligationibus, donationibus, privilegiorum concessionibus vel al(ias) qualitercumque tanquam dux, comes, rex vel imperator seu Urbis senator, dominus, rector vel administrator ubicumque egerit vel ipsum contingeret agere in futurum, exnunc vacua, cassa, nulla et irrita nuntiamus illaque nichilominus quatenus de facto processerunt cassamus et irritamus ac viribus vacuamus. Et specialiter ordinationem dicti Castrutii in ducem Lucanum cassam, nullam et irritam declaramus ac ipsam quatenus de facto processit cassamus, irritamus et prorsus viribus vacuamus.

7. Et quia idem Castrutius dux factus de facto ut predicitur senatoris in Urbe recepit dignitatem seu offitium ac comitis palatini[1] ipsaque exercuit publice ac notorie contra constitutionem predecessoris nostri predicti, declaramus iuxta eiusdem constitutionis tenorem electionem, nominationem seu assumptionem eiusdem ad dictum senatoris officium et comitatus predicti nullas esse ipsasque carere omni robore firmitatis et quatenus processere de facto cassas, nullas et irritas nuntiamus ac eundem Castrutium in excommunicationis sententiam declaramus et tam ipsum quam eius posteros in alias penas contentas in constitutione predicta iuxta tenorem ipsius et continentiam incidisse. Ac insuper quelibet mandata, precepta, ordinationes et statuta ab eodem Castrutio dicta sive facta omnesque sententias ab eodem senatorio nomine, ducali vel comitali seu quovis alio in Urbe predicta vel alibi ubicumque contra quascumque communitates vel universitates ac personas quascumque ecclesiasticas vel mundanas per se vel alium promulgatas et quevis alia que tanquam dux, comes vel senator egerit vel contingeret eum agere in futurum, exnunc vacua, cassa, nulla et irrita nuntiamus illaque nichilominus quatenus processere de facto cassamus, irritamus et omnino viribus vacuamus.

8. Quamquam enim dictus L(udovicus) nec dux nec comes nec rex nec imperator nec prefatus Castrutius dux nec comes existant, quia tamen se gerunt pro talibus eisque predicta in Urbe sicut premittitur ut talibus sunt concessa et ipsi eadem receperunt ut tales, non minus quam si tales existerent, debent tam ipsi quam concedentes penas incurrere supradictas.

9. Rursus quia nonnulli episcopi coronationi et execrationi dicti L(udovici) causa honorandi eundem ei assistendo et favendo interfuisse dicuntur, de eorumdem fratrum consilio declaramus eos in excommunicationis et suspensionis ab officio et beneficio penas et sententias incidisse ipsosque excommunicatos et suspensos ab officio et beneficio nuntiamus ac eos ab omni episcopali dignitate et sacerdotali offitio suisque episcopatibus et dignitatibus de eorundem fratrum consilio deponimus et privamus et reddimus nichilominus ad quascumque dignitates seu benefitia ecclesiastica obtinenda inhabiles et indignos[2]. Alios autem prelatos et personas ecclesiasticas, qui contra inhibitiones et mandata predicta eidem L(udovico) adheserunt, astiterunt vel faverunt, excommunicationis et suspensionis ab officio et beneficio penas et sententias per processus nostros talibus inflictas incurrisse declaramus ipsosque excommunicatos et suspensos propterea nuntiamus ad privationis, depositionis et inhabilitationis ac alias penas et sententias absque citatione vel monitione alia processuri, prout eorum inobedientia exigeret et viderimus expedire.

10. Universis quoque patriarchis, archiepiscopis et episcopis aliisque personis ecclesiasticis quibuscumque in virtute obedientie ac excommunicationis et suspensionis ab officio et beneficio, quas non parendo ipso facto incurrant, necnon privationis, depositionis, inhabilitationis prelationum, dignitatum, officiorum et beneficiorum ecclesiasticorum penis et sententiis et insuper omnibus et singulis civitatibus, terris et locis ac universitatibus, communitatibus et personis aliis quibuscumque, cuiuscumque conditionis aut status existant, etiamsi imperiali, regali vel alia quacumque premineant dignitate, sub excom-

1) *Cf. supra nr. 415.* 2) *Cf. infra pag. 335 not. 1.*

municationis in personas singulares et interdicti in civitates, terras, loca eorumque communitates et universitates, quas nisi mandatis et monitionibus nostris paruerint, eos incurrere volumus ipso facto, necnon privationis privilegiorum quorumcumque apostolicorum et imperialium ac feudorum et bonorum, que ab eadem Romana vel quibusvis aliis ecclesiis vel imperio obtinent, penis et sententiis mandamus et inhibemus expresse, ne predicto Ludovico tanquam duci vel comiti, regi seu imperatori nec eidem Castrutio tamquam duci, comiti vel senatori pareant, obediant vel intendant nec eidem L(udovico) tanquam duci, comiti, regi seu imperatori recognoscendo vel recipiendo terras, potestarias, rectorias seu alia officia, quocumque nomine censeantur, in civitate vel loco aliquo adhereant quoquo modo nec aliquam sotietatem, ligam vel confederationem cum ipso contra ecclesiam contrahant vel contractam observent nec consentiant etiam contrahende nec eidem faveant, assistant seu prestent cum armis vel sine armis auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte. A quibus quidem penis et sententiis per alium quam per Romanum pontificem nullum posse volumus nisi dumtaxat in mortis articulo liberari. Eisdem et eorum singulis apertius nichilominus predicentes, quod ad inflictionem, publicationem, executionem et aggravationem dictarum penarum coniunctim vel divisim, prout delinquentium excessuum enormitas exegerit et expedire videbimus, absque citatione vel monitione alia, si et quando et quotiens oportunum cognoverimus, procedemus. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, constitutionibus seu indultis, que contra processum nostrum huiusmodi nulli suffragari volumus, set ea quoad hec potius viribus vacuamus.

11. Colligationes autem, pactiones, sotietates et ligas contra premissa vel premissorum aliqua factas vel initas inter quoscumque sub quacumque forma vel expressione verborum, etiamsi penarum adiectione, iuramentorum prestatione vel quacumque alia fuerint firmitate vallate, utpote in divine maiestatis offensam et contra honorem sancte matris ecclesie ac in dampnum et preiudicium reipublice animarumque periculum presumptas cassas, nullas, irritas ac inanes nulliusque firmitatis existere declaramus, ipsas quatenus processerunt de facto et iuramenta super hoc prestita nichilominus relaxantes, dissolventes et penitus viribus vacuantes. Ceterum presentem processum ad Romanum populum extendi non intendimus, cum quoad ipsos duxerimus alium specialiter ordinandum[1].

12. Et ut presens processus noster ad predictorum L(udovici), Castrutii et aliorum quos tangit seu quorum interest vel interesse poterit in futurum, communem noticiam deducatur, cartas sive membranas processum continentes eundem in Avinion(ensis) ecclesie hostiis faciemus appendi, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, ut prefati L(udovicus), Castrutius et alii, quos processus ipse contingit nullam possint excusationem pretendere, quod ad eos non pervenerit vel quod ignorarint eundem, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Volentes nichilominus et auctoritate apostolica decernentes, quod dictus processus eosdem L(udovicum) et Castrutium ac alios supradictos apprehendat et artet, acsi eisdem personaliter publicatus et insinuatus solenniter extitisset, quacumque constitutione per predecessores nostros Ro(manos) pon(tifices) in contrarium edita non obstante, cum ad eorundem presentiam pro eodem processu publicando et insinuando securus accessus non pateat nec posset commode singulorum auribus quos tangere dinoscitur inculcari.

Dat. Avinion(e), II. Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno duodecimo.

1) *Infra nr. 428.*

428. *Processus contra Romanos.* *Mart. 31.*

Copia (c.) *ibidem fol. 54. Contulimus nos. Est rubrum:* Processus contra Romanos, quod expellant Bavarum et sequaces ab Urbe[1].

Quae in capitibus abbreviatis typis minoribus excussa sunt, item ex Processu supra nr. 275 sumpta sunt.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 221 Päbste nr. 71.

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

1. Quamquam nobis molestum merito sit et grave aliqua proponere publice, per que Romanus populus, peculiares ecclesie Romane filii, pandantur in suam gloriam maculam posuisse, ad hoc tamen cogimur, tum quia ipsorum caremus presentia, tum quia taciturnitas talium tam nobis quam ipsis esset periculum allatura. Sane dudum ad publicam notionem processus diversos et sententias contra Ludovicum olim ducem Bavarie et in discordia, sicut ferebatur, in regem Roman(orum) electum, [tam] in curia ipsos publicando fidelium presente multitudine copiosa quam cartas seu membranas processus ipsos et sententias continentes ecclesie Avinion(ensis) affigi hostiis faciendo, ipsos quoque quasi ad omnes archiepiscopos et eorum suffraganeos transmittendo duximus deducendos, per quos utique clare patet nos in ipsum L(udovicum) primo excommunicationis sententiam eius variis et enormibus excessibus et contumatia exigentibus protulisse, subsequenter autem contumatia eius aucta multiplicatisque excessibus variis ipsum a iure, si quod sibi ex electione predicta quesitum fuerat, privavisse. Et cum contumatius agere ac excessus superaddere non cessaret, ipsum privare curavimus ducatu predicto Bavarie et omnibus privilegiis tam apostolicis quam imperialibus et feudis, que a Romana seu aliis ecclesiis obtinebat[2]. Et quia nec sic ad viam rediit veritatis, set potius perversis intendens dogmatibus viros hereticos et erroneos ad suum admittens consortium se ostendat hereticum manifeste citatusque ut super hiis veniret auditurus sententiam et facturus quod iusticia suaderet, cum illa adeo essent notoria, quod non poterant tergiversatione aliqua occultari, ipse tamen male sibi conscius comparere contempsit, propter quod cum nec postea compareret diutius expectatus nec alius pro eodem, eundem hereticum declaravimus ipsum velut hereticum reprobantes et sententialiter condempnantes, prout premissa in nostris processibus seriosius continentur[3].

2. Deducto quoque dudum per facti evidentiam — presertim Italie destinare. (*= supra* nr. 275 cap. 1. 2.
nr. 427 cap. 1).

3. Universis quoque patriarchis — voluimus penitus vacuari. (*= ibid. cap. 2).* cap. 3.

4. Ceterum colligationes, confederationes — voluimus ipso facto. (*= ibid. cap. 3).* cap. 4.

5. Et ut processus noster — tangebat auribus inculcari. (*= ibid. cap. 4)* cap. 5.

6. Licet autem processus predicti in Urbe fuerint publicati, tamen populus antedictus prefatum L(udovicum) hostem Dei et ecclesie persecutorem infestum, demoliri vineam Domini Sabbaoth satagentem, stipatum viris apostatis et hereticis ac nonnullis de fautoria et aliquibus de heresi condempnatis, de mense Ianuarii proxime preterito Ian.
in eadem Urbe recipere ipsiusque capiti coronam imperialem per cunctos concives suos imponi facere, licet hoc, etiamsi verus in regem Roman(orum) electus et per sedem apostolicam admissus et approbatus etiam existeret, ad ipsorum nequaquam pertineret offitium, presumpserunt. Nec hiis contenti, set cumulantes potius mala malis contra constitutionem fe(licis) re(cordationis) Nicolai pape III. predecessoris nostri in Urbis eiusdem favorem provide promulgatam que incipit 'Fundamenta'[4] eidem L(udovico)

1) *Processum eodem die contra Iacobum episcopum Castellanum datum notat Böhmer, Reg. Ludw. p. 221 Päbste nr. 70; cf. supra pag. 309 not. 1.* 2) *Supra nr. 273.* 3) *nr. 274.* 4) *c. 17 in VI. de elect. (I, 6).*

dicte Urbis annale dominium, senatum vel regimen, sicut facti evidentia premissa notoriat, concesserunt, non attendentes quod concessionem huiusmodi ac predictorum assumptionem idem predecessor nullam decrevit existere ac omni robore firmitatis carere quodque assumptores et assumptus consentiens assumptioni huiusmodi necnon intendentes et obedientes eidem et in hoc dantes ipsis assumptoribus seu assumpto auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, cuiuscumque dignitatis vel preminentie, conditionis vel status existerent, excommunicationis sententiam incurrerent eo ipso. Et insuper predicti populus Marcilium de Padua et Iohannem de Ianduno viros utique pestiferos, reprobatos et de heresi sententialiter et publice condempnatos, doctrinas hereticales, reprobatas et condempnatas dogmatizantes, publice predicantes in Urbe receperunt predicta, hereticorum predictorum predicationes et dogmatizationes nepharias audiendo eisque parendo in suarum animarum periculum [eisque dando auxilium,] consilium et favorem. Et quamvis excessuum predictorum gravitas et enormitas suaderent, ut ad tantarum temeritatum audatiam corrigendam ad executionem penarum in constitutione predicta nostrisque processibus et iuribus aliis pro premissis inflictarum rigide procedere deberemus, paterna tamen pietas, que consilium capi pro filiis postulat, ut adhuc eorundem populi correctio debeat prestolari, cum ipsorum magna pars perversis fuisse super predictis seducta consiliis asseratur et magna pars cleri et nobilium nec consenserint, sicut audivimus, nec consentiant perversis ac reprobis actibus supradictis, prefatum itaque populum et singulares personas ipsius presente hac fidelium multitudine copiosa exhortamur in Domino et monemus eisdem nichilominus sub excommunicationis in personas singulares et in ipsum populum interdicti penis et sententiis, quas non obstantibus privilegiis quibusvis eisdem sub quacumque forma verborum indultis ipsos et eorum singulos, qui nostris mandatis huiusmodi quomodolibet inobedientes extiterint, incurrere volumus ipso facto, districtius iniungentes, ut considerantes attente predecessorum suorum in fide ac devotione ecclesie constantiam quantumque premissa derogent fame sue et suam obfuscent gloriam necnon quantis se periculis exposuerint per premissa quantumque divinam offenderent maiestatem, de tantis excessibus resipiscant ac dimisso devio, quod
Iul. 1. ducit ad mortem[1], infra Kal. Iulii proxime futuri ad devotionem redire ecclesie non omittant. Eosdem insuper exhortantes et monentes, quatinus prefatum L(udovicum) excommunicatum et de heresi ut predicitur condempnatum tanquam Dei hostem, ecclesie Romane rebellem et abhominandum desolationis dolum abhorrendo eiusque semitas, que sequaces earum ducunt in precipitium, summopere declinando ab eadem Urbe ipsiusque districtu quantum in eis erit expellere et eicere studeant nec eidem tanquam duci, regi vel imperatori, senatori, rectori seu domino pareant, obediant, faveant vel intendant in Urbe vel extra quavis occasione vel causa, quin potius subtracto sibi quovis commercio, subsidio et auxilio, exinde viriliter eliminare procurent, eidem imposterum, quam diu extra communionem fidelium et gratiam Romane ecclesie fuerit, sicut nunc existere dinoscitur, nullatenus adhesuri. Non obstantibus quibuscumque conventionibus, colligationibus, sotietatibus vel pactionibus factis cum ipso forsitan vel initis, etiamsi penis, obligationibus, iuramentis aut quibusvis aliis firmitatibus existerent roborate, quas velut contra bonum pacis et in detrimentum reipublice divineque maiestatis offensam ac nostris processibus, monitionibus salubribus et mandatis obvias, presumptas temerariis ausibus et initas cassas, nullas et irritas nuntiamus easque cassamus et irritamus, sicut processerunt de facto, nichilominus ad cautelam penas adiectas et iuramenta super hoc prestita, cum ea vinculum iniquitatis esse non debeant, etiam relaxantes.

7. Per hunc autem processum nostris aliis contra dictum L(udovicum) eiusque complices et fautores processibus diversis temporibus habitis preiudicare non intendimus

1) *Prov. 12, 28.*

nec volumus in aliquo, set eos potius et eorum singulos volumus in suo robore perdurare. Nec nostre intentionis existit, quod propter aliqua in presenti processu contenta divina celebrari durante interdicto ecclesiastico in Urbe iam dicta [vel] aliqui de Urbe ipsa participare cum eodem L(udovico) et aliis excommunicatis valeant licite, nisi prout et quantum permittunt canonice sanctiones.

8. Et ut processus noster huiusmodi ad eorumdem populi et aliorum quorum interest vel interesse potest communem notitiam deducatur, cartas sive membranas processum continentes eundem in ecclesie Avinion(ensis) appendi vel affigi hostiis faciemus, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, ut ipsi et alii quos processus ipse contingit nullam possint excusationem pretendere, quod ad eos non pervenerit vel quod ignoraverint eundem, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Volentes insuper et auctoritate apostolica decernentes, quod dictus processus ipsos et alios quos contingit adeo apprehendat et artet, acsi eisdem publicatus personaliter et insinuatus solenniter extitisset, constitutione quacumque predecessorum nostrorum Romanorum pontificum in contrarium edita non obstante, cum pro ipso publicando et insinuando ad eos tutus accessus non pateat nec posset commode singulorum auribus inculcari.

Datum Avinion(e), II. Kal. Aprilis, anno duodecimo.

---

429. 430. LITTERAE CIVITATIS FLORENTINAE ET ROBERTI REGIS SICILIAE.

1328. Apr. 4.—16.

429. *Litterae civitatis Florentinae pontifici et Roberto regi missae.* *Apr. 4.*

Copia (c.) *in Copiario 'Reg. litt. I' signato fol. 23' tabularii regii Florentini, ubi rubrum:* Ad dominum papam. — *Dedit Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 64 nr. 107 ex* c. *Editionem repetimus.*

Domino pape.

Sentimus vere, quod Petrus Sacconus Ubaldini aliique omnes Gibellini Ytalici, qui ad Bavarum accesserant, repetierunt noviter partes suas et quod Castruccius magnos fecit et facit armatorum et aliorum oportunorum in actibus bellicis apparatus et quod ex Pisanis in numero XL et ultra, de quorum scientia et potentia poterat dubitari, eiecit de civitate Pisarum et quod et ipse Castruccius et omnes alii Gibellini prefati Bavarum expectantes contra nos insurgere undique firmaverunt. Et hoc ostenditur per inditia manifesta, que nobis digne et cogitationis et timoris causam inmiserunt considerata eorum potentia aliisque attendendis attentis. Non enim esset nobis nedum resistentie, sed ipsius nostre defensionis potentia sine vestro potenti exfortio et succursu. Perceperamus siquidem letatique fueramus gaudio magno[a] per ea, que nobis a fidedignis relata fuerunt, quod quando sanctitas vestra percepit urbem Romam occupatam per illum Bavarum ostinatum, previderat et dixerat huc maximum exfortium gentis armigere destinare. De qua tamen previsione nil, de quo non modicum stupefacti sumus, hucusque successisse sentimus. Quapropter sanctitati vestre affectuosissime supplicamus, quatenus attento precipue, quod in premissis causam Altissimi ac fidei ortodoxe vestreque sanctitatis hucusque egimus et inpresentiarum agimus paratique sumus pro posse agere

429. a) quod *add. c.*

indefesse quodque in tam arduo negotio irreparabile foret mora periculum allatura, dignetur in premissis sic nobis ante tempus de celeri et oportuno remedio providere, quod frustra post tempus vulnerata causa remedium non queratur. Dignetur ergo sanctitas ipsa mandare suo legato Lombardie, quod suum gentis armigere magnum exfortium ad nos dirigat sine mora, vestraque sanctitas etiam ipsum exfortium per novorum armigerorum militum missionem augmentare dignetur, si defensionem suorum fidelium confusionemque Bavari tam perfidi hostis sui suorumque complicum in brevi desiderat evenire. Et dum presentes scribi faceremus, scivimus quod Bavarus predictus scripsit communi
Apr. 3. Amelie, quod incontinenti se parent, cum post Pasca intendat partes eorum et circumpositas visitare[1].

Data Florentie, die IIII. Aprilis, XI. ind.

De dicta materia scriptum est domino regi et in conclusione dictum, quod provideat efficaciter et celeriter in premissis et ita ante tempus disponat, quod in tempore, quo ipse Bavarus veniret vel gentes mitteret versus huc, suum primogenitum destinet cum tali et tanto exfortio, quod non solum nos defendere, sed hostes offendere valeamus.

430. *Litterae regis Roberti ad quosdam capellanos papae.* *Apr. 16.*

Copia (c.) *in Registris Andegavensibus tabularii regii Neapolitani tom. 271 fol. 108'. — Dedit Ficker l. c. p. 66 nr. 109 ex* c. *Editionem repetimus.*

Cf. l. c. p. 65 sqq. nr. 108. 110. 111.

Robertus etc. nobili Iacobo de Columpna domini pape capellano, consiliario et familiari suo gratiam suam et dilectionem sinceram.

Ad tuam pervenisse notitiam fama vulgante iam credimus, quod sanctissimus in Christo pater et clementissimus dominus noster summus pontifex ad conculcandam superbiam hostis publici heretici Bavari adversus eum de novo procedens ipsum de heresi finaliter condempnavit et contra eum ac receptatores sequaces atque fauctores et sibi obedientes cruciatam generose concessit[2] et divulgacionem illius venerabili patri patri Ingerranno archiepiscopo Capuano consiliario, familiari et fideli nostro domestico et eius suffraganeis per apostolicas litteras certi tenoris, quarum transsumptum ecce tibi sub maiestatis nostre sigillo certorumque prelatorum in curia nostra presencium mittimus, duxit presentialiter concedendam, per ipsum archiepiscopum postmodum in maiori Capuana ecclesia solenniter publicatam. In qua quidem publicatione et solennizatione illius factis per archiepiscopum memoratum Carolus dux Calabrie primogenitus noster carissimus atque vicarius necnon Montis Caveosi et Squillacii comites aliique plures barones et nobiles regni nostri in numero copioso ibidem presentes crucem ipsam flexis genibus
Mart. 30. de ipsius archiepiscopi manibus die videlicet penultimo Marcii proxime preteriti devotissime assumpserunt nosque deinde zelantes integritatem fidei, honorem sancte matris
Apr. 10. ecclesie ac etiam fidelium regni nostri salutem decimo huius mensis Aprilis in maiori Neapolitana ecclesia, astantibus nobis quam pluribus baronibus atque nobilibus dicti regni, crucem ipsam flexis genibus devotissime amplexantes una nobiscum signum crucis ipsius per manus venerabilis patris archiepiscopi Salernitani humeris nostris affigi fecimus et apponi. Quocirca devotionem tuam, quam cum votis apostolicis atque nostris fideliter concurrere novimus, ortamur attente ex parte sancte matris ecclesie attentius requirentes, quatenus processum publicationis huiusmodi facte per eundem archiepiscopum Capuanum atque receptionis crucis predicte, quem universorum fidelium non decet latere notitiam,

1) *Litterae servatae non sunt.* 2) *A. 1328. Ian. 21; cf. Böhmer, Reg. Ludw. p. 220 Päbste nr. 64.*

diebus dominicis et festivis in cathedralibus, collegiatis et parochialibus ecclesiis aliisque religiosorum ordinum monasteriis atque locis sistentibus ultra et preter Ananiam per Campaniam in Ferentino et in Urbe ac Romanis partibus ob reverentiam sancte matris ecclesie atque nostram more in talibus solito in noticiam christifidelium ipsarum partium, ut eis pateat, perducere seu perduci facere, sicut expedire videris, studeas, ut per hoc fideles ipsi in confusionem eiusdem heretici dictorumque suorum sequacium, quorum pravitas meruit stimulos omnes carnis[1], eo promptius animentur consurgere, quo tam grandis indulgentie in processu ipso descripte se noverint beneficio obtinere, ut congregata undique multitudine armatorum expugnentur viriliter rebelles heretici et eorum protervia confundatur, inducturus seu facturus induci per ecclesiasticas religiosasque personas civitatum terrarum atque locorum partium predictarum fideles eosdem, signum crucis ad laudem Dei et alme matris ecclesie prefate triumfum devote recipere ac pro ipsius prosecutione debita contra dictos hostes hereticos personaliter vel iuxta facultates eorum realiter subvenire. De constructione vero archarum et affixione truncorum et conservatione pecunie et aliarum rerum, quas per fideles ipsos offerri contigerit, facies, prout in eisdem apostolicis litteris continetur. Inchoationem denique et distinctionem anni et temporis prefiniti ad ipsam indulgentiam consequendam idem archiepiscopus Capuanus deliberato consilio cum suffraganeis suis tibi per suas litteras declarabit.

Datum Neapoli, anno Domini MCCCXXVIII, die XVI. Aprilis, XI. ind., regnorum nostrorum anno XVIIII.

Eodem die ibidem similes facte sunt nobili domino Francisco Gaytano domini pape capellano etc. usque ubi legitur 'monasteriis atque locis', deinde hic sequitur 'Ananie et citra Ananiam per Campaniam preter Ferentinum ob reverentiam etc.'

---

431. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD PRINCIPES ELECTORES.

1328. Apr. 5.

Copia (c.) in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 114[II] fol. 167 nr. 1654 valde corrosa. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 372 nr. 995 ex c. (decurtatum).

Böhmer, Reg. Ludw. p. 221 Päbste nr. 74.

Cf. litteras pontificis infra ad a. 1328. Apr. 28 et Mai. 7 edendas.

Universis princi[pibus] tam ecclesiasticis quam secularibus in electione [regis Ro]man(orum) in imperatorem promovendi vocem habentibus.

Processum per nos pridem de consilio fratrum nostrorum presente copiosa multitudine fidelium habitum contra L(udovicum) [de Bavar]ia excommunicatum ac iure, si quod sibi [ex electio]ne discordi, que de ipso celebrata fui[sse dicebatur], ad regnum Roman(um) vel imperium competebat, necnon ducatu Bavarie ac comi[tatu palati]no Reni et iure quocunque habendi [vocem in e]lectione regis Roman(orum) in imperatorem promovendi ac omnibus privilegiis apostolicis [et imperialibus] ac feudis ab ecclesia vel imperio [concessis] iustis privatum senenciis et de [heresi sententiali]iter condempnatum et ipsius non[nullos com]plices et fautores ad vestrum et [aliorum] fidelium credimus noticiam perveni[sse et vos super eo] et omnibus contentis in eo ef[fectos cer]tiores. Ecce quod tenorem illius [de verbo ad verbum] insertum presentibus vestre providentie [mi]ttimus in hec verba:

1) *Cf. 2. Cor. 12, 7.*

'Iohannes et cetera. [Ad certitudin]em presentium et memoriam futurorum.

Dudum per facti evidenciam et cet. usque ibi sicut in libro processuum continetur, videlicet per quem irritantur et cassantur acta in coronatione Bavari in Urbe, cuius dat(a) est [II. Kal. Apri]lis, anno duodecimo.'[1]

Dat(a) vero huiusmodi [intimaci]onis dictis principibus est Non. Aprilis, anno duodecimo.

---

432. LUDEWICI DONATIO PRO CAMERARIO.
1328. Apr. 8.

Originale in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 352. Descripsimus nos. Pendet sigillum laesum filis sericis rubei flavique coloris. — Ineditum.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 59 nr. 978.

Wir Ludweich von Gotes genaden Rômischer chaiser ze allen ziten merær des richs verjehen offenlich an disem brief, daz wir angesehen haben di getreuen dinst, di uns Fridel unser liewer chamerær in der chamer und auch sůst manichvaltichleich getan hat u[nd au]ch[a] alle tag stætichleich und getreulich twet, und haben im, seiner hausfraun und iren erben verlihen und verleihen in auch von unser chaiserlicher milt di hofstat di da leit vor dem Tůrlein ze Můnchen, di vor wilent Chunrat der Tutzingar gehabt hat, di uns und daz hertzentum angehôrt, di selben hofstat ze besitzen und ze haben von im, seiner hausfraun und iren erben vrilich und ledichleich von uns und dem hertzentum ewichleich ze lehen. Und wellen und gebieten dem pflegær, dem vitztum und dem richtær ze Můnchen die ietzu sint oder hernach werdent, daz si den vorgenanten Fridel, sein hausfraun und ir erben an der selben hofstat nicht hindern noch gestaten iemand ze hindern in oder ir erben von unserm gewalt. Dar ůber ze urchůnd geben wir disen brief mit unserm chaiserlichen insigel versigelten.

Der gegeben ist ze Rom, an dem Vritag in der Österwochen, do man zalt von Christes gepůrd dreutzehenhundert jar dar nach in dem achtundzwaintzigisten jar, in dem viertzehenden jar unsers chunichsrichs und in dem ersten des chaiserstums.

---

433. LUDEWICI UNIO CUM COMITIBUS PALATINIS RHENI.
1328. Apr. 14.

Originale (or.) *ibidem. Contulimus nos. Pendent sigillum imperatoris laesum filis sericis viridis, secretum Rudolfi comitis Palatini fere illaesum filis sericis flavi coloris. — Ed. Wittmann 'Monumenta Wittelsbacensia' II, 289 nr. 271 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 59 nr. 979; Regesten der Pfalzgrafen nr. 2032.

1. Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer cheiser ze allen zeiten merer dez riches verjehen fůr uns und unser erben pfallentzgrafen ze Rein und hertzogen in Beyern und wir Rudolf von der selben gnaden pfallentzgrafe ze Rein und hertzog in Beyern verjehen fůr uns, unsern brůder und vettern Ruprecht und Ruprecht und unser erben offenlich an disem briefe, daz wir uns bedæchtichlichen und williclichen mit einander verrichtet, vereinet und verbunden haben in ein gantze und stæt liebe und triwe ze be-

432 a) *lacuna in or.*

1) *Supra nr. 427.*

liben bei einander und an einander geholfen ze sein an allen sachen wider aller mænniclich ewiclich die wile wir leben. Und wir vorgenanten Rudolf, Ruprecht und Ruprecht und unser erben und unser cheiser Ludowiges erben wellen und sullen undertænich sein an allen sachen und dingen den vestn mannen Henrichen dem Gumpemberger, Henrichen von Mûr, Henrichen truchtsætzen von Sultzpach, Henrichen dem Eysoltzrieder, Dytrichen von der Chûrue, Weiglin von Trausnicht und Henrichen dem Preisinger von Wolntsa oder Otten von Greifemberg, ob der Preisinger bei dem lande nicht gesein môcht, die wir mit unserm guten willen und gûnst unsers herren dez cheisers dartz̊ genant und genomen haben und die uns der cheiser geben hat, daz wir nach der rat leben und tûn sullen, wir sein inner landes oder dar auz. Und were daz der sibener einer oder mer nicht were, so sullen die andern ander an ir stat auf ir ayde næmen und sullen die oder der vollen gewalt mit in haben. Ez wær danne daz die oder der dem cheiser nicht gevielen, so sullen si einen oder ander an ir stat næmen nach des cheisers rat und willen von unserm lande ze Beyern, die dartz̊ aller best sein. Dieselben siben haben vollen gewalt von unsers herren des cheisers und von unsern wegn einen teil ze machen unserer lande an der Pfallentz, ze Beyern, ze Swaben, ze Franchen und ze Osterreich læut und gût auf ir ayde und auf ir triwe und doch also daz bede teil læut und gût bei einander beliben sullen, die wile wir ez bedersit wellen. Swelher aver under uns seinen teil haben wil, den sullen im die andern geben an allen verzoch und irresal.

2. Und die vorgenanten siben haben gesworn auf den heiligen uns Rudolfen, Ruprechten und Ruprechten und unsers cheiser Ludowiges erben getriwelich ze wisen und ze raten allez daz si wenen uns und dem lande und læuten nûtz und gût sein, die wile wir bei einander sein mit unsern teilen. Auch haben si gesworn lande und læute ze teilen, als si von allen iren sinnen wænent und verstent unserm herren dem cheiser, seinen erben und uns Rudolfen, Ruprechten und Ruprechten und unsern erben und landen und læuten aller best ze sein.

3. Wir haben uns auch verbunden und verbinden uns mit gûtem und verdachtem willen ewiclich, daz wir von dhainem teil wæder læut noch gût niman verchoufen noch anwerden sullen noch enmûgen danne uns selber under einander durch dhainerlay sache. Wir offtgenanten Rudolf, Ruprecht und Ruprecht und unser erben verjehen auch und geheizzen stæt ze haben und besteten mit unsern briefn, swaz unser liber herre der cheiser getan und vorschriben hat durch Got und ze seiner not und dez landes und durch hilfe und dienst, den man im getan hat.

4. Und dise teiding und waz hie geschriben ist ze volfûren und stæt ze halten, haben wir cheiser Ludowich unser cheiserliche triwe geben und dez haben wir hertzog Rudolf leiplich ze den heiligen gesworn lauterlich und getriwelich. Dez sol auch hertzog Ruprecht sweren und als unser cheiser Ludowiges erben ze iren tage chûmen, so sullen si dez auch ze den heiligen sweren. Alsam sol auch hertzog Ruprecht hertzog Adolfes sæligen sûn tûn. Daz geheizzen wir cheiser Ludowich fûr unser erben.

5. Und were daz wir cheiser Ludowich oder unser erben dise teiding uberfûren, so sullen lant und læute warten und gebunden sein hertzogen Rudolfen, Ruprechten und Ruprechten und iren erben als lang untz wir gæntzlich aufrichten was wir ubervaren haben. Alsam geschæch daz wir hertzogen Rudolf, Ruprecht und Ruprecht oder unser erben dise teiding uberfûren, so sullen lant und læute unserm vorgenanten herren cheiser Ludowigen und seinen erben warten und gebûnden sein, alslang untz wir gæntzlich aufrichten was wir uberfaren haben. Und sullen lant und læute sweren, swelher ubervert, daz si dem andern wartend und gebunden sein, biz daz er auf gericht. Und were daz hertzogen Ruprecht und Ruprecht bede oder ir ainer dise vorgeschriben teiding nicht wolten stæt haben, so sein wir cheiser Ludowich und unser erben in hin

wider nicht gebunden von disen teidingen. Swelher auch under uns seinen teil nimt, dez lant und læute sullen in der bundniůz beliben, als vorgeschriben stet.

6. Wir cheiser Ludowich verjehen auch, swaz wir erlôsen oder vergelten, daz daz unsern obgenanten vettern, die wile si bei uns belibent mit irem teile oder swelher bei uns belibet, glicher weis sol sein als unsern erben.

7. Dar uber ze urchund geben wir disen brief mit unsern insigeln versigelten und mit den gezůgen, die hernach geschriben stent. Daz seint die edeln vnd vestn manne Meinhart und Albrecht brůder grafen von Ortembůrg, Friderich burgrafe von Nuremberg, Ulrich lantgrave von Elsazzen, Ludowich hertzog von Teck, brůder Dytrich von Trier lantchumentewer von Potzen, Cunrat von Trůhendingen, Marquart von Sevelt, Cunrat von Schenna, Heinrich Preisinger von Wolntsa und Eberhart von dem Tore.

Der brief ist gegeben ze Rome, an dem Pfintztag nach dem Suntag Quasi modo geniti, do man zalt von Crists gebůrt dreitzehenhundert jar darnach in dem achtundzweintzigistem jare, in dem viertzehendem jare unser cheiser Ludowiges chunigriches und in dem ersten dez cheisertůms.

434—438. EIUSDEM CONSTITUTIONES CONTRA PONTIFICEM EDITAE ALIAEQUE.

1328. Apr. 14.—23.

434. *Relatio super constitutionibus emissis.* *Apr. 14.*

Etiam hic relationem Chronici Iohannis Villanii l. X cap. 68 ponere liceat; cf. supra nr. 382.

Negli anni di Cristo 1328, a dì 14 del mese d'Aprile Lodovico di Baviera, il quale si facea chiamare imperadore e re de' Romani, congregato parlamento nella piazza dinanzi a Santo Pietro in Roma, ove avea grandi pergami in su i gradi della detta chiesa, dove stava il detto Lodovico parato come imperadore, accompagnato da molti clerici e prelati e religiosi Romani e altri di sua setta che l'aveano seguito e di molti giudici e avogadi, in presenza del popolo di Roma fece publicare e confermò le 'nfrascritte nuove leggi per lui nuovamente fatte, la sustanzia in brieve delle quali è questa:

1. Che qualunque cristiano fosse trovato in eresia contro a Dio e contra alla 'mperiale maestà, che secondo ch'è anticamente per le leggi, dovesse essere morto, così confermò che fosse e di ciò potesse essere giudicato e sentenziato per ciascuno giudice competente o fosse stato richiesto o non richiesto, incontanente trovato in quello peccato dell' eretica pravità o della lesa maestà fosse e dovesse essere morto, non ostante le leggi fatte per gli predecessori suoi, le quali negli altri casi rimanessono in loro fermezza. E questa legge volle s'intendesse alle cose passate e alle presenti e a quelle che fossono pendenti e che debbono avvenire[1].

2. Ancora fece comandare, che ciascuno notaio dovesse mettere in ciascuno carta che egli facesse, posti gli anni Domini e indizione e il dì 'fatta al tempo dell' eccellente e magnifico domino nostro Ludovico imperadore de' Romani, anno suo ecc.' e che altrimenti non valesse la carta[2].

1) *Cf. infra nr. 435.* 2) *Haec constitutio servata non est; sed cf. infra ad a. 1328. Mai. 21 itemque supra nr. 424—426.*

3. Item che ciascuno si guardasse di dare aiuto e consiglio ad alcuno ribello e contumace del sacro imperadore o del popolo di Roma sotto la pena de' suoi beni e che piacesse alla sua corte[1].

Queste leggi furono pensatamente fatte e ordinate per lo detto Bavaro e per lo suo maculato consiglio, a fine che sotto queste volle partorire e partorì lo suo iniquo e pravo intendimento contra papa Giovanni e la diritta chiesa.

435. *Constitutio contra haereticos vel laesae maiestatis reos.* *Apr. 14.*

Editionem instruximus ope codicum qui sequuntur:

1 *cod. Pl. XVII, 29 bibliothecae Laurentianae saec. XV. in. fol. 17'; contulimus nos*[2];

2 *cod. Pl. sin. XX, 12 eiusdem bibliothecae adhuc saec. XIV. fol. 18'; contulimus nos;*

3 *cod. Paris. lat. 5154 (olim Colbert. 678) saec. XIV fol. 41'; contulimus ad apographon huius codicis iam olim a Bethmanno confectum, quod Berolini servatur;*

4 *cod. Vatic. lat. 4010 fol. 38; contulimus nos.*

Recentiores codices eiusdem indolis ac 3 et 4, Vaticanum nempe lat. 4008, Marcianum VIII, 174, alios adhibere supersedimus.

Potiores tantum lectiones varias adnotavimus.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 59 nr. 980.

Ludovicus[a] Dei gratia Romanorum imperator[b] semper augustus[c]. Ad eternam rei memoriam.

Omnem totius[d] rei publice curam gerentes, Deo nostrum gubernante imperium, ad hoc mentem nostram precipue[d] dirigimus et curis sollicitamur continuis[e], ut prava cogitantibus delinquendi materiam amputemus, in hiis presertim criminibus omnem peccandi occasionem tollere cupientes, ex quibus non solum temporalis maiestas leditur, set eterna. Novimus enim, ut legalis sanxit auctoritas, in omnibus generaliter criminibus notoriis usquequaque sollempnitatem et iuris ordinem non servari, ut notoria crimina[f], que aliqua tergiversatione celari non possunt, quasi ex ipsa facti evidentia in lucem deducta faciliori ordine puniantur. Que sollempnitates tanto relaxande sunt largius, quanto committentes maiora facinora coinquinant et depravant, ut per ampliorem sollempnitatem et ordinis relaxationem delinquendi occasio subtrahatur. Quia igitur[g] ubi maius periculum vertitur, ibi cautius est agendum, hac edictali lege de nostrorum principum ac[h] procerum consilio et assensu sancimus, ut si quis in crimine heresis vel lese maiestatis inciderit, de quibus seu eorum altero manifeste et notorie commissis fuerit diffamatus, contra taliter delinquentem, adversus quem de prescriptis criminibus seu altero eorum[i] huiusmodi laborat infamia, ad sententiam diffinitivam procedi possit et valeat[k] per iudices competentes, vocatione seu citatione aliqua non premissa. Volentes in premissis casibus et quolibet eorum ut premittitur citatione non facta sic latam sententiam habere roboris firmitatem, acsi in huiusmodi[l] prolatione sententie fuisset usquequaque ordo iudiciarius observatus. Presentem vero constitutionem nostram extendi volumus ad preterita, presentia et futura, aliis iuribus contra taliter delinquentes a divis retro[m] Romanorum principibus editis in suo robore duraturis[n]. In quorum omnium testimonium

435. a) [L]Odoycus 1. b) et *add.* 2—4. c) agustus 1. d) *deest* 4. e) et — continuis *des.* 4. f) *deest* 2—4. g) ergo 3. h) et 1. i) eorum altero 3. k) debeat 3. l) eius 2. m) divis retro *des.* 4. n) servaturis 2.

1) *Haec constitutio servata non est.* 2) *Cf. Schwalm 'Die Appellation König Ludwigs des Baiern' (Weimar 1906) p. 7, ubi lege* 29 *loco* 19.

presens nostrum edictum sive constitutionem conscribi iussimus et nostre maiestatis sigillo voluimus[o] communiri.

Datum[p] Rome apud Sanctum Petrum, die Iovis quartodecimo Aprilis, anno ab incarnatione Domini MCCCXXVIII, inditione undecima, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

436. *Publicatio depositionis a papatu prior.* *Apr. 18.*

Adhibuimus 1 *cod. Pl. XVII, 29 bibliothecae Laurentianae, de quo v. supra ad nr. 435, fol. 18; contulimus nos;*

2 *cod. R. 26 bibliothecae Vallicellianae*[1] *saec. XIV. fol. 310; cancellata est in codice; contulimus nos;*

3 *cod. Paris. lat. 5154, de quo v. supra ad nr. 435, fol. 42; contulimus nos;*

4 *Chronici Siciliae cap. 96 ad editionem a Rosario Gregorio loco supra ad nr. 111 citato paratam II, 226 sqq.*

Potiores tantum lectiones varias adnotavimus.

De huius constitutionis indole, praesertim de illis capitibus, quae cum Marsilii libro 'Defensor pacis' plus minusve conveniunt, cf. K. Müller 'Der Kampf Ludwigs des Baiern' I, 187 sqq. et 369.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 59 nr. 981.

Ludovicus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus. Ad eternam rei memoriam[a].

1. Gloriosus Deus et sublimis dominantium dominus nulli secundus, qui universa propter semetipsum[b] operatus est, impium quoque ad diem malum[2], sacerdotium et imperium independenter[c] principians et conservans[d], ut hoc quidem[e] divina exerceat, illud autem humanis presideat[f] rempublicam sibi traditam recte ac magnifice gubernando[g], nos Ludovicum[h] quartum Romanorum imperatorem semper augustum[i] in imperialis culmine maiestatis constituit[k] et in hoc quia[l] nos in principem super hereditatem suam inunxit[m] ut de manibus inimicorum suum[n] populum liberemus[o. 3], exaltans nos super gentes et regna, ut pacis subversores disperdamus ubique[p], zelatores vero eiusdem plantemus et edificemus, creans fructum labiorum nostrorum pacem hiis qui longe sunt[q] et hiis qui prope[4]. Eapropter[r] ex imperialis celsitudinis debito excessus enormes Iacobi de Caturco, qui nunc se papam[s] licet mendaciter asserere non veretur, dissimulatione diuturniori nullatenus sufferre volentes[t], innato[e] moti iustitie zelo nunc preeminentia maiestatis imperialis adaucto[u] domum paternam filiosque nostros[q] carissimos impuberes hostilium incursuum discriminibus iam actu expositos fortune periculis committentes celeri cursu in Italiam[v] venimus ad sedem nostram precipuam Romam[w] videlicet properantes. Quam divino suffulti auxilio pacifice attigimus nulla hostili resistencia prepediti, universis terrarum quas pertransivimus incolis ab omni dampno atque disturbio

435. o) volumus 2—4. p) *linea dati in* 2—4: Facta fuit hec (ista 2. 4.) lex et publicata die Iovis XIIII. Aprilis, anno Domini MCCCXXVIII (*loco* anno Domini MCCCXXVIII 4: XI. Ydus).

436. a) *loco* Ludovicus — memoriam 1. 2: In nomine Domini amen; Ludovicus — memoriam *des.* 4; imperator et semper 3. b) ipsum 1. 3. c) independi 1. d) observans 2. e) *deest* 4. f) ad *add.* 4. g) gubernandum 4. h) Lodoycum 1. i) agustum 1. k) constitutum 1. 3. l) *loco* in hoc quia 4: ita quidem. m) iniunxit 3; immisit 4. n) suorum 4. o) liberaremus 4. p) *deest* 2. q) *deest* 3. r) nos *add.* 1. s) Iohannem XXII. *add.* 3. t) valentes 3. u) ad antra *male* 1. 3. v) Ytaliam 1. w) urbem Romanam 1.

1) *Cf. 'Archiv' XII, 425.* 2) *Prov. 16, 4.* 3) *Cf. 1. Reg. 10, 1.* 4) *Isai. 57, 19.*

preservatis. In qua siquidem Urbe divina opitulante providentia cesareo diademate ac sceptro legitime susceptis per nostrum Romanum peculiarem populum Urbi et orbi Dei ac nostra potentia[y] invincibili presidemus, ut manus nostre fortitudine triumphali rebelles, qui pro nunc a nobis suo domino naturali longe sunt, corripiamus potenter fidelesque[z] nostros ab angariis et persecutionibus[a] tyrannicis insuperabili potestate Dei et nostra efficaciter eruamus.

2. Animadvertimus equidem[b] huiusmodi transgressiones rebellium ex violenti usurpatoris se nunc papam nominantis falcem suam in alienam messem mittentis certa nequitia provenisse, quem elevatum ad instar Adonie filii Agith[c] exemplo David hactenus non corripuimus[1], nunc vero perpendimus quod ferro necesse est, ut abscindantur vulnera fomentorum, que non senserunt medicinam. Prospeximus etiam quod in[d] immensum crescit impunita temeritas et facilitas venie dicto Iacobo incentivum prestitit delinquendi, dum sibi de collectis[e] inique thesauris currus fecit et equites[f] adversus Christi ac[g] sacri imperii fideles sub specie subsidii Terre Sancte, thesauris inquam iam per multos annos de omnibus finibus ecclesie ac talliis seu questu a clero violenter extortis necnon symoniacis beneficiorum ecclesiasticorum distributionibus collatorum etate, vita et scientia penitus immeritis et indignis[h] ac mentitis gratiis seu indulgentiis peccatorum, quas pro stipendiis pollicetur nefariis homicidis, scismata pestifera effreni rebellione non desinens in nostro sacro imperio suis dolosis astuciis seminare, utens consilio et auxilio execrabili Ioab principis militie[2], scilicet cuiuslibet[i] fautoris dissidiorum et[k] ex Ioab interpretatione, et hoc in personis principum secularium, precipue[k] dolosi Ioab[l] Roberti[m] iam dudum propter crimen lese maiestatis per fel(icis) rec(ordationis) Henricum ultimum pena proscriptionis dampnati[3] aliorumque principum quorundam sibi toto posse et nosse faventium in sacri destructionem imperii, quod ad sublimationem cornu Christi id est libere professionis fidei catholice divinitus noscitur institutum, inherens etiam consilio et auxilio Abiathar sacerdotis[2], qui peccatum suscitans[n] interpretatur, et hoc in personis ministrorum spiritualium seu ecclesiasticorum, qui ad similitudinem filiorum Hely carnis crude seu cruentate violenti exactores existunt[4], in effusione humani sanguinis ad mandata predicti Iacobi se papam confingentis[o] utentes quin immo abutentes gladio temporali, a quo tamen Dei et sanctorum patrum sanctionibus exclusi esse noscuntur, nescientes Dominum nec officium sacerdotum ad populum[p, 5]. Prophanat igitur in eisdem hic vir sanguinum[6] sacerdotium Christi, manus cardinalium in Italia legatorum[q], patriarcharum[m], archiepiscoporum, episcoporum, abbatum aliorumque inferiorum[r] graduum[s] sanguine replendo homicidiis infinitis. Ex quibus profecto evidenter agnoscimus sacrum imperium in defensione evangelii pacis a Deo[t] ab eterno provisum per hunc misticum antichristum, qui se papam nominat, si quod absit effrenis eius rabies inulta procederet, irreparabiliter exterminari.

3. Iste[u] nimirum vere[v] dicitur misticus[n] antichristus, quoniam ipse fervens[w] secundum operationem Sathane in omni seditione, iniquitate, dissensione, que secundum apostolum antichristi adventum precedent[7], velut eiusdem precursor immediatus indefessus satagit accelerare ad subversionem seu extinctionem fidei orthodoxe cede crudelissima

436. y) incomparabili et *add.* 4. z) filiosque 3. a) persecutoribus 3. b) hoc quidem 2; siquidem 4. c) Agie 2; Aggie 4. d) *deest* 1. 2. 4. e) collatis 2; oblatis 4. f) equos 1. 3. g) et 4; et nostri 3. h) potentiaque suorum parentum sanguinis ovium Christi effusoribus *(deest 2)* sceleratis (collateris 2) *add.* 2. 4. i) scil. cuiusl. *des.* 4. k) et — precipue *des.* 4. l) regis 4. m) *deest* 3. n) *deest* 4. o) dicentis 1. p) dominum 3. q) patr., c. in It. leg. 1. r) ministrorum *add.* 4. s) prelatorum *add.* 1. t) a Deo *deest* 1. u) Vere 4. v) *deest* 2. 4. w) fervet 3.

1) *Cf. 3. Reg. 1, 5. 6.* 2) *Cf. ib. 7.* 3) *Supra tom. IV, 2 nr. 946.* 4) *1. Reg. 2, 15.* 5) *ibid. 2, 12. 13.* 6) *Cf. Ps. 138, 19.* 7) *Cf. 2. Cor. 12, 20 et Galat. 5, 20.*

christicolarum innumerabilium, quam antichristus potestate publice violentie perficiet. Hanc iste molitur sub specie mentite iustitie cum notoria violentia consumare, dum non solum in Italia, verum etiam in plerisque[x] infidelium confiniis, Saracenorum videlicet in regno Armenie et Ruthenorum in diocesi Tevertinensi[y.1] succursum a Christi fidelibus dictorum confinium in foribus palacii huius aspidis surde[2] Avinioni videlicet clamore valido[3] per annos quinque miserabiliter imploratum perperam[z] denegavit et quod proh dolor aures humane refugiunt, observationem treugarum[a] cum infidelibus in confinio Prussie[b] preceptori generali domus[c] Sancte Marie[d] districtissime iniunxit[e], id agere in augumentum fidei christiane licet mendaciter[f] se pretendens, quod in eiusdem fidei conceperat notorium detrimentum. Ex hoc enim[g] pernitioso figmento quanta fuerit occisio fidelium in infantibus vagientibus in cunabulis, in viris et mulieribus innumeris perfidorum mucronibus trucidatis multisque in perpetuam[h] captivitatem adductis quantaque lamentatio in sanctimonialibus[i] ac Deo dicatis[k] virginibus defloratis, in viduis et maritatis post tergum manibus ligatis ad arbores violenter oppressis, quanta insuper ecclesiarum et sacramentorum, maxime pretiosissimi et venerandissimi sacri corporis Christi prophanatio facta fuerit, dum ipsum lanceis perforatum et elevatum Christo et omnibus christicolis blaspheme[l] ac dementer[m] exprobraverint dicentes: 'Ecce Deus christianorum', marchia Brandeburgensis[n] plorans filios et filias lamentabiliter querulatur[n]. Factus est igitur persecutor iste nequissimus predo in domesticos, plebis interemptor, occisor filiorum, in proprios parricida, prout insuper facti alterius evidencia declaravit, dum galeas quam plures in subsidium catholici regis Armenie ac totius sui populi contra Sarracenos[o] per magnificum Francorum regem transmissas in occisionem Christianorum nostro subiectorum imperio, Ianuensium videlicet callide[p] ac dolose pervertit et nequiter usurpavit.

4. Numquid ergo bene iste pseudopropheta in Apocalipsi describitur sub figura sedentis in equo rufo qui exivit, ut sumeret pacem de terra et ut homines invicem se interficerent[4], terram proh dolor inebrians ovium Christi sanguine, venam fontis pietatis et clementie[q] funditus arefaciens, in qua tamen vena discipline Christi summa consistit. Adhuc autem[r] pseudo iste propheta[s] se esse veritatis evangelice[q] ac Dei ordinationis publicum subversorem evidentissime declaravit, dum doctrinam Christi et apostolorum verbo traditam et exemplo firmatam de superioritate ac dominio et[t] gubernatione temporalium imperiali celsitudini debita[u] et nostris fidelibus obedientiam legitimam transgredi precepit, ipsam superioritatem sibi superbie fastibus[v] usurpando, attentans et satagens quamvis illicite imperialem et sacerdotalem simul dignitatem et potestatem habere, quas Christus ipse[w] in suppositis voluit[x] esse distinctas, dum ostenso sibi numismate cesaris ymagine figurato ea que sunt cesaris, dominationem videlicet temporalium in usualis numismatis redditione signatam[y], cesari iussit reddi, quod quidem[z] numisma in huius dominationis evidentiam solum imperiali auctoritate ubique cuditur[a] et formatur, ea vero que Dei sunt Deo reddi precepit, adiciens 'et que sunt Dei Deo'.[5] Amplius Christus ipse se nolle imperatoris et sacerdotis officium insimul ab ullo eius vicario seu ministro ullatenus[b] possideri per facti evidenciam propalavit, dum ipse cui

436. x) locis *add.* 3. y) Tibertina 1; Tarditina 2; Tarbitina 4. z) propterea 2. 4. a) treuguarum 2. 4. b) Prucie 3. c) monasterii *add.* 4. d) Theutonicorum *add.* 3. e) discretissime iniunxerat 4. f) fallaciter 4. g) etiam 3. h) perpetuum in 3. i) sanctis monialibus 2. 4. k) iuratis 4. l) blasphemaverint 4. m) demerito 4. n) Brandeburgenses plorantes . . . querulantur 4. o) huiusmodi *add.* 4. p) fraudulenter 4. q) *loco* et clem. — evangelice 4 *male*: evangelice fundit, *reliquis omissis*. r) *deest* 3. s) *deest* 2. 3. t) ac 2. 3. u) se temere intromictens Dei *add.* 1; Deo *add.* 2. v) fastigiis 4. w) *deest* 1. x) omnino *add.* 4. y) signanter 4. z) siquidem 4. a) ostenditur 4. b) *deest* 3; nullatenus 2. 4.

1) *Est Taurisien. (Tebris).* 2) *Cf. Ps. 57, 4.* 3) *Cf. Hebr. 5, 7.* 4) *Apoc. 6, 4.* 5) *Cf. Matth. 22, 21.*

soli, quia verus Deus et verus homo, data fuit in celo et in terra universa potestas[1] regnum[c] seu[d] imperium terrenum et omne dominium temporale a se penitus abdicavit, prout Iohannes evangelista testatur, ubi ait: 'Iesus autem cum cognovisset, quod venturi essent, ut raperent eum et facerent eum regem, fugit iterum in montem solus'[2], quod et alibi Christus expressius innuit ubi dicitur: 'Regnum meum non est de hoc mundo', subiungens: 'Si de hoc mundo esset, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Iudeis' et sequitur: 'Nunc autem regnum meum non est hinc'[3]. Cui etiam decretiste assentiunt[e] dicentes papam non habere utramque iurisdictionem, quoniam a Deo ex ipsa electione iurisdictionem et potestatem in temporalibus nos solus recipimus, unde eo ipso quod sumus electi, sumus etiam confirmati, nulla prorsus confirmatione fienda per hominem indigentes. Ex quibus hic veritatis evangelice et pacis ecclesiastice emulus indefessus Iacobus antedictus notorie deprehensus est non ad voces propheticas, non ad series evangelicas, sed ad suum reprobum sensum[4] tamquam magister erroris seu heresiarcha notorius perfide recurrere, maxime in processibus immo potius excessibus contra sacrum imperium in persona nostra productis, in quibus[f] convincitur[g] evangelice veritatis quantum[h] ad potestates per Christum discretas[i] impugnator et subversor notorius extitisse ipsosque suos vocatos[k] processus nullos esse et[l] nullius firmitatis efficaciam habuisse cogitur confiteri, presertim cum dictos processus vocatos[k] ea notoria iniusta occasione confinxerit, quoniam sacrum Romanum imperium quoad temporalium administrationem noluimus sicut nec debuimus recognoscere eidem fore subiectum.

5. Sanctionibus itaque[m] sanctorum patrum edocti, recognoscentes nos soli Deo reddituros rationem propter ecclesiam, quam pro Christo tuendam suscepimus, si pax seu disciplina ecclesiastica solvatur aut perturbetur, universalem statum ecclesie sancte Dei ac sacri imperii per hunc scismaticum Iacobum videlicet antedictum a pace et disciplina destitutum restituere cupientes, ne sit inter nos christicolas pacis et concordie professores radix germinans fel et amaritudinem[5] universalis scismatis, ob reverentiam et honorem sacrosancte Romane[n] et totius ecclesie[o] Dei et in defensionem fidei orthodoxe quam firmiter credimus, prout eadem nostra mater ecclesia nos hodie erudit et hactenus erudivit, necnon in succursum venerabilium patrum cardinalium, patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum omniumque spiritualium ministrorum ad correctionem furentis rabiei Iacobi[p] sepedicti summe necessarium[q], quia[r] dictum collegium cardinalium metu in constantem cadente[s] totaque sacerdotum communitas metu privationis officiorum et beneficiorum hactenus efficere non potuit[t] nec adhuc effecit[u] per sermonem doctrine, nobisque incumbat ut eum imperemus per[v] debiti supplicii rigorem propter notoriam dissipationem ecclesiastice discipline, cui heresiarcha prefatus invigilat[w] indefesse, inspicientes quod ille symoniacus electiones de pastoribus canonice factas scientia et[h] vita seu honestate morum et dogmate decoratis[x] frequentius[y] annullare presumit, ipsas cathedrales ecclesias electionibus privando sueque corrupte voluntati contra Deum et iuris ordinem reservando, quas etiam provisiones[z] ideo sibi reservat, ne pastores vite irreprehensibilis inquietorum correctores bonorumque operum in doctrina et integritate exemplatores in Dei ecclesia preficiantur, sed magis homines inhonesti, discipline ecclesiastice notorii transgressores[a], omne id quod legis, quod morum, sanctimonie[b] in Christi

436. c) et 4. d) et 2; regimen 4. e) decreta concinunt 4. f) productis, in quibus *des.* 4. g) etiam *add.* 4. h) *deest* 4. i) descriptas 2; distinctas 3. k) notatos 4. l) nullos esse et *des.* 4. m) utique 2. n) ecclesie *add.* 4. o) sancte *add.* 4. p) de Caturcho *add.* 2. q) *loco* summe nec. 4: simoniaci. r) cum *add.* 1—3; ne 4. s) caderet 4. t) *loco* non potuit 1: potest. u) efficit 1. 3; effici 2. 4. v) ut eum imperemus per *des.* 4. w) incessanter vel *add.* 4. x) denotantes 4. y) frequenter 2. z) promotiones 4. a) transversores 4. b) symonie 2; simoniace 4.

1) *Cf. Matth. 28, 18.* 2) *Ioh. 6, 15.* 3) *Ioh. 18, 36.* 4) *Rom. 1, 28.* 5) *Deut. 29, 18.*

ovibus corrumpentes, ponentes tenebras lucem et lucem tenebras[1], dum prohibita licita et licita prohibita docent et asserunt, absolventes exemplo illius sui morbidi et vesani[c] capitis quos Deus ligat in homicidiis ac periuriis per fautores huius heresiarche infinities perpetratis, adhuc autem quod et ipsi Deo et iustis hominibus non modicum displicet, hanc sacratissimam gentem et urbem Romanam, videlicet quam Christus ipse in gentem sanctam, genus electum, regale sacerdotium ac populum acquisitionis[2] incommutabiliter preelegit[d], sua personali presentia[e] tota sui vicariatus duratione privavit[3] contra expressam Christi prohibitionem in beati[f] Petri apostoli revocatione salubriter exemplatam, dum apparente sibi Christo et Petro interrogante: 'Domine quo vadis?' Christus respondit: 'Vado Romam iterum crucifigi[g]', quamvis pro habenda illius Iacobi presentia Romanus populus pluries miserit ambaxiatas sollempnes, nec hiis contentus criminator iste contra hunc Christi peculiarem populum[4] tamquam contra perfidos[h] crucem predicat nullo prorsus exigente delicto[i] populi antedicti ipsumque innocentem populum iniquissimis processibus notorie diffamare presumit[5],

6. quapropter cum hic prevaricator nepharius divine dispositionis ordinem sacerdotio et imperio prestitum publice impugnaverit statu sui vicariatus abutens enormiter, dum gladio sanguinis uti precipit pro gladio spiritus quod est verbum Dei, hinc est quod nos[k] zelo iustitie atque reipublice, quam exornare et ad optima queque perducere concupiscimus, auctoritate nobis in hoc casu celitus ordinata contra quoslibet fidei ac veritatis sancte matris ecclesie turbatores, quam siquidem auctoritatem divina voluntas Petro apostolo teste regali seu imperiali precellentie[l] concessit in vindictam malorum[m], laudem vero bonorum[6], propter quod etiam secundum apostolum non sine causa gladium portamus, quia[n] Dei minister sumus et iudex[o] in iram ei qui malum agit[7] existimus, prefatum Iacobum, cui cum sit veritatis evangelice notorius contradictor et manifeste hereticus purgatio canonica rigore iuris nequaquam est indicenda, predecessorum nostrorum videlicet Ottonis primi, qui cum clero et populo Romano Iohannem XII. deposuit a papatu et cum prefato clero et populo de alio pastore Urbi et orbi providit, et aliorum quam plurium imperatorum vestigiis inherere volentes, ipsum Iacobum in heresi deprehensum tam ex facti evidentia, quia heresim publice predicat perfectionem altissime paupertatis in Christo penitus denegando, ex quo sequeretur Christum non fuisse perfectissimum viatorem, quam ex confessione propria, ut liquet ex iniquis ac temerariis vocatis processibus ab ipso contra sacrum imperium in nostra persona factis, in quibus profecto Dei ordinationi resistit sibique dampnationem acquirit et[p] se ipsum pro crimine lese maiestatis reatu plectendum constituit, eo quod indigne gerit et gessit vicariatus officium ab eo tempore, quo in alterum criminum predictorum dignoscitur notorie lapsus fuisse, a Christo[q] privatum esse et[r] fuisse denunciamus nostreque imperialis auctoritatis sententia episcopatu Romano et universali ecclesia Dei seu papatu tenore presentium privamus et ab eodem deponimus in hiis scriptis, sententia inquam[s] lata[t] de[u] communi consilio[v], consensu[w] et requisitione cleri et populi Romani, nostrorum principum et ecclesie prelatorum tam Alamanorum[x] quam Italicorum aliorumque[y] fidelium plurimorum, moti[u] nichilominus et[z] inducti supplicationibus atque instantiis plurimis syndicorum cleri et populi Romani plenam ad hoc eiusdem cleri et populi Romani habentium[u]

436. c) ves. et morb. 1. d) elegit 3. e) presidentia 2; residencia 3. f) dicti 3. g) et tu redi Romam *add.* 1. h) infideles notorie *add.* 4; nōīe *add.* 2. i) debito 1. 4; crimine nec delicto 3. k) *deest* 2—4. l) excellentie 4. m) malefactorum 2. 4. n) eo quod 1. o) vindex 2. p) sic *add.* 4. q) *loco* a Christo 4: e papatu. r) esse et *deest* 4. s) *deest* 3. 4. t) quae lata est 4. u) *deest* 4. v) et *add.* 1. 3. w) assensu 3. x) Alemanorum 4. y) et aliorum 3. z) atque 1; *deest* 4.

1) *Isai. 5, 20.* 2) *1. Petr. 2, 9.* 3) *Cf. infra nr. 438.* 4) *Deut. 7, 5.* 5) *Cf. supra nr. 428.* 6) *1. Petr. 2, 14.* 7) *Rom. 13, 4.*

auctoritatem[a] et liberam potestatem ac speciale mandatum, prout apparet ex oblatis maiestati nostre sindicatus eorum publicis instrumentis sigillis sepedicti cleri et populi Romani signatis[1], quas quidem[b] supplicationes et instantias propter nostre salutis eterne dispendium noluimus[c], sicut nec debuimus[d] recusare. Unde[e] sepedictum Iacobum omnis ecclesiastici ordinis prerogativa nudatum et officio ac beneficio spoliatum tenore presentium subicimus secularis nostrorum ministrorum arbitrio potestatis, ab omnibus feudatariis et iustitiariis[f] nostri sacri imperii, ubicumque deprehensus fuerit, velut hereticum animadversione debita puniendum.

7. Decernimus insuper auctoritate qua supra omnes vocatas sententias aut edicta, cetera quoque pronunciata vel pronuncianda sermone vel scripto per supradictum Iacobum de Caturco aut eius complices, legatos, officiales sive ministros adversus nostros fideles seu nobis adherentes, principes, communitates, collegia et singulares personas tamquam per hereticum et lese maiestatis crimine dampnatum aut heretici seu[g] dampnati fautores latas vel ferendas harumque tam latarum quam ferendarum minime auctoritatem habentes nullas fuisse, nullas esse nullasque futuras nullamque sententie aut alterius scripti vel dicti quemquam obligantis habuisse vel habere aut habituras fore virtutem a tempore quo dictus Iacobus in alterum criminum predictorum noscitur incidisse. Volentes rursum, prout viis iuris dirigimur et cogimur, de pastore catholico huic Urbi et orbi una cum clero et populo Romano omni more superflue dilatione postposita providere, quemadmodum nobis de iure competere plenarie demonstravimus in premissis. Prefatum vero[h] Iacobum tamquam in heresi notorie deprehensum precipimus sub penis infrascriptis a christicolis omnibus inexcusabiliter evitari. Si qui autem deinceps quod absit ad ipsum sic dampnatum favore, consilio vel auxilio, credulitate vel obedientia declinaverint, omnes tales cuiuscunque conditionis existant tam prelatos ecclesiasticos quam principes seculares, barones, nobiles et ignobiles[i], quocunque nomine seu titulo censeantur, qui ab huiusmodi contumacia infra unius mensis spacium quoad Italicos[k] et[l] infra spatium[h] duorum mensium[l] quoad alios nostro subiectos imperio[m] a publicatione presentium contempserint revocare[n], privatione omnium feudorum, que a sacro tenent imperio, quorum una medietas imperiali fisco, reliqua vero camere urbis Romane[o] applicabitur, nostra presenti sententia condempnamus penasque proscriptionis rerum et personarum infligimus per presentes. Omnes nichilominus libertates, immunitates atque privilegia per nos aut predecessores nostros ipsis concessa cassantes tenore presentium revocamus.

8. Ad huiusmodi autem nostri imperialis edicti sive processus executionem efficacem sub pena privationis rerum et personarum necnon et sub pena infamie perpetue universos nostros feudatarios ac iustitiarios nostri sacri imperii a publicatione presentium infra mensem quoad Italicos et infra duos menses quoad alios nostro subiectos imperio volumus, decernimus et statuimus irrevocabiliter obligari. Ad quorum omnium noticiam, testimonium atque fidem presentem processum conscribi precepimus et ipsum nostre imperialis maiestatis bulla aurea signoque nostro imperiali consueto iussimus communiri, cui etiam et[p] ad fines predictos sigilla cleri et populi Romani sunt apposita.

Publicatus est autem iste[q] processus coram clero et populo Romano, presentibus testibus infrascriptis ad hoc specialiter vocatis, videlicet principibus[r] tam ecclesiasticis quam secularibus, archiepiscopis[h], episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, baronibus,

436. a) iurdictionem 2. b) siquidem 2. 4. c) nolumus 4. d) debemus 4. e) et *add.* 3. 4. f) notatum sententia *add.* 4. g) *deest* 1; sive 4; sic *add.* 2—4. h) *deest* 3. i) et ign. *des.* 3. k) Ytalos 1. l) et — mensium *des.* 4. m) imp. sub. 3; infra spatium duorum mensium *ponit hic* 4. n) revocari 2—4. o) Rome 1. p) etiam et *des.* 4. q) presens 4. r) *deest* 4.

1) *Servatae non sunt.*

ingenuis, nobilibus et ignobilibus nobis ibidem[s] assistentibus, quorum nomina sigillatim prolixitatem evitantes[s] presentibus noluimus explicari.[t]

Dat. et act. extra[u] basilicam apostolorum principis beati Petri in urbe Romana[v], cuncto clero et populo Romano in platea ibidem in parlamento publico congregato, decimo[w] octavo[x] die mensis Aprilis, anno ab incarnatione Domini MCCCXXVIII, indit.[y] XI[z], regni nostri anno quartodecimo[a], imperii vero primo.

437. *Publicatio depositionis a papatu altera.* *Apr. 18.*

Servatur nonnisi in Innovatione a. 1328. Dec. 13 (12). data infra nr. 528 edenda, de cuius codicibus 1 tabularii Vaticani 'Arm. XXXV tom. 4' signato, 2 Pl. sin. XX, 12 bibliothecae Laurentianae, 3 Paris. lat. 5154 v. infra. Cf. etiam prooemium ad nr. 528.

De huius constitutionis indole et de ratione, quae inter eam et appellationes maiorem et minorem Michaelis de Caesena intercedit, cf. K. Müller l. c. I, 211 sqq. et 372 sq.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 59 nr. 982.

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus. Ad perpetuam[a] rei memoriam.

1. Cunctos populos, quos clementie nostre regit imperium, in tali volumus fide et religione versari, qualem divinissimos[b] apostolos beatos Petrum et Paulum tradidisse Romanis religio usque adhuc ab ipsis insinuata declarat quamque sancti patres[b] Romani pontifices ipsius beati Petri legitimi successores, quos in omnibus sequimur, docuerunt et sancta Romana ecclesia hactenus predicavit et inconvulse noscitur custodisse, cuius ipse Dei filius dominus Ihesus Christus est perpetuum ac stabile fundamentum. Et in ea duo statuit genera hominum salvandorum, primum eorum qui per fidem rectam et mandatorum legis observantiam merentur ad eternam beatitudinem pervenire, de quo in evangelio dicit: 'Si vis ad vitam ingredi, serva mandata'[1], secundum illorum qui cupientes etiam in consiliis evangelicis vitam Christi et apostolorum eius perfecte sequi vivere in obedientia sine proprio et in castitate spontanea voluntate promittunt, de quo in evangelio dicit: 'Si vis perfectus esse, vade et vende omnia que habes et da pauperibus et veni et sequere me'[2]. Que tria evangelica consilia secundum sancte Romane ecclesie doctrinam adeo sunt essentialia[d] cuilibet religioni perfecte, ut contra ea nec summus pontifex possit licentiam indulgere. Huic confessioni, huic fidei quicumque contradictor extiterit, alienum a doctrina evangelii[e], alienum se esse ab ecclesia catholica[f] iudicavit. Hec est illa fides et doctrina[g], adversus quam, ut Salvator predixit in evangelio[3], circa finem seculi pseudochristi et pseudoapostoli consurgent et multos seducent, per eos hereticos mentientes se vicem gerere Christi et apostolorum eius et contra ecclesiam et Christi doctrinam insurgentes insinuans, sed adversus eam non prevalituros, quia ipse rogavit, ut non deficiat fides eius[4].

2. Porro istis diebus novissimis pseudopapa Iacobus de Caturcho[h], qui se papam Iohannem XXII. appellat, a sollicitudine et cupiditate nimia divitiarum huius seculi, que teste evangelio[5] verbum Dei suffocant, excecatus adversus hanc saluberrimam et preclarissimam christiane fidei et doctrine evangelice veritatem nequiter insurrexit. Et inter sua cetera dogmata, facta et gesta hereticalia etiam tria detestanda statuta publice

436. s) nobis — evitantes *des.* 4. t) explicare 3. u) in 4. v) Roma 1. w) vigesimo 2. x) XVIII. 4. y) ind. 2. z) indit. XI. *des.* 4. a) XIIII. 2.

437. a) eternam 3. b) *loco* divinissimos — patres 3: divisiones Petrum et Paulum tradidisse. c) *deest* 2. 3. d) eternalia 1. e) evangelica 3. f) *deest* 2. 3. g) fidei doctrina 3. h) Caturco *semper* 2. 3.

1) *Matth. 19, 17.* 2) *ib. 21.* 3) *Matth. 24, 24.* 4) *Luc. 22, 32.* 5) *Matth. 13, 22.*

edere et per universum[i] mundum divulgare presumpsit, in quibus multos errores dogmatizat dicte fidei catholice et doctrine et vite evangelice et apostolice multipliciter adversantes. Quorum statutorum primum incipit 'Ad conditorem[k]', secundum 'Cum inter nonnullos', tertium 'Quia quorumdam'[1]. Quas hereses etiam post et contra plures appellationes adversus eum ob hanc causam tam per nos quam per ordinem fratrum Minorum zelo fidei catholice legitime et sollempniter ad sanctam[l] Romanam ecclesiam interiectas[2] nisus est et continue[m] nititur pertinaciter defensare[n]. Ex quibus erroribus aliquos presentibus duximus annotandos, ut in omnium fidelium notitiam publicam[o] deducantur.

(I) Primus itaque error hereticalis, qui de dicti statuti 'Ad conditorem' officina tenebrosa prorumpit, est quod religiosi, qui secundum doctrinam evangelicam et apostolicam, ut perfecti sint, sine proprio vivere profitentur, in omnibus rebus que usu consumuntur non sunt censendi simplices usuarii sive simplicem habere facti usum a proprietate rei sive dominio separatum, quia ut in dicto statuto 'Ad conditorem' dogmatizat et asserit, in talibus rebus que usu consumuntur usus iuris vel facti non potest a proprietate rei seu dominio separari nec in eis ius utendi nec usus facti separata a rei proprietate seu dominio possunt constitui vel haberi. Qui quidem[p] error scripture sacre, per quam fidei catholice probantur articuli et doctrine, et vite evangelice et apostolice et sancte Romane ecclesie obviat manifeste. Nam cum sacra scriptura testetur apostolos omnia reliquisse, dicente sancto Petro apostolo in persona omnium apostolorum, prout legitur in evangelio[q]: 'Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te[3]', et manifestum existat, quod apostoli usum rerum consumptibilium usu, que ad vite humane sustentationem necessario requiruntur, sicut sunt alimenta et vestimenta, de quibus dicit apostolus: 'Habentes alimenta et tegumenta hiis contenti sumus'[4], nullatenus reliquerunt, quia usus rerum huiusmodi cadit sub precepto iuris naturalis et divini, per quod ad esse nature conservandum est quilibet indispensabiliter obligatus, quodque ipsi apostoli eorumque discipuli ius proprietatis, per quod quis dixit 'hoc meum et illud tuum', quod per iniquitatem extitit introductum, in rebus omnibus reliquerunt, prout etiam sanctus Clemens beati Petri successor testatur, cuius dictum in decretis XII. causa q. I. reperitur insertum[5], et hoc votum abdicationis proprietatis omnium rerum ipsi apostoli potentissime voverunt, prout etiam Augustinus XVII. de civitate Dei[6] aperte testatur, et qui dixit 'omnia reliquimus' nichil quod licite relinqui possit excepit, unde sanctus Gregorius[7] ecclesie sancte doctor exponens illud evangelii[8]: 'relictis retibus secuti sunt eum', dicit: 'multum reliquit qui sibi nichil retinuit, qui quantumlibet parum totum deseruit', concluditur[r] evidenter ex hiis, quod apostoli et ceteri religiosi secundum doctrinam apostolicam sine proprio vivere profitentes, qui testante[s] canone[9] figuram tenent apostolorum et eorum vitam veraciter imitantur, in omnibus rebus usu consumptibilibus et non consumptibilibus simplicem usum facti licitum habuerunt et habent absque proprietate et dominio sive a proprietate et dominio separatum. In Actibus etiam apostolorum II. et IIII. cap. tantum reperitur de multitudine illa credentium, que in vivendo sine proprio doctrinam et[t] vitam apostolorum sequebatur, quod ipsi res usu non consumptibiles, videlicet possessiones, agros, domus et substantias vendebant et sic nec in speciali nec in communitate eorum res ipsas aliquatenus retinebant. Illas autem res, quas lex de rebus usu consumptibilibus esse testatur, scilicet pecunias pro pretio

437. i) *deest* 1. k) etc. *add.* 2. l) *deest* 2. m) cotidie 2. 3. n) defendere 2. 3. o) *deest* 2. 3. p) *deest* 3. q) Matth. XVIIII. cap. *(deest* 3) 2. 3. r) ergo *add.* 2. s) teste 2. 3. t) doctrinam et *deest* 3.

1) *c. 3—5 Extrav. Ioh. XXII, 14.* 2) *Cf. infra pag. 359 not. 7 et 8.* 3) *Matth. 19, 27.* 4) *1. Tim. 6, 8.* 5) *c. 2 C. XII qu. 1.* 6) *XVII, 4, 6.* 7) *Homiliae I, 5, 2.* 8) *Matth. 4, 20.* 9) *c. 24 C. XVI qu. 1.*

rerum venditarum acceptas offerebant et ponebant ante pedes apostolorum et dividebatur singulis, prout cuique opus erat, et panes frangebant circa domos sumentes cibum cum exultatione. Et tamen nullus eorum de hiis rebus usu consumptibilibus scilicet pecunia et panibus, de quibus ibi habetur[u] mentio specialis, aliquid suum esse dicebat, quod verbum scilicet 'suum'[v] exponentes sancti doctores ecclesie dicunt, quod nullus ex eis aliquid sibi fore proprium asserebat. Et etiam glos. or.[w] ibidem dicit: 'Indicium fraterni amoris est nichil proprium habere et omnia possidere'. Ex quo manifeste patet quod quilibet illorum de multitudine predicta habebat usum rerum usu[x] consumptibilium absque proprietate et[y] dominio seu a proprietate[y] et dominio separatum ac per consequens, quod in talibus rebus usus facti haberi potest licite absque proprietate[y] et dominio sive a proprietate et dominio separatus. Sancta etiam Romana ecclesia in sacris canonibus manifeste testatur et docet, quod religiosi servi[z] et persone in aliena potestate constitute[z] etiam in rebus usu consumptibilibus habent simplicem usum facti licitum[a] absque proprietate et dominio sive a proprietate et dominio separatum. Unde contrarium dicere scripture sacre et vite evangelice et apostolice et doctrine sancte ecclesie obviat et repugnat et omnem religionem, que vovit vivere sine proprio, destruit et confundit.

(II) Secundus error, qui in dicto statuto 'Ad conditorem' continetur, est quod rebus usu consumptibilibus non potest quis uti, quia eis uti non contingit, sed abuti, quod ei opponitur, quod est uti, cum abuti ut dicit[b] nichil aliud quam contra naturam uti in hac materia proprie dici possit. Qui quidem[c] error scripture sacre et sanctorum doctorum ac doctrine sancte Romane ecclesie obviat manifeste. Quod ex eo colligitur evidenter, quia ubicumque sacra scriptura de usu predictarum rerum loquitur, semper ostendit, quod rebus usu consumptibilibus potest quis uti et eis proprie et veraciter uti contingit, sicut per apostolum patet qui ad Timotheum scribens dicit[d]: 'Utere modico vino propter stomacum tuum et frequentes tuas infirmitates'[1] et per illud quod II. Reg. dicitur: 'Filie regis virgines huiusmodi vestibus utebantur'[2] et Numer. XVIII: 'Universa frugum initia, que gignit humus et domino deportantur, cedent in usus tuos'[3] et parum post: 'Carnes vero in usum tuum cedent'[e, 3] et Iudic. XVIIII: 'Habentes paleas et fenum, panem ac vinum in meos et ancille tue usus'[4] et per illud[f] quod legitur Levit. VII. et XXIIII. et Deuter. XXIIII, Iudic. XVIIII.[g] et Iosue V. et in multis aliis locis sacre scripture hoc[h] ostenditur manifeste. Sancti etiam doctores et ecclesia in sacris canonibus veritatem huiusmodi manifestant, unde Augustinus in libro de doctrina christiana[5], cuius dictum ponitur in decretis XL[I]. di.[6], dicit sic[i]: 'quod sapiens sine aliquo vitio preciosissimo cibo uti potest' et Ambrosius[7], et ponitur XXXV. di.[8], dicit sic[i]: 'Sexto die bestie sunt create et cum bestiis orta est edendi potestas et usus escarum' et Extra de vita et honest. cler. penult. cap.[9] dicitur: 'Pontifices autem in publico et in ecclesia superindumentis lineis omnes utantur'. Quas omnes auctoritates de rebus usu consumptibilibus loqui manifestum existit. Ex predicto etiam errore sequitur quod Christus et apostoli et alii sancti viri, quotiens actus comedendi[k], bibendi et induendi[l] exercuerunt, totiens rebus huiusmodi sunt abusi. Et quotiens fideles christiani sumunt sacramentum corporis et sanguinis Iesu Christi sub speciebus illis, sub quibus sacramentum predictum veraciter continetur, quas fore de[m] rebus usu consumptibilibus manifestum existit, totiens

437. u) fit 2. 3. v) *deest* 3. w) *loco* glos. or. 3: glossator. x) *deest* 2. y) et — proprietate *des.* 3. z) *loco* servi et pers. . . . . constitute 2: et servi . . . . constituti. a) *deest* 3. b) ut dicit *deest* 3. c) *deest* 3. d) ait 2. e) erunt 3. f) post id 3. g) Iudic. XVIIII. *deest* 1. h) *deest* 2. i) *deest* 2. 3. k) et *add.* 1. 2. l) et induendi *des.* 2. m) ex 3.

1) *1. Tim. 5, 23.* 2) *2. Reg. 13, 18.* 3) *Num. 18, 13 et 18.* 4) *Iudic. 19, 19.* 5) *III, 12.* 6) *c. 1 Di. 41.* 7) *De Elia et ieiunio c. 4.* 8) *c. 8 Di. 35.* 9) *c. 15 X de vita et honest. (III, 1).*

illis speciebus accidentium abutuntur. Quod dicere vel sentire cuilibet catholico impium videbitur et blasphemum.

(III) Tertius error in sepedicto statuto contentus est quod carentia dominii omni temporali comodo denudati ad perfectionem non pertinet nec pauperiorem[n] efficit non habentem, adiciens quod tale dominium omni temporali comodo denudatum verbale, enigmaticum et simulatum existit. Qui error scripture sacre et doctrine evangelice et apostolice et sancte Romane ecclesie obviat et repugnat. Nam ut ex scriptura divina[o] superius est ostensum, apostoli et eos sequentes viri perfecti[p] ex consilio Christi proprietatem et dominium omnium rerum temporalium reliquerunt usu rerum necessariarum ad vite humane substentationem, cui non est licitum renunciare, contenti. Constat autem quod dominium, quod apostoli in rebus omnibus temporalibus, quarum usum habebant, ex consilio Christi reliquerunt, fuit omni temporali comodo, usu scilicet utili denudatum, sicut manifeste patet in retibus, quorum proprietatem et dominium usu retento, prout evangelica testatur ystoria[1], reliquerunt, cum in consilio Christi dato de rebus temporalibus abdicandis abdicatio proprietatis et dominii earum et non usus, ut superius ostenditur, includatur. Si ergo carentia talis dominii ad perfectionem non pertinet nec pauperiorem efficit non habentem, ut dictus hereticus dogmatizat, sequitur quod Christus simulatam et fallacem doctrinam tribuit volentibus ad perfectionem attingere, quod omnia temporalia quoad dominium et proprietatem relinquerent consulendo, et quod Augustinus et Hieronimus doctores ecclesie et alii sancti patres religionum institutores erraverunt, qui dictum Christi consilium sequi volentes abdicationem proprietatis et dominii rerum omnium temporalium sunt professi. Preterea scriptura sacra Levitici ultimo dicit[2]: 'Omnes decime terre sive de frugibus sive de pomis arborum Domini sunt et illi sanctificantur' et Numer. XVIII. loquens de perfectione Levitarum dicit[3]: 'Nichil aliud possidebunt decimarum oblatione contenti, quas in usus eorum et necessaria separavi', in usus inquit et non in dominium. Ex[q] qua scriptura patet quod dominium[q] omnium decimarum sive de pomis sive de frugibus terre, quas res de usu consumptibilibus esse constat, est Dei et usus ministrorum ipsius et liquet quod tale dominium Dei est omni temporali comodo denudatum. Ergo secundum dictam hereticalem doctrinam huiusmodi dominium Dei verbale, simulatum et enigmaticum est censendum, quod dicere vel sentire est hereticum vel insanum. Preterea ecclesia Romana in sacris canonibus docet, quod dominium rerum ecclesie est Dei sive corporis eius mystici quod est ecclesia et usus et dispensatio earum est prelatorum ecclesie et Augustinus in libro de facultatibus ecclesie dicit, quod Dei sunt que ecclesie conferuntur et quod ipse res, sive sint vestes sive alia vasa, sunt ad usum ministrorum eius[4]. Romani etiam pontifices qui actenus fuerunt in rebus temporalibus usu consumptibilibus et non consumptibilibus, que fratribus Minoribus offeruntur, dantur vel conceduntur, dominium ecclesie reservaverunt et retinuerunt, usu tantummodo simplicis facti ipsis fratribus derelicto, diffinientes quod carentia talis dominii est meritoria, sancta et perfecta et quod Christus et apostoli viam perfectionis ostendentes huiusmodi abdicationem dominii docuerunt et quod retentio sive reservatio talis dominii omni temporali comodo denudati cum concessione usus facta pauperibus non est infructuosa domino, cum sit meritoria ad eterna et professioni pauperum oportuna, quodque tanto censetur utilior, quanto commutat temporalia pro eternis, sicut clare patet in determinatione et diffinitione[r] ecclesie in decretali 'Exiit

437. n) non *add.* 2. 3. o) sacra 3. p) *loco* viri perfecti — manifeste obviat et repugnat *(pag. 354 lin. 10)* 3: viri perfecti et cet. ut supra in appellatione parva immediate posita in quinto errore dicte appellationis, quia qui hic error tertius nominatur, ibi quintus nuncupatur. q) Ex — dominium *exc.* 1. r) et diff. *des.* 2.

1) *Matth. 4, 20.* 2) *27, 30.* 3) *18, 23. 24.* 4) *Non inveni.*

qui seminat' in libro VI. sub titulo de verborum significatione inserta et ab universali ecclesia recepta et etiam per generale Vienense concilium approbata, prout in declaratione per ipsum Vienense concilium super hoc edita que incipit 'Exivi de paradiso' plenius continetur[1]. Ex predicto igitur errore sequitur quod ecclesia catholica in predictis erravit ac per consequens in articulum fidei 'et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam', sub quo continetur quod ecclesia catholica non potest errare in fide vel in moribus[2], error predictus vehementer impingit. Unde dicta doctrina est heretica merito iudicanda, tum quia sacre scripture, per quam fidei[s] probantur articuli, contradicit, tum quia errorem ecclesie catholice imponit et eius doctrine et diffinitionibus manifeste obviat et repugnat.

(IV) Quartus error in dicto statuto 'Cum inter nonnullos' sumitur ex eo quod ipse pronuntiavit sive declaravit hereticum fore censendum affirmare deinceps dominum Ihesum Christum eiusque apostolos non habuisse aliqua in speciali nec etiam in communi, insuper hereticum fore censendum[t] affirmare Christo et eius apostolis in hiis que eos habuisse sacra scriptura testatur non competiisse ius utendi nec illa vendendi seu donandi ius habuisse aut ex hiis alia acquirendi. Que quidem dicta de habere et competere iure proprietatis et dominii civilis et mundani, per quod contenditur et in iudicio litigatur, se intellexisse ex pluribus manifestat, tum quia in dicto[u] statuto 'Quia quorundam' expresse improbat sententiam asserentium, quod abdicatio iuris in cuiuscunque rei proprietate et in eius usu, per quod potest sic utens pro usu huiusmodi quomodolibet contendere et in iudicio litigare, est meritoria et sancta et a Christo in se ipso servata apostolisque imposita et ab ipsis sub voto assumpta, et pertinaciter asserit in eodem[v], quod neque Christus huiusmodi expropriationem omnis iuris in cuiuscunque rei proprietate et in eius usu in se ipso servavit nec etiam apostolis imposuit neque ab eis sub voto fuit recepta, adiciens quod evangelica seu apostolica ystoria huiusmodi expropriationem non docet, set ut asserit contrarium evidentius manifestat, tum quia in hoc statuto 'Cum inter nonnullos' evidenter includit, quod Christus et apostoli in hiis rebus, quas habuisse eos sacra scriptura testatur, ius vendendi et donandi et alia ex ipsis acquirendi habuerunt, quod ius a iure humano fuisse introductum manifestum existit, tum quia in dicto statuto 'Ad conditorem' asserit et dogmatizat expresse, quod in rebus usu consumptibilibus usus iuris vel facti non potest a proprietate seu dominio separari nec absque proprietate et dominio constitui vel haberi, quod ius proprietatis[u] testante canone a iure civili et mundano extitit introductum, unde cum scriptura sacra quemlibet eorum habuisse alimenta et vestimenta testetur sive supponat expresse, sequitur secundum eum quod Christus et apostoli non solum in communi, sed etiam in spetiali habuerunt proprietatem et dominium civile et mundanum in rebus, quas ipsos[w] eos habuisse sacra scriptura testatur, tum quia in pluribus aliis de tali iure habendi se intellexisse apertissime declaravit. Ex quibus in duas hereses incidisse deprehenditur evidenter. Prima est[x] quia intellexit, quod Christus et apostoli non solum in communi, set etiam in speciali proprietatem et dominium rerum temporalium habuerunt, quod dictum omnem religionem, qua volens doctrinam apostolicam sequi vovet vivere sine proprio et testante canone[3] in hoc figuram tenet apostolorum, destruit et confundit et omnes religiosos facit proprietarios etiam in speciali et sui voti per consequens transgressores et doctrine evangelice et apostolice et sancte Romane ecclesie et omnium doctorum ecclesie et

437. s) catholice *add.* 2. t) *loco* affirmare — deprehenditur evidenter *(pag. 356 lin. 39)* 3: et cet. ut supra in prefata parva appellatione in sexto errore, quia qui hic quartus error dicitur, ibi sextus nominatur. u) *deest* 2. v) eadem 2. w) eos 2. x) *deest* 2.

1) *c. 3 in VI. de verb. signific. (V, 12) et c. 1 in Clem. de verb. signific. (V, 11).* 2) *c. 9 C. XXIV qu. 1.* 3) *c. 24 C. XVI qu. 1.*

sanctorum patrum institutorum religionum obviat manifeste. Secunda est quod ipse determinationem et diffinitionem sancte Romane ecclesie in preallegata decretali 'Exiit'[y] positam et insertam et per dictum generale Vienense concilium totius ecclesie catholice conprobatam hereticam deinceps censendam iudicavit, in qua decretali ipsa Romana ecclesia in hec verba diffinivit: 'Dicimus quod abdicatio proprietatis omnium rerum tam in speciali quam etiam in communi propter Deum meritoria est et sancta, quam et Christus viam perfectionis[z] ostendens verbo docuit et exemplo firmavit quamque primi fundatores ecclesie militantis, prout ab ipso fonte hauserant, in volentes perfecte vivere per doctrine ac vite ipsorum alveos derivarunt[1].' Unde cum testante canone ecclesia a recta fide et apostolice doctrine traditione deviare non valeat nec errare et hoc ut dictum est ad articulum fidei 'et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam' reducatur, sequitur quod ipse hereticus in[a] ipsum articulum fidei vehementer impingit[b], nec predicte diffinitioni ecclesie evangelica seu apostolica historia contradicit, ut asserit hereticus antedictus, sed potius consonat et alludit. Nam cum beatus Petrus simpliciter et absolute pro se et omnibus apostolis aliis[c] viam perfectionis assumpte demonstrans responderit: 'Ecce nos reliquimus omnia', ut evangelica historia protestatur, et simpliciter et absolute dictum sit generaliter accipiendum, cum ex aliis precedentibus[d] quod aliter accipi debeat nullatenus reperitur, et utramque proprietatem, scilicet singularem et collegialem collegii specialis, quam alteram tantum relinquere perfectius censeatur, sequitur quod integre et perfecte de utroque modo relinquendi, scilicet tam in spetiali quam[e] in communi, qui perfectior est, debet intelligi auctoritas supradicta. Nec hiis obviare dignoscitur, quod in Actibus apostolorum dicitur[2], quod erant illis omnia communia, quia sicut ibidem patet, loquitur de communitate generali et universali credentium et non de speciali communitate sive collegio apostolorum. Nec enim specialis communitatis apostolorum erant illa communia, sed generalis et universalis communitatis fidelium sive credentium. Quod etiam evidenter probat preallegatum capitulum sancti Clementis [c.] XII. quod incipit 'dilectissimis', cum dicit: 'Communis vita omnibus est necessaria, maxime hiis qui Deo inreprehensibiliter militare cupiunt et vitam apostolorum eorumque discipulorum imitari[c] volunt. Communis enim usus omnium que sunt in hoc mundo omnibus esse debuit. Sed per iniquitatem alius dixit hoc esse suum, et alius istud et sic inter mortales facta est divisio. Et sicut non potest dividi aer nec splendor solis, ita nec reliqua que data sunt hominibus ad habendum dividi debere, sed habenda omnia communia. Istius consuetudinis more retento apostoli eorumque discipuli, ut predictum est, una nobiscum et vobiscum communem vitam duxerunt.' Ex quo liquet quod illa que in Actibus apostolorum leguntur fuisse communia, erant communia[c] communitatis generalis et universalis credentium sive fidelium et non specialis communitatis sive collegii apostolorum. Si enim apostoli, qui in dicta multitudine credentium sicut nobilior portio ipsius multitudinis comprehendebantur, habuissent aliqua ipsorum collegio speciali appropriata, constat quod illa toti multitudini credentium communia non fuissent, quia quod est partis, totius non existit. Et cum in illa multitudine nullus haberet proprium, sequitur quod apostoli, qui erant de ipsa multitudine sicut pars eorum, aliquid proprium in singulari[f] vel in[g] ipsorum apostolorum spetiali[h] collegio non habebant. Nec excusat dictum hereticum, quod ipse in dicto suo[i] statuto 'Quia quorundam' dicit Christum etiam quoad proprietatem loculos habuisse infirmis condescendendo, quia ut dicit[k] si Christus in loculis habuisset tantummodo usum facti simplicem, frustra diceretur quod

437. y) qui seminat *add.* 2. z) veritatis 2. a) *deest* 3. b) impegit 1. c) *deest* 2. d) et subsequentibus *add.* 2. e) etiam *add.* 2. f) generali 1. g) *deest* 1. h) spetiali *deest* 2. i) *deest* 2. k) quod *add.* 2.

1) *c. 3 in VI. de verb. signif. (V, 12); cf. supra tom. V p. 735 l. 20 sqq.* 2) *Act. 4, 32.*

in persona infirmorum ipse Christus loculos habuisset, quia non est verum quod Christus condescenderit infirmis in eo, quod propter iniquitatem extitit introductum, scilicet in[l] appropriando sibi res aliquas temporales, ex quo divisiones inter homines nate sunt et in iudicio litigatur, et quod implicat ad peccatum, cum ipse Christus, ut legitur in Iohanne[1], de se loquens dicat: 'Venit enim princeps huius mundi et in me non habet quicquam.' Quod exponens glosa ordinaria[2] dicit: 'Noluit Dominus habere quod perderet. Pauper venit, ne haberet diabolus quod auferret.' Sed si Christus habuisset loculos quoad proprietatem, princeps huius seculi, qui fuit principium omnis iniquitatis, habuisset in eo quod auferre et ipse quod perdere potuisset. Unde non condescendit infirmis in habendo proprietatem, sed quoad actum provisionis in futurum, sicut faciunt infirmi, qui res temporales sollicite congregant, timentes ne eis deficiant in futurum. Et quod Christus proprietatem in loculis non habuerit, probat Hieronymus egregius sancte ecclesie doctor super illud Matthei XVII.[3] 'reges terre a quibus accipiunt tributum', sic inquiens: 'Tante paupertatis fuit Dominus, ut unde tributa solveret non haberet'[4]. Iudas[l*] communia habebat in loculis[5], sed res pauperum in suum usum expendere nephas duxit. Ex quo patet quod Christus loculos quoad proprietatem non habuit, sed quoad dispensationem. Quod etiam insinuat Augustinus, cuius dictum insertum est in decretis in dicta XII.[l] causa[6], dicens sic: 'Habebat Dominus loculos a fidelibus oblata conservans et suorum necessitatibus et aliis indigentibus tribuebat. Tunc primum ecclesiastice pecunie forma est instituta.' Constat autem secundum doctrinam ecclesie in sacris canonibus traditam, quod papa, qui Christi vicem gerit in terris, et episcopi, qui in locum succedunt apostolorum, in pecuniis ecclesiasticis, que loculorum formam gerunt, proprietatem non habent, sed dispensationem. Non enim, ut idem Augustinus[7] testatur, ille res nostre sunt, sed pauperum, quorum procurationem gerimus, non proprietatem nobis usurpatione dampnabili vendicamus. Preterea dato sine preiudicio quod Christus condescendendo infirmis proprietatem in loculis habuisset, per hoc a dicta heretica[m] determinatione non posset aliqualiter excusari. Nam cum pronunciaverit propositionem sive assertionem, que regulariter continet veritatem catholicam in dicta decretali 'Exiit qui seminat' diffinitam, videlicet asserere Christum et apostolos non habuisse aliquid iure proprietatis in speciali nec in communi hereticum fore censendam, hereticus est censendus, esto quod in casu excepto a regula, scilicet[m*] infirmis condescendendo Christus et apostoli in loculis proprietatem habuissent, cum exceptio non annullet regulam, sed potius preterquam in casu excepto confirmat, quam ipse velut hereticam reprobat et condempnat. Ex quo etiam facto se ipsum condempnat, cum alias dudum, antequam hoc statutum hereticum edidisset, orta materia questionis coram eo inter fratres dicti ordinis super quibusdam verbis in dictis decretalibus 'Exiit qui seminat' et 'Exivi de paradiso' contentis, ipse pronuntiavit easdem decretales salubriter editas, solidas, lucidas multaque maturitate digestas, prout in constitutione per ipsum super hoc edita que incipit 'Quorundam'[8] deprehenditur evidenter.

(V) Quintus error est quia ipse dogmatizat[n], quod actus utendi rebus temporalibus in Christo et apostolis et aliis non potuit nec potest esse iustus absque iure utendi civili et mundano, contentioso et litigioso. Quod patet quia dicto prius in statuto 'Cum inter nonnullos[o]', quod asserere Christo et apostolis in rebus, quas eos habuisse sacra scriptura testatur, non competiisse ius utendi[p], vendendi et donandi[q] et cet.[r] est hereticum,

437. l) *deest* 2. l*) quidem *add.* 2. m) sua *add.* 2. m*) *deest* 1. n) in dicto statuto 'Cum inter' *add.* 3. o) *deest* 2. 3. p) et *add.* 2. q) donandi etc. *des.* 2. r) *sic* 1.

1) *14, 30.* 2) *Migne 114, 410.* 3) *17, 24.* 4) *Non inveni.* 5) *Cf. Joh. 13, 29.* 6) *c. 17 C. XII qu. 1.* 7) *Ep. 185 c. 9.* 8) *c. 1 Extrav. Joh. XXII. 14.*

ex eo quia, ut dicit talis assertio, ipsorum Christi et apostolorum usum et gesta evidenter includit non fuisse iusta, postea in statuto 'Quia quorundam' recitans sententiam sive assertionem dicentium, quod propter abdicationem iuris in cuiuscunque rei proprietate et in eius usu usus ad sustentationem nature in Christo et[s] apostolis non fuit iniustus[t], sed tanto iustior atque[u] perfectior[v] et mundo exemplarior, quanto plenius renunciatum est omni iuri, per quod potest sic utens pro usu huiusmodi quomodolibet[w] contendere et[x] in iudicio litigare, respondet idem hereticus, quod dictum huiusmodi impossibilitatem et errorem evidenter[y] includit, adiciens quod absurdum et erroneum est dicere, quod actus aliquis non habentis ius actum huiusmodi faciendi sit iustior et Deo acceptior quam habentis. Qui quidem error scripture sacre et sanctorum patrum sententiis obviat manifeste. Nam Christus in evangelio apostolis et suis discipulis eum perfecte sequi[z] volentibus inhibuit contendere et in iudicio litigare propter huiusmodi[a] actuum imperfectionem, dicens Matth. V: 'Qui vult tecum in iudicio[b] contendere et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium'[1] et Luc. VI: 'Ab eo qui aufert tibi vestimentum et tunicam noli prohibere, et qui aufert que tua sunt, ne repetas'[2], qui actus contendendi et litigandi implicant ad peccatum. Unde apostolus I. ad Corinth. VI. scribens dicit: 'Iam quidem omnino delictum est in vobis, quia iudicia habetis inter vos'[3]. Ex quibus clarius luce[c] patet quod iter perfectionis aggredi volentibus expedit a se penitus abdicare omne ius civile et mundanum, per quod potest quis in iudicio litigare, et per consequens constat quod ex abdicatione huiusmodi iuris actus utendi rebus temporalibus in ipsis viris perfectis non fuit nec est censendus illicitus vel iniustus. Unde et apostoli ius huiusmodi civile et mundanum in rebus omnibus[d] reliquerunt, cum dictum: 'Ecce nos reliquimus omnia'[4] sunt professi[e]. Ex predicto[f] igitur[g] errore sequitur quod aut doctrina Christi fuit fallax et deceptoria aut ipse, si tale ius habuit, fuit imperfectus, quod de Christo sentire nephas est[h] et blasphemia manifesta. Ex predictis etiam constat eum in tanta cecitate[i] fore[k] prolapsum, quod se ipsum dampnat. Nam in statuto 'Ad conditorem' ut dictum est sententiat et diffinit, quod in rebus usu consumptibilibus non reperitur ius utendi nec ipsis uti contingit, sed abuti. Et hic[l] asserit et diffinit, quod actus sine iure utendi non potest aliqualiter esse iustus et quod oppositum dicere hereticum est censendum. Et sic se ipsum fore[m] hereticum proprio iudicio manifestat.

(VI) Sextus error[n.o] est quia in dicta constitutione 'Quia quorundam' in dubium revocat sive negat, quod Christus precepit apostolis ne portarent pecuniam, quando misit eos ad predicandum, asserens quod apostoli post reditum a predicatione pecuniam portaverunt et quod hoc evangelica veritas et apostolica dicta testantur. Qui error scripture sacre et sanctorum doctorum ecclesie sententiis obviat manifeste, sicut patet Mathei X. ibi[5]: 'Hos XII misit precipiens eis et dicens: Nolite possidere aurum et argentum neque pecuniam in zonis vestris', et Marci[p] VI. ibi[6]: 'Et precepit eis, ne quid tollerent in via, non peram nec in zona es', et Luc. VIIII. ibi[7]: 'Nichil tuleritis in via neque peram neque pecuniam.' Et doctores ecclesie asserunt quod apostoli ex huius-

437. s) in *add.* 2. t) *loco* n. i. 2: iniustus; non iustus 3. u) et 3. v) et Deo acceptior *add.* 3. w) *deest* 2; quandolibet 3. x) vel 2. y) vehementer 1. z) sequi perf. 3. a) hanc 3. b) in iud. tecum 2. c) luce clarius 3. d) tunc *add.* 2. e) prof. sunt 3. f) dicto 2. g) huiusmodi 1. h) nef. est sent. 3. i) tantam cecitatem 3. k) fuisse 2. 3. l) hoc 2. m) fore ips. 1. n) *loco* Sextus error — solenniter ascribendo *(pag. 359 lin. 26)* 3: Sextum, septimum et octavum errores quere in supradicta parva appellatione, quia idem sunt de verbo ad verbum cum illis, hoc excepto quod qui hic est sextus error ibi septimus conputatur, qui hic septimus ibi octavus et qui hic octavus ibi nonus, et totum continuatur usque ibi 'sanctorum cathalogo sollempniter asscribendo'. o) contentus in dicta constitutione 'Quia quorundam' *ponit hic* 2. p) Mat. *male* 1.

1) *5, 40.* 2) *6, 29.* 3) *6, 7.* 4) *Matth. 19, 27.* 5) *10, 5. 9.* 6) *6, 8.* 7) *9, 3.*

modi precepto constricti etiam post reditum a predicatione pecuniam non portaverunt. Unde Augustinus in libro[q] de mirabilibus sacre scripture[1] dicit sic: 'In excusatione elemosyne et paupertatis professione Petrus paralitico dixit: 'Surge et ambula'[2], illud magistri preceptum servans: 'Nolite possidere aurum neque argentum'. Hec Augustinus. Et Ambrosius[3] super illud 'Nichil tuleritis in via' dicit sic: 'Petrus apostolus dominice executor sententie ostendens non in vacuum effusa Domini precepta, cum posceretur a paupere, ut aliquid ei pecunie largiretur, ait: 'Argentum et aurum non habeo'[2]. Et tamen non tam in hoc gloriatur Petrus, quod aurum et argentum non habeat, quam quod servet Domini mandatum qui precepit: Nolite possidere et cet.' Hec Ambrosius. Et glosa ordinaria[4] super illud Actorum III. 'Argentum et aurum non est michi'[2] dicit sic: 'Memor[es] illius precepti 'Nolite possidere aurum etc.' et pecuniam que ad pedes apostolorum ponebatur non sibi recondebant, sed ad usus[r] pauperum qui sua patrimonia reliquerant reservabant'. Hec glosa. Et super illud Actorum IIII. 'Ioseph agrum vendidit et pretium posuit ante pedes apostolorum'[5] glosa ordinaria[3] dicit sic: 'Destituendum probat quod tangere devitat et docet calcandum esse aurum, quod subdit gressibus apostolorum'. Ex quibus auctoritatibus clare patet quod Petrus apostolus non solum post reditum a predicatione, ad[s] quam Christus apostolos misit[t], sed etiam post resurrectionem, quando non ibat actu ad predicandum, sed ad orationem in templum, sicut Actorum III. dicitur, ascendebat, ex dicto precepto Christi astrictus pecuniam non portabat. Et per consequens quod non solum quando ibant ad predicandum, sed simpliciter et absolute, ne pecuniam portarent, fuit apostolis sub precepti districtione prohibitum. Et Chrysostomus[3] super illud Iohannis[6] 'Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Ihesus: Eme que necessaria sunt' dicit sic: 'Nimirum quia nullus apostolorum pecuniam deferebat. Sed per hoc quod hic dicit occulte insinuat, quod quedam mulieres eum de suis facultatibus nutriebant[u]. Qui autem non peram, non es iubet deferre, loculos habebat ad inopum ministerium, ut discas, quoniam valde pauperem et mundo crucifixum huiusmodi oportet partis multam facere procurationem. Multa enim ad nostram dispensans doctrinam agebat.' Hec Chrysostomus. Hoc asserunt etiam et probant alii doctores ecclesie[v], sicut ex ipsorum auctoritatibus habetur, que brevitatis causa dimictuntur.

(VII) Septimus error[w] est quia idem hereticus de clavibus ecclesie male sentiens in dicto suo hereticali statuto 'Quia quorundam' in dubium revocat sive negat clavem scientie ecclesie catholice fore clavem, maxime cum recitet super hoc opiniones contrarias et diversas nec affirmet et asserat in ecclesia esse clavem scientie, ymo ad partem quod non sit in ecclesia clavis scientie declinare videtur, cum dixit quod Salvator noster[x] in promissione clavium facta beato Petro hoc sentisse videtur expresse, cum immediate post illam promissionem subiunxerit[7]: 'Quodcunque ligaveris super terram, erit legatum et in celis' et cet.[y], nulla de scientia habita mentione. Hec verba ipsius, que sacre scripture et sanctorum doctorum ecclesie sententiis et doctrine[z] catholice contradicunt, quod evidenter patet Luce XI, ubi Salvator dicit[8]: 'Ve vobis legisperitis, qui tulistis clavem scientie, ipsi non introistis et eos qui introibant prohibuistis', et Rabanus exponens illud evangelii 'Et tibi dabo claves regni celorum'[7] dicit sic: 'Claves autem[a] regni celorum ipsam discretionem et potentiam nominat, potentiam, qua liget vel solvat, discretionem, qua dignos vel indignos discernat'[9]. Hec Rabanus. Et in decretis XX.

437. q) in libro *des.* 2. 3. r) usum 2. s) ante 2. t) miserit 2. u) mittebant 2. v) *deest* 2. w) contentus in dicta constitutione 'Quia quorundam' *ponit hic* 2. x) *deest* 1. y) quodcunque solveris super terram, erit solutum et in celis 2. z) ecclesie *add.* 2. a) *deest* 2.

1) *III, 16.* 2) *Act. 3, 6.* 3) *Non inveni.* 4) *Migne 114, 434.* 5) *4, 36.* 6) *Ioh. 13, 29.* 7) *Matth. 16, 19.* 8) *11, 52.* 9) *Comm. in Matth. V, 16.*

dist. dicitur sic[1]: 'In negociis diffiniendis non solum est necessaria scientia, set potestas. Unde Christus dicturus Petro 'Quodcunque ligâveris et cet'[1]. prius dedit sibi claves regni celorum, in altera dans ei scientiam discernendi inter lepram et lepram, in altera dans sibi[b] potestatem eiciendi aliquos ab ecclesia vel recipiendi'[2]. Hec ibi. Ex quibus clare liquet quod clavis scientie est una clavis ecclesie distincta a clavi potentie et quod contra dicere scripture divine et doctrine ecclesie catholice obviat manifeste.

(VIII) Octavus error est quia ipse in dicto statuto 'Quia quorundam' etiam dogmatizat, quod summus pontifex in hiis que ad fidem et mores pertinent potest suorum predecessorum diffinitiones et dicta revocare et eius contrarium statuere, quod decernitur in eisdem. Qui error expresse doctrine sanctorum patrum et sacrorum canonum et fidei catholice obviat et repugnat, sicut patet per ea que legimus in decretis ca. XXV.[c] cap. 'contra statuta patrum' et cap. 'si ea destruerem'[3] et in pluribus aliis capitulis hoc poterit reperiri, et XV. dist. cap. 'sicut sancti'[4] et Ext(ra) de statu monachorum cap. 'cum ad monasterium'[5] in fine. Ex quo errore totius fidei et auctoritatis ecclesie destructio sequeretur, quia sequeretur quod quilibet Romanus pontifex posset revocare et destruere omnia in fide et moribus a suis predecessoribus diffinita et sic tota auctoritas ecclesie vacillaret et in fide et moribus foret instabilis et infirma. Unde dicta doctrina est heretica iudicanda, quia in articulum fidei 'et unam sanctam ecclesiam catholicam[d]' evidenter[e] impingit. Et si in decretali 'Exiit qui seminat' et in doctrina et vita Christi et apostolorum et in approbatione status et regule fratrum Minorum et in concilio Viennensi, quod ipsam decretalem approbavit, concederetur erratum, sequeretur quod tota ecclesia erravit in fide male de vita et doctrina Christi et apostolorum eius diffiniendo et in moribus statum secundum eundem hereticum illicitum et simulatum ac fundatum in doctrina evangelice veritati contraria approbando et sanctum Franciscum et alios sanctos de ordine fratrum Minorum, qui in huiusmodi vite et doctrine professione finierunt dies suos, approbando tamquam sanctos et sanctorum cathalogo solenniter ascribendo.

3. Plures etiam alie hereses tam in dictis statutis[a] hereticalibus quam in aliis assertionibus factis atque gestis heretici sepedicti continentur, quibus esse convincitur irretitus, que in ordinationibus nostris super hiis editis[6] ac etiam in appellationibus tam per nos[7] quam pro parte totius ordinis fratrum Minorum ac notabilium magistrorum in sacra pagina ipsius ordinis consilio et assensu[8] contra dictum hereticum et eius statuta[f], gesta et facta solemniter interiectis seriosius explicantur et in allegationibus[g] divini et humani iuris super hiis factis rationibus efficacibus convincuntur[h], quas omnes seriatim presentibus explicare prolixum nimium videretur. Quamobrem ex quo incepit dicta hereticalia statuta condere[i] et publice divulgare et pertinaciter defensare[k], in heresim est prolapsus[l] et fuit omni ecclesiastica dignitate, auctoritate et potestate[m] ipso facto privatus nec est necesse quod accusetur vel dampnetur per aliquem. Nam sicut legitur in decretis XXIIII. cap.: 'Dicimus omnes hereticos nichil habere potestatis ac iuris'[9] et 'Quicunque in heresim dampnatam labitur, in ipsa dampnatione se ipsum involvit'[10], ubi dicit glos.[n] or.: 'Hic enim casus est, in quo etiam papa canonem late sententie incidit ipso iure'. Nec hiis[a] obviat illa regula: 'Par parem non[o] potest solvere vel ligare', quia papa hereticus minor est quocumque catholico. Lex enim ipsum factum notat et[p] con-

437. b) ei 2. c) q. I *add.* 2. d) cath. et ap. eccl. 2. e) vehementer 2. f) et *add.* 2. g) et in allegationibus *deest* 1. h) convincantur 3. i) contendere 1. 2. 3. k) defendere 2. 3. l) lapsus 3. m) dign. pot. auct. 3. n) ubi dicit gl. *des.* 2. o) nec 2. p) atque 2; sive 3.

1) *Matth. 16, 19.* 2) *Di. XX.* 3) *c. 7 C. XXV qu. 1 et c. 4 C. XXV qu. 2.* 4) *c. 2 Di. XV.* 5) *c. 6 X de statu monach. (III, 35).* 6) *Supra nr. 436.* 7) *Supra tom. V nr. 909. 910.* 8) *Cf. K. Müller 'Einige Aktenstücke u. s. w.' in 'Zeitschrift für Kirchengesch.' VI (1884) p. 69 sqq.* 9) *c. 31 C. XXIV qu. 1.* 10) *c. 1 ibid. cum glosa.*

dempnat[q], et in eadem causa dicitur quod 'ex quo aliquis cepit publice predicare aliquid contra fidem, nec deiicere quemquam valet nec dampnare'[1]. Liquido enim constat eum, qui ab integritate fidei recessit, maledicendi vel benedicendi potestatem minime habere, catholicum[r] utpote se superiorem maledicere etiam non valet, alienum a fide tanquam sibi equalem. Ipso enim facto sententiam excommunicationis et condempnationis incurrit etiam per sacrum generale concilium ecclesie catholice sub titulo 'de hereticis' positum adversus omnem heresim et credentes, defensores[s] et fautores pravitatis heretice promulgatam[2] omnesque catholici ab ipsius communione heretici non expectata alia dampnatione recedere sunt astricti. Unde legitur in decretis[3], quod Anastasius papa II. natione Romanus fuit temporibus Theodorici regis et eodem tempore multi clerici se ab eius communione abegerunt, eo quod communicasset Fotino qui communicaverat Achatio heretico, et quia voluit occulte revocare Achatium et non potuit, divino iudicio fuit percussus. Nec talis apostolicus[t] sed apostaticus proprie loquendo dici debet licetque non solum clericis, sed etiam laicis talem apostolice sedis invasorem etiam humano auxilio ab apostolica sede repellere tanquam invasorem et illicitum detentorem. Manifesta etiam notoria clamore accusatoris non egent et manifestus hereticus dicitur, qui contra fidem catholicam publice predicat, profitetur vel docet aut defendit errorem[t].

4. Zelus igitur fidei et fervor compassionis animarum excitare debent corda omnium, qui Christi nomine gloriantur et sancte Romane ecclesie finibus continentur, ut contra dicti heretici insaniam quasi publicam pestem valenter exurgant nec eum patiantur in sede apostolica permanere, quem adversus fidem catholicam conspiciunt insanire et sanctam Romanam ecclesiam matrem fidelium erroribus, blasphemiis, divisionibus, guerris, seditionibus et persecutionibus conturbare ac etiam pro viribus cotidie laniare, qui divitias ad christianitatis destructionem etiam per symoniacam pravitatem et diversos dolos in saccum pertusum[4] congregat, qui veris catholicis et christianis fidelibus falso et malitiose crimen heresis aut favoris seu defensionis hereticorum seu heretice pravitatis indifferenter imponit et eos de facto excommunicat, deicit et condempnat et pravis suis exemplis et gestis multos ad exorbitandum a fide et ab ecclesia impellit et inducit et testante canone pari modo censeri debet a veritate fidei catholice deviare, cum aut in se exorbitat a fide aut alios exemplo vel verbo deicit aut ad exorbitandum inducit. Frustra igitur[u] christiano nomine uti videntur, qui talibus impietatibus non resistunt, cum error cui non resistitur approbetur et negligere, cum possis[v] perturbare perversos turpius[w] sit quam fovere nec careant scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desinunt obviare, et non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt, participes iudicantur[x].

5. Nos igitur ad culmen imperialis dignitatis disponente Domino sublimati, attendentes sacris canonibus fore cautum, quod per regnum terrenum celeste regnum proficit, ut qui intra ecclesiam positi[y] contra fidem et disciplinam insurgunt[z], rigore principum conterantur ipsamque disciplinam, quam utilitas ecclesie exercere non prevalet, cervicibus superborum potestas principalis imponat, et non valentes neque volentes tales[a] ac tam graves insolentias, errores pestiferos detestabiles, blasphemias et scismata et dampna ac pericula universali ecclesie ex predicti Iacobi heretici erroribus et pravis oppositionibus[b] eminentia in Creatoris iniuriam et populi christiani pernitiem aliquatenus tollerare, de communi consilio et assensu cleri et populi Romani et ecclesie prelatorum nostrorumque

437. q) dampnat 2. 3. r) namque *add.* 3. s) *deest* 2. t) *loco* apostolicus sed — defendit errorem *(lin. 13—17)* 2: etc. ut supra in appellatione brevi usque defendit errorem. u) ergo 3. v) possit 3. w) nichil aliud 2. 3. x) videntur 2. y) *deest* 1. z) agunt 2. 3. a) *deest* 2. b) operationibus 2. 3.

1) *Cf. c. 35 C. XXIV qu. 1.* 2) *c. 13 X de haeret. (V, 7).* 3) *c. 9 Di. XIX.* 4) *Cf. Aggaei 1, 6.*

principum tam Alamannorum[c] quam Ytalicorum et copiose multitudinis fidelium nobis assistentium, inducti etiam ex pluribus supplicationibus et requisitionibus nobis cum instantia sepe factis per syndicos ipsius cleri et populi Romani habentes ad hoc plenam et liberam potestatem et speciale mandatum, sicut constat per publica documenta sigillis auctenticis prefati cleri et populi[d] communita[1], quas supplicationes et requisitiones tanquam rationabiles et in favorem fidei catholice factas duximus admittendas, denunciamus et declaramus, pronunciamus et publicamus prefatum Iacobum de Caturcho, ex quo ut dictum est contra fidem catholicam publice[e] asseruit[f] et statuit predicta et ea manifeste et notorie promulgavit et publicavit et pertinaciter pro viribus defensavit, fuisse et esse censendum hereticum notorium et manifestum et[g] tam pontificali quam omni alia dignitate ecclesiastica, potestate et auctoritate privatum et omnibus sententiis et penis contra hereticos per constitutiones canonicas et civiles prolatis, statutis et impositis subiacere et ipsum Iacobum tanquam hereticum notorium et manifestum[g] et excommunicatum ab omnibus catholicis evitandum. Et quia de facto[h] se gerit pro papa, ipsum privamus et deponimus sive privatum et depositum nunciamus[i] et omnes sententias[k] et processus omniaque per ipsum auctoritate papali sive pontificali a dicto tempore citra facta et gesta nullos et nulla fuisse nulliusque roboris et firmitatis existere.

6. Insuper universis et singulis sub nostro imperio degentibus, cuiuscumque status, dignitatis aut conditionis existant, districte precipimus et mandamus, quatinus nullus dictum Iacobum de Caturcho hereticum excommunicatum et omni dignitate, potestate et auctoritate privatum de cetero habeat, reputet sive teneat sicut papam nec eidem pareat sive obediat tanquam pape nec in hoc[l] prestet sibi auxilium, consilium et[m] favorem publice vel occulte nec eius processus aut sententias, precepta vel interdicta a dicto tempore citra prolata presumat observare nec eidem tamquam pape aut[n] eius nuntiis obedire. Qui[o] autem contra facere presumpserit vel venire, eum omnibus feudis que ab[p] imperio tenet ac omnibus gratiis, privilegiis, libertatibus et immunitatibus a nobis vel predecessoribus nostris eidem concessis privamus. Ad quas penas omnes contrafacientes post mensem a publicatione presentium quoad Italicos et post duos menses quoad alios nostro subiectos imperio astringi volumus et artari.

In quorum omnium testimonium atque fidem presentem processum conscribi precipimus[q] et nostre imperialis maiestatis[r] bulla aurea signoque nostro imperiali solito iussimus[s] communiri.

Dat. et act. in urbe Roma[t] in platea publica extra basilicam Sancti Petri, presentibus clero et populo Romano ac multis aliis principibus tam ecclesiasticis quam secularibus, episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus et baronibus ibidem nobis assistentibus, XVIII. die mensis[s] Aprilis, anno[u] Domini millesimo trecentesimo XXVIII[v], indictione XI, regni nostri[w] anno XIIII, inperii vero[x] primo.

438. *Constitutio super residentia pontificis.* *Apr. 23.*

Servatur in codicibus 1 *Pl. XVII, 29 bibliothecae Laurentianae, de quo v. supra ad nr. 435, fol. 17'; contulimus nos;*

2 *R. 26 bibliothecae Vallicellianae, de quo v. supra ad nr. 436, fol. 310; cancellata*

437. c) Almanorum 2. d) Romani *add.* 2. 3. e) *deest* 2. 3. f) asserit 2. g) et tam — manifestum *(lin. 13) exciderunt* 1. h) *loco* quia de facto 2. 3: in quantum. i) denunciamus 3. k) penas 3. l) in hoc *des.* 2. 3. m) vel 2. n) pape aut *des.* 2. o) Quicumque 2. p) ipso *add.* 2. q) precepimus 3. r) potestatis 2. s) *deest* 3. t) Romana 3. u) ab incarnatione *add.* 2. v) MCCC 2; vicesimo octavo 3. w) *deest* 2. x) anno *add.* 2.

1) *Servata non sunt.*

est; in medio aliqua desunt; contulimus nos; ed. Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 68 nr. 112 ex 2.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 60 nr. 994.

[L]udovicus[a] Dei gratia Romanorum imperator[b] semper augustus. Ad perpetuam rei memoriam.

Semper cum Dei auxilio omnem providentiam facientes studemus[c] omnes nostros subiectos, quorum regimen[d] tradidit nobis Deus, illesos[e.1] et sine calumpnia custodire et Romanam precipue urbem sacram[f], que[g] antiquitus regum[h] originem sortita[i] est et summi pontificatus apicem apud eam esse a nemine dubitatur, quem quidem[g] principatum Salvator noster in beato[k] Petro apostolorum omnium summo principaliter collocavit, ut ab ipso quodam[l] quasi capite dona sua velut in corpus omne transfunderet, cui Salvatoris nostri miranda[m] provisio beatum Paulum in apostolatum genitum per dexteram sotietatis adiunxit, qui ambo[g] urbem Romanam in hanc gloriam[n] produxerunt[o], ut sic[p] populus electus et civitas sacerdotalis et imperialis[q] per sacram beati Petri sedem capud[l] totius orbis vocaretur[r] effectu[s]. Sane prefatam sedem sacram respicientes divinitus institutam et[r] a suis quandoque pastoribus temere derelictam, ex quorum absentia diuturna quanta sedi prefate et urbi Romane ac universali ecclesie sancte Dei discrimina et pericula obvenerint[t] et in posterum obvenire verisimiliter presumatur, ipsa magistra rerum efficax experientia manifestat, digne itaque ad Urbem ipsam[g] eiusque regimen[u] aciem nostre considerationis extendimus, ut felici ducta[v] regimine preservetur a noxiis et optatis proficiat incrementis. Proinde officii nostri debitum circa eam[w] propter[x] periculosos eventus ad libram moderaminis erigentes de principum et[y] procerum nostrorum consilio hac in perpetuum valitura constitutione una cum clero et toto populo Romano sancimus, ut quicunque[y] in posterum prefata sede vacante, prout presentialiter vacare dignoscitur, ad apicem summi pontificatus erit per electionem vel alio quocunque modo assumptus, quod talis huiusmodi summus pontifex in urbe Romana continuam residentiam facere teneatur nec extra Urbem predictam seu per duas vulgares dietas longe ab ipsa Urbe absque[z] cleri et populi Romani petita licentia et obtenta se absentare valeat ullo modo[z], nichilominus tamen[x] in casu premisso in Urbe prefata sede cum consistorio remanente. Si vero talis summus pontifex contra prescriptam formam se absentare presumpserit et a clero populoque Romano tertio monitus infra terminum eidem per dictum clerum et populum[a] moderandum ad urbem Romanam celeriter non redierit[b], ibidem ut premittitur continue moraturus, ipso iure pontificatus sui honore et dignitate presentis constitutionis[c] auctoritate volumus fore privatum, decernentes ad alterius summi pontificis electionem procedi debere, acsi per mortem ipsius naturalem de alio electionem fieri immineret.

Dat.[d] Rome apud Sanctum Petrum, sub sigillo maiestatis nostre, anno Domini millesimo[e] CCCXXVIII, indit. XI, die XXIII.[f] Aprilis[g], regni nostri anno XIIII, imperii vero primo.

---

438. a) [L]Odoycus 1. b) et *add.* 2. c) studeamus 2. d) regimē 1. e) inlesos 2. f) scām 2. g) *deest* 2. h) legum 2. i) *loco* sortita est 2: est secuta. k) Francisco *sequ. del.* 2. l) *supra lin. add.* 2. m) miseranda 2. n) regulam 1. o) produxerunt 2. p) si 2. q) et imp. *des.* 2. r) *deest* 1. s) effecta 1. t) obvenerunt 2. u) regnum 2. v) circumdata 2. w) tam 2. x) *deest* 2. y) et — quicunque *(lin. 24) exciderunt* 2. z) *loco* absque — modo 2: possit ullo modo absentare absque cleri et populi Romani petita licentia et obtenta. a) et populum *des.* 1. b) non red. cel. 2. c) et *add.* 2. d) Data 2. e) M 2. f) mensis *add.* 2. g) ind. XI. *add. hic* 2.

1) *Cf. Nov. 80 pr.*

439. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD IOHANNEM CARDINALEM LEGATUM.

1328. Apr. 15.

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom.* 114^{II} *fol. 110 nr. 1268. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 373 nr. 999 ex* c. *Böhmer, Reg. Ludw. p. 221 Päbste nr. 75.*

Eidem legato[1].

Ad nostri apostolatus auditum hiis diebus fama publica divulgante pervenit, quod illi duo nequam homines Marcilius de Padua et Iohannes de Ianduno heretici manifesti et per nos dudum de fratrum nostrorum consilio de heresi sententialiter et publice condempnati, audito quod Ludovicus olim Bavarie dux et discorditer in regem Romanorum electus, qui suis horrendis excessibus et gravibus culpis exigentibus excommunicatus ac iure, si quod ei ex predicta electione ad regnum Romanum vel imperium forsitan competebat, necnon ducatu Bavarie ac comitatu palatino Reni et iure quocumque habendi vocem in electione regis Romanorum in imperatorem promovendi iusto iudicio privatus extitit et de heresi sententialiter et publice condempnatus, Urbem intraverat et in ea suam tyrannidem exercebat, ad Urbem ipsam se personaliter conferentes hereses publice predicare presumunt dictusque Marcilius pretextu vicariatus, quem ibidem sibi per dictum L(udovicum) commissum asserit, tam contra clericos, quia nolunt interdictum, cui propter dicti L(udovici) presentiam subiacere processuum nostrorum auctoritate Urbs predicta noscitur, violare quam eorum cognatos et affines in nostram offensam procedere inmaniter non veretur. Nos autem periculis et scandalis, que fidei et fidelibus ex premissis proventura feruntur probabiliter, obviari salubriter cupientes discretioni tue per apostolica scripta precipimus et mandamus, quatinus cum ad Urbem predictam per scevam et dampnatam dicti L(udovici) tyrannidem suorumque complicum occupatam tutus accessus ad presens non pateat, Romanum populum et eos, qui rectorum et gubernatorum ipsorum gerunt officium, quocunque nomine censeantur, per publici propositionem edicti in locis publicis, de quibus videbitur et sit verisimilis presumptio, quod ad eorum pervenire valeat notitiam, moneas efficaciter et inducas, ut ipsi predictos Marcilium et Iohannem hereticos capiant et tute custodiant subdendos, sicut iura precipiunt, ecclesiastice discipline, si penas vitare curaverint, quas incurrunt talium contemptores.

Dat. Avinion(e), XVII. Kal. Maii anno duodecimo.

In eundem modum eidem legato suppressa ultima clausula 'Si penas etc.' Dat. ut supra.

440—442. LUDEWICI SCRIPTA PRO BURCGRAVIO NORIMBERGENSI ITERATA.

1328. Apr. 22.—Mai. 16.

440. *Scriptum super castro Stauff.* *Apr. 22.*

Originale deperditum. — Ed. P. D. Longolius 'Abhandlungen der churf.-baier. Akademie' VII (1772) p. 48 sq. (= 'Monumenta Zollerana' II, 422 nr. 647). Editionem repetimus. Böhmer, Reg. Ludw. p. 60 nr. 984.

1) *Scil.* Dil. fil. Iohanni Sancti Theodori diacono cardinali apostolice sedis legato.

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus universis et singulis, ad quos presentes devenerint graciam suam et omne bonum.

Quam magis intenta solicitudine et cura vigili fideles et subditi nostri fructuosis obsequiis nostra respiciunt beneplacita intenduntque commodis, tanto maiori remunerationis beneficio eisdem obligamur et tenemur pro iuribus ipsorum augendis et honoribus ampliandis. Sane cum nobilis vir Fridericus burggravius de Nuremberch noster et imperii fidelis dilectus secretarius more progenitorum suorum per actus bellicos, sana consilia aliaque virtutis opera nobis et divis nostris predecessoribus Romanorum imperatoribus et regibus hactenus multiplicia impenderit obsequia fructuosa et denuo continuis studiis non desinat incessanter, prout vera nos experientia certos fecit, eorundem intuitu et consideratione sibi suisque heredibus ab eo legitime descendentibus decernimus, intendimus et volumus de imperatorie maiestatis clementia gratiam facere specialem, locum, aream seu montem castri Stauff per inclite recordationis dominum Heinricum imperatorem predecessorem nostrum dilapidatum, destructum et devastatum cum omnibus iuribus et pertinentiis ad dictum montem pertinentibus sibi suisque heredibus predictis iusti et veri feodi titulo possidendi perpetue conferimus et contulimus presentium testimonio litterarum, nichilominus sibi auctoritatem, facultatem liberam et plenam licentiam in eodem loco castrum faciendi, construendi et edificandi ipsumque muris, fossatis aut aliis quibuslibet munimentis, quibus alia castra seu munitiones muniri sunt solite, muniendi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre collationis paginam infringere vel ei ausu temerario quomodolibet contraire. Si quis vero hoc attemptare presumpserit, indignationem nostram et gravem nostre maiestatis offensam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et bulla nostra aurea cum imperiali signo et annotatione subscriptorum testium iussimus communiri, videlicet Rudolfi ducis Bawarie principis et patrui nostri karissimi, Heinrici ducis Brunsvicensis, Ludewici ducis de Tekke, Ulrici lantgravii Alsacie, Meinhardi comitis de Ortenburch, Ottonis de Orlamunde comitis, Chunradi de Truhendingen comitis, Chunradi de Sluzzelberg, Andree et Gotfridi de Brunecke.

Datum et actum Rome apud Sanctum Petrum, vicesimo secundo die mensis Aprilis, indictione undecima, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

441. *Facultas civitatis muniendae.* *Apr. 22.*

Originale in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 359. Contulimus nos. Sigillum pendet filis sericis rubei flavique coloris.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 60 nr. 989.

Cf. l. c. nr. 985—988. 990—992.

Ludewicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus singulis et universis, ad quos presentes pervenerint graciam suam et omne bonum.

Imperialis preeminencie requirit et exigit celsitudo, ut singulos et universos devote nobis et fideliter famulantes condignis premiorum debeamus remuneracionum largicionibus prevenire, ut spe remuneracionis ceteri ad nostrum et imperii ulteriora obsequia eo fervencius et confidencius animentur. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos advertentes devocionem et fidelitatem dilecti nobis fidelis secretarii Friderici purcgravii de Nuremberch suisque in hac parte peticionibus annuentes eidem auctoritatem, facultatem et plenum posse damus, concedimus, dedimus et concessimus construendi, edificandi et faciendi civitatem munitam in Katzendorf ipsamque muris, fossatis et quibuslibet ceteris munimentis, quibus muniri cetere sunt solite civitates,

impedimento nullo nec condicione aliqua prorsus obstante firmiter muniendi ibidemque iudicium sanguinis cum singulis suis ad id spectantibus neccessariis habendi iudicemque ponendi, qui super universis casibus et excessibus saltem ad seculare iudicium respectum habentibus, corpus, mutilacionem membrorum, bona sive res attingentibus iudicandi plenariam habeat facultatem, ebdomodale forum in eadem civitate, quocumque die id attemptandum et visitandum decreverit, proclamandi et nichilominus celebrandi. Volentes siquidem dictam civitatem Katzendorf uti, frui et gaudere omni iure, libertate, emunitate et gracia, quibus civitas Nuremberch exnunc utitur, hactenusque gavisa et usa est aut uti, frui vel gaudere poterit in futurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi maiestatisque nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, vicesima secunda die mensis Aprilis, indictione undecima, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

442. *Cessio iurium imperii.* *Mai. 16.*

Originale ibidem KLS nr. 361. Contulimus nos. Sigilli fragmentum pendet filis sericis rubei flavique coloris.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 61 nr. 997.

Wir Ludewig von Gots gnaden Romischer chæyser zu allen ziten merer des reychs tůn chunt allen den die disen brief ansehent oder horent lesen, daz wir haben angesehen die genemen und nutzen dienst, die uns und dem reyche der edel man Friderich burggrave von Nurenberch unser lieber getriwer haimlicher von langen ziten untz her getan hat und furbaz getůn mag, und habn im und sinen erben, die elich von sinem libe chomen, unser und des reychs reht an den wyæyr, der da hæyzet an dem Vispache und vor dem Nurenberger forste und bi dem Galgenhove gelegen ist, verlihen und verlihen ez in von unserm kæyserlichem gewalte mit disem gegenwertigen brieve, also daz sî die selben reht innemen, besitzen und niezen sullen geruweclich und an hindernusse von uns und dem reych ewiclich zu lehen. Und dar uber zu urkunde und sicherre bestetigunge geben wir in disen brief versigelten mit unserm kæyserlichem insigel daz dar an hanget.

Der brief ist geben ze Rome, an dem nehsten Montage nach dem Aufartage, da man zalt von Cristes gepurt dreutzehenhundert jar dar nach in dem ahtundzwæyntzigstem jare, in dem viertzehenden jare unsers reychs und in dem ersten unsers kæysertumes.

---

443. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE ROBERTO REGI SICILIAE LEGATISQUE MISSAE. 1328. Apr. 28.

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 114 II fol. 222 nr. 2020. Descripsimus nos.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 221 Päbste nr. 76.

Cf. infra nr. 445—449.

Roberto [regi Sicilie].

Per litteras tam nonnullorum principu[m vocem] in electione regis Roman(orum) habencium [quam aliorum] percepimus nunciorum quod principes ecclesias[tici et se]culares in electione regis Romanorum vocem [haben]tes in novissima congregatione sua vi[delicet

Apr. 12. Mai. 31. die] Martis post octabas Resurrectionis domini[ce proximo preterite] diem Martis post octabas in[stantis] festi Pentecostes ad electionem celebran[dam in] loco solito pro peremptorio termino assigna[runt], ad eam procedere favente Domino intende[ntes.

Dat.] Avinion(e), IIII. Kal. Maii, anno duodecimo.

In e(undem) modum .. legato Lombardie.

In eundem modum .. legato Tuscie.

---

444. LUDEWICI CONSTITUTIO SUPER EPISCOPATU FERRARIENSI.

1328. Mai. 1.

Originale (or.) *in tabulario Vaticano 'Arm. XV fasc. 6 nr. 51' signatum. Contulimus nos. Sigillum, quod filis sericis pendebat, iam desideratur. Orthographiam servavimus. — Ed. Theiner 'Codex diplom. dominii temporalis s. sedis' I, 556 nr. 729 ex* or.*; Riezler 'Vatikan. Akten' p. 375 nr. 1004 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 276 nr. 2706 (Addit. I).

‖Lu‖dowicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus venerabili viro magistro Iohanni de Genduno Remen. dyoc. sacre theologie doctori, consiliario nostro dilecto gratiam suam et omne bonum.

1. Altitudo divitiarum sapientie Dei cuncta disponentis sic nobis orbem terrarum et que in eo sunt gubernandi comisit, ut quanto anima rationalis maxime pretiosior est possessionibus et corpore, tanto inter Christi fideles spiritualium ministrorum personas et bona ipsorumque statum pacificum ad Dei reverentiam et ipsius uberiorem cultum amplius curaremus. Hec quamvis intenta meditatione pensemus in universis ecclesiis fidelium christianorum, hoc tamen in ecclesia Ferarie propter ipsius solempnitatem et singularitatem diligentius attendentes nec minus vocati iam pastoris ipsorum sive episcopi nostri et imperii Romani notorie rebellis malitiam atque perfidiam considerantes et manifeste videntes, prefatum pastorem ....[a], si quod illi ius competebat in episcopatu predicto, necnon et omni offitio et benefitio ecclesiastico auctoritate nostra cum cuncto clero et Romano populo privamus ipsumque propter sui contumatiam et rebellionem sibique adherentes aut qualitercumque obedientes vel prestantes consilium, auxilium et favorem criminis lese mayestatis reorum pennis[b] omnimodis ipso facto volumus subiacere. Quod ne propter pastoris seu rectoris carentiam seu deffectum ecclesiastica religio seu disciplina et divini cultus exercitium in ecclesia prefata turbetur aut totaliter deperdatur, ne rursum etiam clericorum seu spiritualium ministrorum res aut persone per quemquam indebite pertractentur aut quamvis aliam violentiam patiantur, facimus, ordinamus et constituimus supradictum magistrum Iohannem episcopum seu pastorem et administratorem ecclesie sive episcopatus predicti, auctoritate qua supra tenore presentium propterea concedentes et comittentes eidem vel eius vices gerentibus plenam et liberam administrationem, distributionem et institutionem omnium et spiritualium et temporalium episcopatus et ecclesie supradicte per se vel alios sibi substitutos ydoneos exercendam, iurisdictionem quoque realem et personalem meri et mixti imperii clericorum omnium seu ecclesiasticarum personarum et religiosarum exemptarum et non exemptarum, cuiuscumque status, religionis aut conditionis existant, suorum quoque bonorum omnium mobilium et immobilium, quocumque nomine censeantur, omnem quoque auctoritatem visitandi religiosa

444. a) *lacuna 28 fere litterarum spatium adaequans in or.; addendum esse videtur* sive episcopum rebellem omni iure. b) *ita or.*

et ecclesiastica loca, corrigendi, disponendi et huiusmodi consueta cetera faciendi et cum premissis potestates et auctoritates quaslibet in suffraganeos omnes episcopatus predicti per episcopum solitas exerceri.

2. Amplius concedimus prefato episcopo seu pastori et administratori plenam dispositionem, potestatem et auctoritatem conferendi atque privandi offitia quelibet et benefitia ecclesiastica necnon prelatos et offitiales monastariorum, hospitalium et generaliter omnium aliorum religiosorum locorum tam exemptorum quam non exemptorum civitatis, dyocesis et districtus predicti per se vel alium exercendam, prout eidem magis videbitur expedire, non obstantibus privilegio vel rescripto aut concessione quavis alia quomodocumque vocatis per nos aut predecessores nostros Romanos principes vel quoscumque alios iudices ecclesiasticos aut seculares factis sive concessis persone singulari, collegio vel comunitati cuivis comuniter aud divisim. Ita tamen quod officiorum seu prelationum que curam habuerint animarum institutionem fieri volumus per ellectionem cleri et fidelis populi eidem subiecti sive comissi, iure tamen confirmationis sic ellectorum prefato episcopo, pastori et administratori simpliciter reservato. Eorum vero tam offitiorum quam beneficiorum ecclesiasticorum ac omnium religiosorum locorum institutionis personarum ydonearum, privationis et permutationis prefato episcopo, pastori et administratori plenam potestatem et liberam auctoritate qua supra concedimus facultatem, non obstante consuetudine aliqua, privilegio vel rescripto per quemquam concesso collegiis aliquibus aut singulis personarum, id recipientes propter hec et expresse mandantes . . vicariis nostris omnibus generalibus et spiritualibus et presertim vicario nostro Ferrarie, potestati vel alteri quomodocumque nominato rectori, comuni et civibus atque incollis civitatis, dyocesis et districtus predicti, comuni siquidem sub penna trecentarum librarum auri et offitiali cuilibet sub penna ducentarum, quarum medietatem unam camere nostre, reliquam vero prefato episcopo, pastori et administratori applicari volumus, si contrafactum exstiterit, ut supradictum episcopum, pastorem et administratorem ecclesie prefate, ipsius offitiales vel procuratores aud certos nuntios ponant et positum deffendant atque conservent in plena et pacifica possessione iurisdictionis et regiminis tam temporalium quam spiritualium omnium episcopatus predicti necnon et aliarum premissarum auctoritatum eidem per nos superius concessarum.

3. Volumus amplius, ut omnes offitiales nostri predicti et sub pennis premissis inclinos, omnes censuarios, vassallos et reddituarios episcopatus predicti quomodocumque vocatos, si recusaverint, compellant aud compelli fatiant realiter et personaliter sumarie et absque strepitu iudicii ad integre respondendum predicto episcopo, pastori et administratori aut eius procuratori vel nuntio de redditibus, honoribus, iuribus et reliquis supradictis, eosdem censuarios, vassallos et subditos omnes ecclesie supradicte ad pennas premissas, si rebelles exstiterint, tenore presentium obligantes. Predictas vero pennas iam dictos vicarium, potestatem, offitiales, comune, cives et incollos etiam singulos venientes adversus hec nostra mandata aud in ipsis impedimenta prestantes totiens et in solidum incurrere volumus et ab ipsis exigi, quotiens in premissis et de premissis per supradictum episcopum, pastorem et administratorem vel eius procuratores aud certos nuntios requisiti reperientur inobedientes, adversantes aut aliter negligentes.

4. Volumus rursum et expresse precipimus sub pennis premissis et modo premisso, ut nullus princeps, comunitas, vicarius, offitialis aut iudex quomodolibet appelatus vel alia singularis persona, cuiuscumque conditionis existat, in clerum seu ecclesiasticas vel religiosas personas aut in ipsorum collegia vel possessiones aut bona ius reddere seu dicere audeat vel inantea de auctoritate aliqua vel iurisdictione premissa clericorum, religiosorum, ecclesiarum, monastariorum seu collegiorum vel aliorum religiosorum locorum exemptorum vel non exemptorum ecclesie Ferrariensi subiectorum se aliqualiter intromitat. Set predictum episcopum, pastorem et administratorem aud eius offitiales

supradictas auctoritates et iurisdictiones exercere permittant, ipsarum exercendi auctoritatem a quolibet alio comuniter vel divisim, cuiuscumque status, preheminentie vel conditionis existat, per quemcumque etiam secularem principem aut ecclesiasticum, comunitatem vel qua[m]vis personam aliam eisdem concessarum presentibus revocamus.

5. Concedimus insuper supradicto episcopo, pastori et administratori, ut omnem sententiam tam realem quam personalem per ipsum aut eius offitiales in quemlibet premissorum sibi et ecclesie Ferrariensi iurisdictioni subiectorum latam seu ferendam executioni valeat demandare, non obstante appellatione aliqua de sententiis prefati episcopi, pastoris et administratoris facta seu fienda per quemquam ad imperialem maiestatem aut alium quemvis iudicem ecclesiasticum vel secularem, salvo tamen unicuique iure ac potestate appellandi ad nostram imperialem tantummodo curiam a sententiis supradictis. Quas siquidem etiam sententias per nullum iudicem, collegium aut personam, cuiuscumque preheminentie vel status existat, nisi per nos tantummodo aut successores nostros Romanos principes volumus revocari. Set ad executionem premissarum sententiarum omnes iudices et offitiales, comunitates et singulos subditos nostros sub pennis premissis prefato episcopo, pastori et administratori vel eius offitialibus, cum requisierint, impendere volumus atque precipimus consilium, favorem et oportunum auxilium brachii secularis.

6. Ordinamus insuper omnium offitiorum et benefitiorum tam ecclesiasticorum quam secularium ecclesie Ferrariensi subiectorum collationes seu institutiones, privationes seu revocationes aut permutationes factas seu fiendas a supradicto episcopo, pastore et administratore vel eius offitialibus statutis ad hec per nullum principem, iudicem ecclesiasticum aud secularem, communitatem vel singularem personam, cuiuscumque preheminentie vel conditionis existat, revocari posse, suspendi aut aliter infirmari nisi per nos inmediate tantummodo vel per successores nostros principes Romanorum. Institutionem autem prefati episcopi, pastoris et administratoris per nos factam in persona supradicti magistri Iohannis volumus in robore continuo duraturam, nisi per nos inmediate tantummodo aud successores nostros Romanos principes fuerit revocata, privilegia quoque, rescripta vel concessiones per predecessores nostros vel alios quoscumque iudices ecclesiasticos aud seculares in contrarium premisse institutionis factas per nostram auctoritatem, cleri et Romani populi ex certa causa et scientia tenore presentium per omnia revocantes.

In cuius rei testimonium presentes has duximus imperialis nostri sigilli appensione muniri.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, prima die mensis Maii, indicione undecima, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

445—449. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD NEGOTIUM ELECTIONIS DENUO CELEBRANDAE SPECTANTIA.

1328. Mai. 7.—14.

445. *Litterae ad archiepiscopum Moguntinum priores.* *Mai. 7.*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 114[II] fol. 167 nr. 1655 partim corrosa. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 378 nr. 1005 ex* c. *Böhmer, Reg. Ludw. p. 221 Päbste nr. 78.*

Cf. supra nr. 443.

Mathie archiepiscopo Moguntino.

[Cum] ad presens Romano vacante imperio [ad el]ectionem regis Romanorum in imperatorem [promo]vendi dante Domino celebrandam per [te] et alios principes vocem habentes [in] predicta, qui presentes fuistis in [congregati]one novissima die Martis Apr. 12.
post [octabas] Resurrectionis dominice proxime preteriti, dies Martis post octabas instantis Mai. 31.
festi [Pentecostes] pro termino peremptorio in loco de [Frankin]fort Maguntin. dioc., ubi regis Ro[manorum in] imperatorem promovendi celebrari [ab o]lim consuevit electio, extiterit assig[natus], nos periculis, que principibus eisdem ad locum predictum pro electione iam dicta tunc accedentibus et per consequens negocio electionis eiusdem occurrere propter presentis maliciam temporis valerent forsitan, obviari salubriter cupientes, ut alium locum, de quo tue providentie videbitur, pro celebranda electione predicta eligere ac etiam tibi et aliis coelectoribus assignare valeas, in quo tu et ipsi convenire et ibidem ad electionem predictam possitis, sicut in dicto loco Frankinfort valeretis procedere, in prefixo predicto vel aliis terminis prorogandis seu etiam assignandis fraternitati tue facultatem et licentiam tenore presentium elargimur. Auctoritate apostolica nichilominus decernentes electionem in loco, quem hac vice ad hoc elegeris, celebrandam perinde valere quibusvis consuetudinibus, observantiis seu statutis contrariis nequaquam obstantibus, acsi in predicto loco de Frankinfort celebrata fuisset.

Dat. Avinion(e), Non. Maii, anno duodecimo.

446. *Litterae ad eundem alterae.* *Mai. 7.*

Copia (c.) ibidem nr. 1656. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. not. 1 ex c.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 221 Päbste nr. 77; Löher loco supra ad nr. 243 citato p. 225 nr. 564.

Eidem.

Cum vacante ad presens Romano imperio et cet. ut supra usque assignatus[1], nos attendentes magnitudinem negocii quodque sancte Dei ecclesie fideique catholice ac utilitati rei publice plurimum expedit, quod persona Deum timens et iusticiam diligens ad regimen regni Roman(orum) et imperii assumatur, ac provideri cupientes, ne propter brevitatem temporis possit contingere periculum in hac parte, ut si expediens putaveris et possit absque periculo negotii electionis predicte fieri, terminum predictum usque ad sex septimanas vel duos menses, si hoc magis expedire cognoveris, ab eodem termino inantea computand(os) prorogare aliaque gerere valeas, que circa prorogationem huiusmodi fuerint oportuna, plenam fraternitati tue concedimus auctoritate presentium facultatem.

Dat. ut supra.

447. *Litterae principibus electoribus missae.* *(Mai. 7.)*

Copia (c.) ibidem nr. 1657. Descripsimus nos. — Ineditum.

Reg. Löher l. c. p. 225 nr. 563; Preger-Reinkens p. 256 nr. 429; Riezler l. c. p. 372 nr. 995 not. 1.

Universis tam ecclesiasticis quam secularibus principibus in electione regis Roman(orum) in imperatorem promovendi vocem habentibus.

Dudum adversus Ludovicum de Bavaria olim discorditer in regem Roman(orum) promovendum in imperatorem ut dicebatur electum certum processum, per quem ipsum suis horrendis excessibus et gravibus culpis exigentibus iure, si quod sibi ex electione predicta forsitan competebat, de fratrum nostrorum consilio privatum a Domino denunciavimus et eum privavimus nichilominus ad cautelam, solenniter habuimus presente

1) *Supra lin. 8.*

fidelium multitudine copiosa. Et licet processum eundem et contenta in eo ad vestram et aliorum communem noticiam supponamus indubie pervenisse, ut vos tamen ad quos specialiter pertinet inde pleniori et clariori habita noticia possitis circa electionis imminentis negocium utilius et melius que agenda fuerint providere, tenorem illius de verbo ad verbum vobis sub bulla nostra mittimus in hec verba:

'Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sicut ad curam periti medici pertinet'[1] et cet. ut est in libro processuum[2].

448. *Litterae ad archiepiscopum Coloniensem.* *Mai. 14.*

Copia (c.) *ibidem fol. 175' nr. 1704 partim corrosa. Contulimus nos. — Ed. Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 153 nr. 1481 ex* c.

Eidem[3].

Presentatas nobis fraternitatis tue l[itteras, per quas statum] negotii electionis regis Romanorum cura[visti de]scribere, recepimus leta manu. Quarum serie [diligen]tius intellecta inde sollertem circumspec[tionem tuam] ac diligentiam cum gratiarum actionibus in Domino commendamus, fraternitatem rogantes eandem, quatinus ipsa diligencia que [. . . . . .] plurimum oportuna existere noscitur, ut maioribus apud Deum et sedem apostolicam crescas meritorum cumulis, non tepescat. Et [insu]per de petitionibus pro parte tua nobis obla[tis illam . . tui notarii] duximus ad exauditionis gratiam favorabiliter admittendam, aliam [abba]tisse illius, cum esset iuri et rationi ob[via], nequivimus, super quo tua prudentia [nos excu]satos habeat, exaudire.

Dat. [Avinion(e)], II. Id. Maii, anno duodecimo.

449. *Litterae ad praepositum S. Severini Coloniensis.* *Mai. 14.*

Copia (c.) *ibidem nr. 1705 partim corrosa. Contulimus nos. — Ed. Sauerland l. c. nr. 1482 ex* c.; *extr. apud Riezler l. c. p. 379 nr. 1008.*

Edenrico preposito ecclesie Sancti Severini Coloniensis capellano nostro.

[Revere]ncie tue litteris, per quas statum negotii electionis regis Romanorum nobis pruden[ter et] valde seriose curavisti describere, benig[ne rece]ptis ac earum serie diligencius intel[lecta], tuam solertem diligenciam super hoc [fel]iciter in Domino commendamus, providentiam [tuam] attentius exhortantes, quatinus huiusmodi diligencia, que oportuna multipliciter in [hac parte] potest existere, ut apud Deum et sedem apostolicam crescas amplioribus meritorum cumulis, [non tepe]scat. Et ecce fili quod petitiones pro parte [tua][a] no[bis obla]tas favorabiliter duximus, quantum cum [Deo lic]uit, ad exauditionis gratiam admittendas.

[Dat. ut] supra[4].

450. 451. TESTIMONIA SUPER IURE ELECTIONIS ERICI DUCIS SAXONIAE.

1328. (m. Mai.)

Originale 1 *in tabulario regio Sleswicensi. Contulimus nos. Pendent sigilla plus minusve laesa loris membranaceis.*

Originale 2 *ibidem. Contulimus nos. Sigilla item pendent.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 416 Reichssachen nr. 422 (Addit. III).

944. a) *excidit* c.

1) *Supra tom. V nr. 944.* 2) *Cf. prooemium ad tom. V nr. 792.* 3) *Scil.* Henrico archiepiscopo Coloniensi. 4) *Supra nr. 448.*

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Iohanni divina providencia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici Hynricus[a] Dei gracia comes Zwerinensis necnon Iohannes eadem gracia comes Holtsatie et Stormarie terrarumque Lalandie, Valstrie et Ymbrie dominus cum recomendacione[b] se ipsos et devota pedum oscula beatorum.

Relacione nunciorum illustris principis domini Erici Saxonie, Westvalie et Angarie ducis sacri inperii[c] archimarscalci ac eciam publica fama referente ad noticiam dicti domini Erici ducis ac nostram pervenit, quod apud sanctitatem vestram, quis inter predictum dominum Ericum ex una et dominum Rodolphum[d] parte ex alia[e] duces Saxonie vocem in electione sacri Romani inperii debeat obtinere[f], dubium sit exortum. Nos igitur, cum certa dominia in terris nostris videlicet Slavie necnon Holtsatie et cet. in feudo a dicto domino Erico teneamus, sanctitatem vestram ad requisicionem prefati domini Erici ducis, in quantum per experienciam didicimus, reddere duximus certiorem et presentibus litteris nostris sanctitati vestre significamus, quod a progenitoribus nostris et senioribus ita accepimus, quod duces Saxonie partem orientalem ipsius ducatus tenentes, cui terra Hadelerie est annexa, quam partem nunc tenet dux Ericus predictus, et presertim senior inter ipsos vocem in electione sacri Romani inperii dumtaxat debeat obtinere, ac progenitores et fratres ipsius domini Erici et ipse Ericus fuerunt et sunt in possessione vel quasi iuris eligendi Romanorum imperatorem[g]. Temporibus etenim progenitorum nostrorum et nostris illustris princeps dominus Iohannes ipsius domini Erici pater met et[h] in propria persona magnificum principem Rodolphum cum ceteris coelectoribus suis et conprincipibus[i] regni in regem Romanorum elegit. Post hec vero inperio vacante per mortem dicti Rodolphi regis[h], ipso etiam Iohanne duce sublato de medio, Iohannes et Albertus ipsius Iohannis liberi fratres sepedicti domini Erici nunc ducis regem Adolphum elegerunt. Quo iterum defuncto et inperio vacante Lupus de Svartenbeke ac Iohannes de Crummesse milites de speciali mandato dictorum Iohannis et Alberti cum ceteris principibus et veris electoribus admissi dominum Henricum[k] de Lutzelenborch in regem Romanorum elegerunt. Quo iterum defuncto et vacante inperio dominus Iohannes sepedicti domini Erici frater

1.

ad electionem licet heu cismaticam evocatus fuerat atque presens.

2.

senior inter ipsos a ceteris coelectoribus suis ad huiusmodi electionem evocatus ipso Erico presente et consentiente Lodewicum tunc ducem Bawarie in regem Romanorum elegit.

Item quod ad dictum dominum Ericum et suos dictam partem ducatus Saxonie tenentes spectaverit et spectet ius eligendi tantum, patet ex eo quod ad ipsum dominum Ericum predictum tamquam ad archimarschalcum[l] sacri inperii ab omnibus principibus orientalibus, ducibus, comitibus, baronibus et ceteris nobilibus in omnibus causis de iure et de facto appellatur, qui etiam supradicti bona sua feudalia ab ipso recipiunt et se vasallos suos fore recognoscunt, et nos recognoscimus eiusdem fore vasallos in terris nostris supradictis. Item quod de predictis omnibus et singulis in partibus Saxonie, Westvalie, Angarie, marchionatus Brandeburgensis, Slavie, Holtsatie et aliis locis vicinis fuit et est publica vox et fama ac publica et notoria fuerunt et sunt in locis supradictis et[h] a tanto tempore, cuius contrarii memoria non existit. In quorum omnium evidenciam ad requisicionem sepedicti domini Erici ducis sacri inperii archimarschalci[m] sanctitatem vestram de predicto dubio informando sigilla nostra presentibus duximus apponenda.

Datum anno Domini MCCCXXVIII[n].

---

451. a) Hinricus 2. b) recommendacione 2. c) imperii *similiter semper* 2. d) Rodolfum 2. e) altera 2. f) optinere 2. g) *loco* Rom. inp. 2: regem Romanorum. h) *deest* 2. i) compr. 2. k) Hinricum 2. l) archimarscalcum 2. m) archimarcalci 2. n) millesimo trecentesimo vicesimo octavo 2.

452. IMPERATRICIS LITTERAE AD ABBATEM EGMONDENSEM. (1328. post Mai. 7.)

Copia (c.) *in solo cod. hist. 17 fol. 130' bibliothecae Hamburgensis publicae, de quo v. supra ad nr. 266. Contulimus nos. — Ed. Pijnaeker l. c. p. 252.*

Margareta Dei gratia Romanorum imperatrix semper augusta venerabili viro . . abbati Egmond(ensi), suo et imperii devoto dilecto salutem et bonorum omnium incrementum.

Gestientes semper nostros et imperii zelatores devotos nostrarum prosperitatum fieri participes, vobis quem huiusmodi novimus per latorem presentium [. .] familiarem Mai. 7. nostrum ad gaudium nuntiamus, quod die Sabbati ante Ascensionem Domini filius sanus et incolumis divina opitulante clementia natus est nobis. De cuius ortu letentur fideles, exultent imperii zelatores devoti, magnificantes nobiscum omnipotentiam Creatoris.

Bene valete.

453—455. LITTERAE FLORENTINORUM PONTIFICI MISSAE. 1328. Mai. 19.—23.

453. *Litterae primae. Mai. 19.*

Copia (c.) *in Registro litterarum nr. I fol. 35 tabularii regii Florentini, ubi rubrum:* Ad dominum summum pontificem. — *Ed. Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 70 nr. 118 ex* c. *Editionem repetimus.*

Domino pape.

Non sine grandi cordis amaritudine sanctitati vestre cogimur intimare, qualiter nequam ille dampnatus hereticus Bavarus post iniquum processum, per quem tangendo famam altissimam Christi vicarii ausus pridem extitit ponere os in celum[1], nunc addenda Mai. 12. peiora prioribus et cumulando pessima mala malis die s(ancta) adscensionis Domini quendam qui dicitur frater Petrus de la Corbara ordinis Minorum erexit in ydolum illique de facto nequissime ausus fuit tribuere nomen pape ac cupiens, ut effectu cognoscimus, ad morem, quo antiquitus in Urbe ydola colebantur, reducere Urbem ipsam fecit eum in dampnationem fidelium, quasi esset verus pontifex, cum non esset, infideliter adorari. Et sicut misse super hoc et aliis littere continebant, publice dicebatur in Mai. 15. Urbe, quod tunc sequenti die Dominica heretici Bavarus et ydolus suprascripti debebant XII eligere cardinales et quod capelli duodecim facti erant. Que cum multis circumstantiis ipsius insanie non solummodo gratia brevitatis, verum etiam quia sunt orrenda relatui, vestre sinceritati mentis obmittimus recitare. Non tamen in tam gravi casu et exempli tam pernitiosi periculo motus nostros possumus continere, quin vestram clementiam saltem ad fidei firmamentum et ut tanto scismati contra Deum altissimum suumque verum in terris vicarium ecclesiamque suam et cunctos catolice zelatores fidei attento debitis presidiis obvietur, omni qua possumus instantia excitemus, quatinus non tam alte magnanimitatis fiducia sanctissime vestre mentis hoc stupenda principia silentio vilipendat, quod eis crescentibus, quod Deus avertat, in tantum scismata et hereses pullulent, quod humana suffragia in resistendo deficiant et solius Dei auxilium habeat implorari, sed pro

1) *Cf. Ps. 72, 9.*

Deo Christique fide ac sua tuenda et ecclesia relevanda et Christi fidelibus in debita fidei constantia roborandis excitet potentiam suam et veniat, sumat arma in talibus oportuna, vires et virtutes suas expandat, non sileat, non quiescat, sed sic undique quantum potest ostendat, quod nemini sit ignotum, quod Deus est Dominus et quod vos eius qui cuncta potest estis vicarius, et quod non est abbreviata manus Domini[1] seu vestra, ut sanare non possit, et quod Dei potentie, cuius in hac parte res agitur, resistere nemo potest. Nos enim licet simus tam arduis tamque gravibus personarum et expensarum dispendiis onerati, quod solus Deus est, qui conservare nos possit, ad vestre sanctitatis exaltationem et tam prefati tiranni Bavari quam eius ydoli memorati et sequacium eorundem persecutionem perpetuam iuxta posse proponimus ponere nos et nostra. Quia tamen tiranni Castrucĉii gens et populus manu forti sunt in exercitu circa Pistorium, terre illi continuo dampna dantes[2], nos qui rebellium harum partium ampla considerata potentia cum gente parva remansimus, requirentes amicos a reverendo patre domino Bertrando Ostiensi et Velletrensi episcopo apostolice sedis legato auxilium duximus postulandum, sed adhuc ab illo responsum sperati subsidii non habemus. Hoc denique beatitudini vestre non obmittimus indicare, quod mundus totus expectat ut videat, quod sicut rei huius magna est licet stupenda fatuitas et presumptuositas infinita, sic vester et Petri gladius potentialiter excitatus vireat et insurgat dictorumque dampnatorum superbiam et insaniam sic tollat et conterat, quod ipsi vel qui secuntur eum amplius non resurgant.

Data Florentie, die XVIIII. mensis Maii, XI. ind.

454. *Litterae secundae.* *Mai. 22. 23.*

Copia (c.) *ibidem, ubi rubrum:* Item predicta scripta sunt eidem die XXII. et XXIII. huius mensis et subiuncta sunt ista verba videlicet: — *Ed. Ficker l. c. p. 71 ad nr. 118 ex* c. *Editionem repetimus.*

Post alias nostras litteras suprascripti tenoris, quas duplicari providimus ad cautelam, vere habuimus, quod ydolum antedictum die Dominica XV. huius mensis alia elegit Mai. 15.
sex ydola, que cum non sint nominat sancte Romane ecclesie cardinales, scilicet episcopum Venetum, Petrum Henrici Romanum, fratrem Nicolaum de Fabriano, abbatem Tedescum et abbatem Sancti Ambrosii et fratrem germanum Tebaldi de Sancto Eustachio, qui frater dicti Tebaldi noluit esse[3]. Et quod etiam alios duos elegit scilicet Iannem Arlotti et Pandulfum Bocchamatze[a], sed isti duo capellos non receperunt. Habemus etiam quod galee regie que sunt numero XLII ceperunt Ostiam et roccam eius et postea Civitavecchia et alias plures terras, dampna hostibus et Romanis gravia continue inferentes.

Noverit denuo sanctitas vestra, quod vir religiosus et valens frater Accursius Bonfantini inquisitor heretice pravitatis in Tuscia, que videt et credit ad confirmationem fidei christiane et ad exaltationem matris ecclesie et ad vituperationem et detractionem heretici Bavari suorumque ydolorum et ea colentium pertinere, solicite ac viriliter operatur et hec palam predicat in clero et populo Florentino.

Post hec omnia habuimus etiam, quod ipse Bavarus cum ydolo suo quod antipapam nominat et quinque aliis ydolis que cardinales appellat ad partes Tiburtinas equitavit die XVII. mensis huius et quod Romam reverti debet cum predictis, ut intersit Mai. 17.
coronationi ydoli quod antipapa dicitur antedicti.

454. a) Rocchamatze *c.; cf. Eubel l. c. p. 286 not. 2.*

1) *Isai. 59, 1.* 2) *Cf. infra nr. 464.* 3) *Cf. Eubel 'Der Gegenpapst Nikolaus V. und seine Hierarchie' in 'Historisches Jahrbuch' XII (1899) p. 285 sqq.*

455. *Litterae tertiae.* *Mai. 23.*

Copia (c.) *ibidem fol. 36, ubi rubrum:* Ad dominum summum pontificem. — *Ed. Ficker l. c. p. 72 nr. 119 ex* c. *Editionem repetimus.*

Cf. litteras l. c. p. 72 sq. nr. 120—122.

Domino pape pro parte offitii sapientum consilii totiusque populi et communis Florentie.

Sicut alias vestre descripsimus[1] sanctitati, tirannus ille dampnatus et hereticus Castruccius ecclesie ac eius fidelium publicus persecutor cum omni suo et complicum suorum infidelium exfortio civitatem Pistorii a diebus quam pluribus proxime preteritis citra obsidione cohercuit et adhuc est exercitualiter circa eam, civitati predicte dampna inferens quanta potest[2]. Nos vero considerantes dicte civitatis situm et quod ipsa est clavis et ianua inter hostes et nos, in succursum eius et ut ipsis hostibus obvietur, circumstantes amicos et fratres requisivimus et eorum imploravimus auxilium et favorem. A quibus nichil subsidii habere potuimus, usque modo asserentes se de succursu subvenire non posse, eo quod ad dominum ducem Calabrie militantem contra Bavarum in urbanis finibus totum eorum exfortium destinarunt. Quapropter cum dicte civitatis defensio, custodia et succursus vere sint et pertineant ad exaltationem sancte matris ecclesie atque vestram et ad statum, salutem et defensionem omnium fidelium et devotorum eiusdem ecclesie tam circumstantium quam remotarum etiam regionum sitque civitas ipsa adeo artata dictorum exercitu hostium et quasi victualibus destituta, quod Iun. per ea que scimus, nisi per totum mensem Iunii futurum proximum oportunis victualibus et aliis muniatur et effectualiter et potentialiter succuratur eidem, in casu perditionis existit, quod esset in fidelium et devotorum predictorum et nostrum maximum periculum quod avertat Dominus et iacturam, cumque vir magnificus et strenuus dominus Philippus de Sangineto miles capitaneus ad guerram et generalis ducalis vicarius in civitate Florentie, cuius opera fructuosa possumus merito commendare, quantum in eo est in succursum eorum sit virilis voluntarius et paratus, non tamen ei et nobis suppetit armigere gentis potentia contra vires hostium predictorum et ipse et nos vestro, ecclesie et fratrum et amicorum nostrorum et precipue vestro et ecclesie predicte omnino egeamus festino auxilio et succursu, sanctitati vestre affectuosissime ac instantissime supplicamus, quatinus omni mora sublata scribere dignemini efficaciter domino Lombardie legato necnon communibus Bononie et aliarum civitatum fidelium Lombardie, quod ad nos dicta causa omne suum et ecclesie exfortium destinent indilate et hoc facto faciant et non verbis, si defensionem dicte civitatis et amocionem dicti exercitus infidelium ab eadem optatis et eiusdem civitatis perditionem cupitis evitare, ut vestro et dicte ecclesie et amicorum et devotorum exfortio counito ad succurrendum predictis et ad dissolutionem et ruinam dictorum hostium exercitus procedere in Dei nomine, de cuius manibus expectamus victoriam, valeamus.

Data Florentie, die XXIII. Maii, XI. ind.

1) *Cf. supra nr. 453.* 2) *Cf. infra nr. 464.*

456. 457. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.
1328. Mai. 21. 22.

456. *Constitutio procuratoris fisci generalis.* *Mai. 21.*

Transsumtum (tr.) *a. 1328. Iun. 14. factum in tabulario civitatis Tudertinae. In dorso legitur:* Revisa. *Iam edidimus 'Neues Archiv' XXX, 430 ex* tr. *Editionem nostram hic repetimus.*

Verba transsumti hic ponere liceat:

In nomine Domini amen.

Hoc est exemplum cuiusdam imperialis privilegii sigillati vero imperiali sigillo cere albe seu crocee pendenti ad filos rubeos et croceos sericos, non aboliti, non abrasi, non cancellati, non vitiati nec in aliqua sui parte suspecti cum imperiali magestate sedenti super trono, cui subtus tronum subsistunt duo leones et circum hinc inde due aquile cum palla regali in sinixtra et virga in dextra. In cuius sigilli circulo ex parte una hec lictere apparebant: '·+· Ludovicus quartus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus.' Ex altera vero parte ipsius sigilli sculta erat quedam aquila et in circo ipsius aquile hec lictere legebantur: '·+· Iuste iudicate filii hominum.'

Privilegii autem tenor et continentia per omnia talis est:

'Ludovicus Dei gracia — imperii vero primo.' *nr. 456.*

Et ego Tellus quondam Çoli imperiali auctoritate notarius de Tuderto predicta ab auctentico sumsi et prout in ipso inveni, ita hic fideliter transcripsi et exemplavi et cum auctentico diligenter abscultavi cum discretis viris Bartholo domini Petri et Iacobo ....[a] notariis de Tuderto, qui se subscripserunt in fidem et testimonium, cum licentia et auctoritate magnifici viri Vannis de Susinan(o) nati Tani de Ubaldinis de Florentia honorabilis potestatis Tuderti, qui suam auctoritatem interposuit et decretum.

Hec acta sunt in sala palatii veteris comunis Tuderti, currentibus annis Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, indictione undecima, tempore domini Iohannis pape XXII, regnante serenissimo principe domino Ludovico Romanorum imperatore[1], die quartadecima mensis Iunii. Presentibus testibus et vocatis Tudinello Iohannecti et Iun. 14.
Guiscio Iontole de Tuderto.

(S. N.) Et ego[b] Bartholus domini Petri imperiali autoritate notarius de Tuderto abscultationi huius transunti cum privilegio autentico una cum suprascripto Tello et infrascripto Iacobo notariis interfui et quia vidi exemplum cum exemplari concurrere et concordare, in testimonium et fidem me subscripsi et publicavi et singnum meum apposuy consuetum[c].

Ludovicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus discreto viro Bardino de Piscia suo et imperii fideli dilecto gratiam suam et omne bonum.

De fide, legalitate et sollicitudine tuis plenarie confidentes te in procuratorem fisci nostre imperialis camere generalem providimus eligendum, tibi quelibet ad dictum officium spectantia integraliter committentes necnon mandantes universis[d] et singulis nostris et imperii fidelibus, quatinus tibi in dicto tuo officio obediant, pareant et intendant, sicut nostre indignationis aculeum cupiunt evitare. Insuper ad declarationem tibi presentium

456. a) *lacuna in tr.; cf. notam* c. b) *abhinc alia manus tr.* c) *subscriptio altera exarata non est tr.* d) *in loco raso tr.*

1) *Cf. supra nr. 434 cap. 2 cum nota et infra ad a. 1328. (Aug. 30), itemque ea quae 'Neues Archiv' XXX, 431 not. 1 adnotavimus.*

auctoritate concedimus plenariam iurisdictionem et potestatem petendi, exigendi et recipiendi id totum et quidquid nobis aut nostre imperiali camere ab aliquo vel aliquibus deberetur aut inposterum debebitur cum scriptura vel sine ex quacunque causa vel modo et cartas quietantie et finis faciendi ac liberationis et absolutionis pro tue beneplacito voluntatis. Exnunc ratum gerentes et firmum, quidquid in predictis et circa predicta vel aliquod predictorum duxeris faciendum, acsi personaliter fecissemus.

Dat. in Urbe, die XXI. Maii, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

457. *Relatio super renovatione sententiarum Heinrici VII. contra Robertum regem Siciliae, Florentinos, alios datarum.* *Mai. 22.*

Etiam hic relationem Chronici Iohannis Villanii l. X cap. 75 ponere liceat; cf. supra nr. 382 et 434.

Cf. Böhmer, Reg. Ludw. p. 61 post nr. 997.

Mai. 21. Sabato a dì 21 del sopraddetto mese di Maggio il detto Bavaro si partì da Tiboli e venne a San Lorenzo fuori le mura e ivi albergò e tutta sua gente intorno accampata. Poi la Domenica mattina il dì della Pentecoste entrò in Roma e 'l suo antipapa co' suoi scismatici cardinali gli vennono incontro insino a San Giovanni Laterano e poi ne vennono per Roma insieme col detto Bavaro. E ismontati a San Pietro il Bavaro mise all' antipapa la berriuola dello scarlatto in capo e poi l' antipapa coronò da capo Lodovico di Baviera confermandolo siccome papa a essere degno imperadore. E ciò fatto il detto Bavaro confermò la sentenzia data per Arrigo imperadore contra lo re Ruberto[1] e contra i Florentini e altri[2].

458—460. NICOLAI V. ANTIPAPAE LITTERAE DIVERSAE.

1328. Mai. 24.—27.

458. *Litterae pro Ulrico protonotario imperatoris.* *Mai. 24.*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 118 fol. 70' nr. 248; cf. de hoc tomo Eubel 'Der Registerband des Gegenpapstes Nikolaus V.' in 'Archivalische Zeitschrift. N. F.' IV, 123 sqq. Contulimus nos. — Extr. apud Riezler 'Vatikan. Akten' p. 380 nr. 1010 ex* c.

Reg. Eubel l. c. p. 132 nr. 12.

Cf. ibidem nr. 13.

[N]icolaus episcopus servus servorum Dei dil. fil. magistro Ulrico carissimi filii christianissimi principis Ludovici Romanorum imperatoris prothonotario salutem et apostolicam benedictionem.

Litterarum sciencia, morum elegancia ceteraque tibi suffragancia merita gratiarum similiter, quibus laudabili testimonio multipliciter commendaris, exposcunt, ut apostolicam sedem tibi reperias favorabiliter gratiosam. Peticio siquidem tua nobis exhibita continebat, quod tu olim in subdiaconatus ordine constitutus parochialem ecclesiam Preççat Ratispon. dyoc. fuisti canonice processu temporis assecutus, quam multis annis retinens ac fructus ex ea percipiens te promoveri ad ulteriores ordines non curavisti. Deinde

1) *Supra tom. IV, 2 nr. 946.* 2) *Supra tom. IV, 1 nr. 716 et IV, 2 nr. 768. 916.*

Talkirchen et Orçingen parrochiales ecclesias dicte dyoc(esis) successive processu temporis assecutus, quas prima dimissa cum canonicatu et prebenda Veteris capelle Ratisponen. et parrochiali ecclesia Feulenbach Augusten. dyoc. canonice tibi collatis annis pluribus tenuisti nec ad ulteriores ordines te faciens promoveri fructus ex eis curavisti recipere minus iuste. Demum parrochialem ecclesiam Enge[n]bach Ratisponen. dyoc. nactus canonice, quam omnibus dimissis prioribus cum canonicatu et prebenda ecclesie Bambe[r]gensis et prepositura Sancti Stephani in Bambenberch[a] non curata diucius tenuisti et tenere dignosceris, fructus ex eis percipiens non promotus. Cum itaque de rigore iuris predicta parochialis ecclesia Engenbach et canonicatus et prebenda Bambergensis[b] necnon prepositura Sancti Stephani vacare noscantur, nobis humiliter supplicasti, quod de benignitate apostolica eadem tibi reconferre et tecum dispensare de ipsis, quod ea simul licite valeas tenere quodque de predictis omnibus beneficiis percepti[c] a te redditus remittantur ac quod habiliteris de cetero ad quelibet beneficia ecclesiastica obtinenda, misericorditer dignaremur. Cum autem multis diversisque iu[v]ari dicaris meritis probitatis, nos propter hoc volentes personam tuam favoribus prosequi graciosis tibique super hiis de illo providere remedio, per quod a tua conscientia scrupulum et ab hiis, qui se tibi super hiis vellent opponere vel quicquam tibi premissorum occasione detractionis iniungere, obiectus materia auferatur, devocionis tue supplicacionibus inclinati omnem infamie maculam et inhabilitatis notam, si quam ex retencione huiusmodi beneficiorum vel alterius eorundem ac percepcione fructuum cuiusvis ipsorum forsitan contraxisti, etiamsi eisdem beneficiis vel parrochialibus ecclesiis cura emineat animarum, in te penitus abolemus de apostolica plenitudine potestatis fructusque predictos, si quos minus licite receperis forsitan, apostolica tibi auctoritate remittimus et donamus de gracia speciali ac nichilominus predictos parrochialem ecclesiam Engenbach et canonicatum et prebendam Banbengen(sem)[a] necnon et prepositnram Sancti Stephani supradictam ad cautelam tibi denuo auctoritate predicta conferimus cum omnibus iuribus et pertinenciis eorundem, tecum nichilominus de uberioris dono gracie dispensando, ut dictos canonicatum, parrochialem ecclesiam ac preposituram insimul licite valeas retinere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre collacionis, concessionis et dispensacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis aut[em] hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Rome apud Sanctam Mariam de Araceli, IX. Kal. Iunii, pontificatus nostri anno primo.

459. *Litterae contra Iohannem XXII. emissae.* *Mai. 27.*

Copia (c.) *ibidem fol. 131 nr. 409. Contulimus nos. — Partim ed. Raynald 'Annales ecclesiasticae' ad a. 1328 § 46.*

Reg. Eubel l. c. p. 134 nr. 28.

Cf. infra nr. 496.

[N]icolaus episcopus servus servorum Dei universis in Christo fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem.

Divine et humane legis instituta faventes et consencientes hereticis sicud hereticos iudicant[a] et condempnant et in crimine sicut auctores criminis reos esse decernunt. Eapropter cum pridem Iacobus de Caturco ab apostolatus officio, cui in Dei offensam et sancte matris ecclesie obprobrium indignus et immerito presidebat, propter manifestos heresis herrores et alios nepharios et enormes excessus suos iusto iudicio depo-

458. a) *sic c.* b) rambergen. *c.* c) percepisti *c.*

459. a) *corr. ex* inducant *c.*

situs fuerit et ammotus, dilectionem vestram attentius requirimus et monemus et nichilominus in virtute sancte obedientie districte[b] precipimus et mandamus, ne eidem vel quibuslibet suis processibus vel sententiis habitis vel habendis quomodolibet pareatis nec ipsum papam nominetis vel in papatu faveatis auxilio, consilio vel favore. Omnes enim et singulos, qui contrarium presumerent vel qui pertinaciter assererent seu defenderent ipsum esse verum papam et iniuste privatum fore et exinde papam nominarent, nos quoque minus rite creatum dicerent nec nominare papam vellent nostrisque processibus, sententiis et absolutionibus non parerent, acsi apostolicus non essemus, aut etiam blasfemias nobis et confratribus nostris dicerent, tanquam hereticos decernimus puniendos. Et ad executionem premissorum efficacius habendam, inquisitori heretice pravitatis damus strictissime in mandatis, quatinus quoscumque tales invenerit, fultus auctoritate nostra pena debita puniat et castiget. Omnes etiam ac singulos rebelles et inobedientes nobis clericos, cuiuscumque dignitatis fuerint, maxime qui iuxta edictum nostrum nuper in foribus ecclesie affixum ad obedientiam non venerint, omnibus suis beneficiis ecclesiasticis privamus et aliis decernimus conferenda per sententiam in hiis scriptis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis, approbationis, confirmationis, annullationis, cassationis, irritationis, vacuationis, ratificationis et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Rome apud Sanctam Mariam de Araceli, sesto Kal. Iunii, pontificatus nostri anno primo.

460. *Litterae super sententia ab imperatore contra Iohannem XXII. edita. Mai. 27.*

Copia (c.) *ibidem fol. 87 nr. 288. Contulimus nos. — Partim ed. Raynald l. c. § 45. Reg. Eubel l. c. p. 135 nr. 29.*

Cf. infra nr. 496.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei universis presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem.

Ad perpetuam rei memoriam vobis et vestrum singulis presentibus duximus fore manifestum, quod cum per sententiam[1] dil. fil. nostri Ludovici Romanorum principis et serenissimi imperatoris semper augusti omnes et singuli Iacobo de Caturco se papam asserenti obedientes, adherentes et foventes tanquam heretici sint dampnati atque omnibus et singulis beneficiis et feudis et bonis omnibus sint privati, nos eidem sententie iuste et racionabili adherere volentes et ipsam omnimode confirmare, omnes clericos et beneficiatos ac religiosos, cuiuscumque ordinis existant, dicto Iacobo adherentes, faventes et eidem obedientes eiusque mandata tam interdicti quam aliorum observantes omnibus et singulis beneficiis ecclesiasticis et feudis et bonis omnibus privavimus auctoritate apostolica et privamus, decernentes ipsos et ipsorum singulos sibi ut premittitur adherentes fore eorumdem beneficiorum, feudorum et dignitatum privatos, et[a] tanquam vacantes seu vacantia apud apostolicam sedem collationi et dispositioni nostre et dicte sedis specialiter reservavimus, decernentes irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum foret hactenus vel in posterum contingerit attemptari. Et quia Ghyus de Gambarano se prepositum offerens monasterii Sancte Crucis de Mortara Papien. dyoc. notorie adhesit et adhereat Iacobo memorato ipsique pro posse favit, ipsum Ghyum per dictam nostram sentenciam a dicte

459. b) discripte *c.*

460. a) *sic c.*

1) *Supra nr. 436.*

prepositure officio privatum et condempnatum sentencialiter declaramus et denunciamus ac etiam ad maiorem certitudinem presencium auctoritate privamus. In cuius rei testimonium presentes litteras et sentenciam fieri fecimus nostra bulla bullatas et foribus nostri sacri pallacii iussimus affigendas. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre privacionis, condempnacionis et sentencie infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Rome apud ecclesiam Sancte Marie de Araceli, VI. Kal. Iunii, pontificatus nostri anno primo.

---

461. LITTERAE (FERRARII DE APILIA) AD REGEM ARAGONUM. (1328.) Mai. 27.

Originale (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi CRD Separat. Sigilli vestigia adsunt. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, 437, nr. 293 ex* or. *Editionem repetimus.*

Decima octava die mensis Aprilis Bavarus assistentibus [et] consencientibus clero Apr. 18.
et populo Romano et quibusdam prelatis pontificalibus indutis ac ipso Bavaro induto imperialibus indumentis ac imperiali dyademate coronato protulit ac publicavit quosdam processus satis indecentes et graves contra istum dominum, concludendo ipsum dominum a pontificali potestate esse depositum. Dicti autem processus fuerunt sigillati sigillis ipsius Bavari, cleri et populi Romani[1].

Die duodecima presentis mensis Madii dictus Bavarus cum omni clero et populo Mai. 22.
elegerunt in papam fratrem P(etrum) de Corvario ordinis fratrum Minorum, qui est oriundus de terra dominorum de Anthiochia. Dictus autem novus vocatur Nicolaus quintus.

Hodie qui est XXVII. dies predicti mensis Madii recessit de curia de nocte minister generalis fratrum Minorum[2] cum fratre Bonagratia et quibusdam aliis magnis viris eiusdem ordinis. Et dicitur et censetur comuniter, quod vadunt ad istum novum creatum in Roma. Dicto autem ministro fuit mandatum per istum dominum in virtute sancte obediencie sub pena excommunicacionis cum publico instrumento, quod a curia nullatenus se absentaret.

Alia nova ad presens non sunt, sed continue spectantur maiora et graviora. Deus per suam misericordiam provideat. Vestre gracie me commendo.

Dat. XXVII. die presentis mensis Madii.

---

462. LUDEWICI CONSTITUTIO VICARII IMPERIALIS CIVITATIS PISANAE. 1328. Mai. 29.

Servatur nonnisi instrumentum (or.) *super investitura vicarii generalis confectum in tabulario regio Lucano. Contulimus nos. — Ed. Manucci loco supra ad nr. 160 citato*

1) *Cf. supra nr. 436.* 2) *Cf. litteras apud Finke l. c. II, 675 nr. 427, itemque H. Otto loco supra ad nr. 62 citato p. 166 sq. et Davidsohn 'Gesch. von Florenz' III, 858 not. 2.*

p. 218 nr. 21 ex or. *(= Ficker 'Urkunden zur Geschichte des Roemerzuges' p. 73 nr. 123).*

Böhmer, Reg. Ludw. deest.

Cf. etiam pagamenta a communi Pisano a. 1328. Iul. 8. — Aug. 27. facta apud Ficker l. c. p. 88 nr. 160, itemque nonnulla quae ex Libro provisionum A 94 tabularii regii Pisani descripta nobiscum benivolenter communicavit vir d. K. H. Schäfer:

(1328.) Iul. 7. providerunt antiani generosis viris dominis Mainardo comiti de Ortinborg, Frederigo pulcravio de Nurimberg secretariis et ambaxiatoribus illustrissimi principis et domini domini Lodovici Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti, qui hiis diebus preteritis venerunt ad civitatem Pisanam cum litteris[1] de credentia et fide eis debenda prefati domini imperatoris datis Rome apud Sanctum Petrum, XVI. Maii, regni eius anno XIV, imperii vero primo, recipientibus pro ipso domino imperatore 960 flor. de auro . . . residuos restantes de summa 20 000 flor. impositorum in civitate Pisana pro recuperatione cabelle et aliorum dirictuum Pisani communis a domino imperatore Ludovico semper augusto *(fol. 53)*; *Sept. 25.* de mandato serenissimi principis domini Ludovici Romanorum imperatoris Frederigo purclavio de Nurimberg, Iohanni eius filio 2000 flor. de summa 4000 flor. debentium ipsi domino imperatori ex conventione et pacto inde habitis cum dominis anthianis Pisani populi *(f. 42); Sept. 27. item mille florenos (fol. 43), itemque* Armanno cancellario serenissimi domini Ludovici Romanorum imperatoris 200 flor. *(fol. 45).*

In Dei nomine amen.

1. Noverint universi presens instrumentum publicum inspecturi, quod serenissimus princeps dominus Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus considerans conditiones civitatis et districtus Pisarum et comunis et populi ipsius et volens saluti et conservationi boni et quieti status dicte civitatis et sui districtus et comunis et populi eiusdem civitatis salubriter et utiliter providere, consideratis ac mentaliter circumspectis magnificis et altis operibus factis et operatis efficaciter per dilectissimum principem suum dominum Kastrucium Dei gratia illustrem ducem Lucanum et vexilliferum[a] sacri Romani imperii ac Lateranensis palatii comitem palatinum, in honorem, exaltationem et gloriam ipsius domini Rom(anorum) imperatoris et ad statum prosperum suorum fidelium necnon ad confusionem et exterminium rebellium ipsius, consideratis etiam probitate, prudentia, potentia et industria ipsius domini ducis Lucani et quod per alium suum principem quam per eum ipsa civitas et districtus Pisarum melius regi et custodiri non possent et ad ipsius domini imperatoris obedientiam conservari, ipsum dominum Kastrucium ducem Lucanum vicarium suum ad regimen, conservationem et custodiam dicte civitatis et districtus Pisarum et comunis et populi ipsius cum plena et omnimoda iurisdictione ac mero et mixto imperio fecit, constituit et ordinavit ad suum et Romani imperii beneplacitum atque velle, prout in litteris dicti vicariatus sigilli maiestatis ipsius domini imperatoris munimine roboratis[1] a me Verio infrascripto notario camere sue visis et lectis latius continetur.

2. Et ideo magnifici et potentes viri domini Fredericus purcravius de Nurimberg et Meinhardus comes de Ortimborg principes et barones missi de latere ipsius domini Romanorum imperatoris tanquam secretarii, procuratores et numptii sui ad hec specialiter constituti, ut patet etiam per litteras eiusdem domini imperatoris appensione dicti sigilli munitas[2] a me dicto notario visas et lectas, existentes in maiori ecclesia beate Marie civitatis Pisarum in generali et publico parlamento in dicta ecclesia congregato simul

462. a) ita *or.*

1) *Servatae non sunt.* 2) *Servatae non sunt; sed cf. supra lin. 10 sq.*

cum anzianis populi, consiliariis et aliis offitialibus dicti comunis electionem dicti vicariatus et litteras continentes ipsum vicariatum et formam ipsius et etiam litteras eorum mandati ac litteras preceptorias destinatas pro parte eiusdem domini imperatoris anzianis et comuni Pisarum, quod dicto domino duci tanquam maiestati sue in omnibus debeant obedire[1], dicto domino duci ibidem presenti vice et nomine maiestatis imperatorie presentarunt, Christi nomine et auxilio invocatis, mandantes eidem pro parte dicti domini imperatoris, ut electionem dicti vicariatus acceptare deberet et dictum regnum fideliter exercere.

3. Qui dictus dominus dux facta sibi presentatione predicta volens et cupiens mandatis imperialibus in omnibus obedire, ad laudem, honorem et reverentiam omnipotentis Dei et beate Marie semper virginis matris eius et totius curie paradisi et ad honorem et reverentiam sanctissimi patris domini Nicolai pape quinti et sancte matris ecclesie ac honorem, exaltationem ac gloriam prefati serenissimi principis domini Ludovici Dei gratia Rom(anorum) imperatoris et ad honorem sue persone ac statum prosperum civitatis ac districtus Pisarum et comunis et populi ipsius et omnium dilectorum fidelium sacri Romani imperii ad dampnum et exterminium rebellium ipsius, dictum vicariatum et regimen dicte civitatis et districtus Pisarum et presentationem sibi de eo factam per dictos dominos barones sponte et liberaliter acceptavit. Et promisit et iuravit in manibus dictorum principum et baronum recipientum pro dicto domino imperatore, dictum regimen et offitium bene, legaliter et fideliter facere et exercere dictamque civitatem et districtus Pisarum ad honorem, reverentiam et obedientiam dicti domini imperatoris et Romani imperii et ad statum suorum fidelium, ad dampnum et periculum suorum rebellium manutenere, gubernare et custodire, ius et iustitiam unicuique facere per se et substitutos et offitiales suos et omnia et singula facere et exercere, que ad honorem et gloriam eiusdem domini imperatoris et ad statum dicte civitatis et omnium suorum fidelium viderit redundare et que in presenti iuramento requiruntur, acsi hic essent specificata et declarata.

4. Quibus sic peractis prefati barones et procuratores dicti domini imperatoris dictum dominum ducem de dicto vicariatu, dominatione ac regimine dicte civitatis et districtus Pisarum investiverunt corporaliter per bacchettam.

Acta et celebrata fuerunt omnia et singula supradicta in civitate Pisarum in dicta maiori ecclesia Sante Marie dicte civitatis in generali et publico parlamento in ipsa ecclesia congregato, sub annis Domini ab eiusdem nativitate millesimo trecentesimo vigesimo octavo, indictione XI, die XXVIIII. Maii, presentibus venerabili patre domino fratre Gerardo Dei gratia episcopo Alleriensi, magnificis viris domino Galeazo Vicecomite de Mediolano, domino Iohanne fratre suo et domino Azone eius filio, reverendo viro domino Lazaro magistro Hospitalis Sancti Iacopi de Altopasso, nobilibus viris domino Iacobo de Vezano capitaneo guerre civitatis Pisarum, domino Oco Macaione de Gualandis de Pisis et domino Iohanne de Castillione et domino Faggiolo de Casulis iudicibus et aliis pluribus testibus ad hec habitis et vocatis.

(S.N.) Ego Verius olim Mini Borestauri de Aretio imperiali auctoritate iudex ordinarius atque notarius publicus et nunc notarius et scriba camere dicti domini imperatoris predictis omnibus interfui eaque rogatus de mandato dictorum baronum et procuratorum dicti domini imperatoris scripssi et publicavi.

---

1) *Servatae non sunt.*

463. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD ARCHIEPISCOPUM MOGUNTINUM.

1328. Mai. 30. (Iun. 29.)

Copiae in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani 1 *tom. 114*[II] *fol. 186 post nr. 1660 valde corrosa et* 2 *tom. 85 fol. 3 nr. 5. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 384 nr. 1023 ex* 1 *(decurtatum).*

Reg. Löher loco supra ad nr. 243 citato p. 225 nr. 574 (ad 2*); Preger-Reinkens p. 259 nr. 438 (ad* 2*).*

Venerabili fratri Mathie archiepiscopo Maguntin(o) salutem.

Nuper[a] fidedigna relatione percepimus, quod Humbel dictus de Licthemberg illius perditionis filii[1] Ludovici de Bavaria excommunicati, Dei et ecclesie fideique[a] catholice atrocissimi persecutoris et hostis ac[a] de heresi sententialiter condempnati fautor et advocatus nonnullos canonicos et personas ecclesiasticas Spirensis ecclesie dudum per vim et metum, qui cadere poterant in constantes, quod mandata seu litteras sedis apostolice non reciperent nec eis obedirent aut parerent quomodolibet, iurare compulit et induxit. Et licet iuramentum huiusmodi nullum existere nec servandum fore quomodolibet, cum in divinam et sedis predicte, si servaretur quod absit[b], contumeliam ac illorum pro quibus mandata dirigerentur apostolica redundaret preiudicium, pateat omnibus evidenter, nos tamen[a] ex superhabundanti et ut tollatur quevis malignandi occasio in hac parte, dictum iuramentum nullum fuisse ac esse nec prestantes teneri ad observationem illius vel alterius similis cuiuscunque tenore presentium declaramus et quatenus processit de facto relaxamus penitus ad cautelam. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eisdem canonicis et personis ac aliis, quorum interesse noveris, premissa per te vel alium seu alios studeas intimare, contra quoscumque, qui observare attemptarent iuramentum huiusmodi, penis et sententiis spiritualibus et temporalibus, de quibus tue circumspectioni videbitur, processurus.

Dat. Avinion(e), III. Kal. Iunii[c], anno duodecimo.

---

464. LITTERAE CASTRUCCII AD FLORENTINOS.

(1328. Mai. ex.)

Copia (c.) *in Formulario H. III. 38. saec. XIV. fol. 95 bibliothceae universitatis Taurinensis*[2]*. Contulimus nos. — Ed. Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 253 nr. 16 ex* c.

Magnificis et potentibus viris dominis P(hilippo) ducali vicario totique communi civitatis Florentie C(astrucius) dux Lucanus et Pistoriensis, comes Lateranensis, vexilifer sacri imperii salutem quam debet.

Invictissimus imperator Romanorum Herigus, cuius et successorum eiusdem plantam existere nos fatemur, suum pascebat animum cibis delicatissimis[a] gaudiorum, quando contingebat[b] eundem expectari et etiam expectare volentes[c] in bellorum campestrium expeditionibus invenire. Ne igitur simus planta, que a propagine radicali progrediatur et exeat discrepanter, vestrarum serie licterarum et ensenialis muneris oblatoria ditione

463. a) *deest* 2. b) gravem *add.* 2. c) Iulii 1.

464. a) dilicatissimis *c.* b) contingebant *c.* c) volentes et etiam expectare *c.*

1) *Cf. Ioh. 17, 12; 2. Thess. 2, 3.* 2) *De huius codicis indole cf. Fr. Kern 'Acta imperii, Angliae et Franciae' p. 151 nr. 228 not.*

tamquam a viris magnanimitate vigentibus leonina receptis, exultationis iocunditate suavissima refecimus nostram mentem porrectumque nobis iocale cirotecale destraliter suscipientes, cum dextra et sinistra secundum vestre petitionis iustissime requisitum in campo circa Pistorium expectationis immobilis residentiam polliccmur. Etsi forsan vobis inanis nostra promissio videretur, firmitatem fideiuxoriam pro nobis facit ille propugnator invincibilis dominus G(aleatius)[1], quem et eius sobolem generosam vos audivisse non ambigimus nominari et quem etiam cognoscatis vestri adventum exercitus prestolari cum avidissima voluntate. Vos rogamus igitur ex affectu, quod in tempore vestre promissionis et loco vexilla prodeant vestri ducis[2] et ut vestro dicatis leoni, quod nostra aquila, cuius est mos non tam fugere quam fugare, pennis volatilibus deplumata cum sola rostri et unguium armatura viri[li]ter et constanter ipsum et sui iactantiam prestolatur.

---

465. ANONYMI LITTERAE AVINIONE SCRIPTAE.
1328. (Iun. in.)

Copia (c.) in Formulario nr. 8 saec. XII—XIII. fol. 62 bibliothecae Suessionensis[3] *manu fere coaeva exarata, ubi rubrum:* Datum per copiam anno Domini MCCCXXVIII. — *Ed. Ch.-V. Langlois 'Formulaires de lettres du XIIe, du XIIIe et du XIVe siècle' II (= 'Notices et extraits des manuscrits' XXXIV, 1) p. 320. Editionem repetimus.*

Nova sunt in curia, quod ad presens apud vos latere non credo, videlicet quod die Mai. 12.
Ascensionis iste Bavarus in Romana curia fecit totum clerum populumque Romanum congregari ac religiosos Minores, Predicatores, Carmelistas et Augustinos. Et ibi unus Minor predicavit, quomodo civitas Romana orbata per lunga tempora remanserat patre seu pastore, et finito sermone omnes unanimiter papam elegerunt videlicet fratrem Petrum de Corberia ordinis fratrum Minorum, qui modo vocatur Nicholaus quintus, et eodem die per imperatorem et clerum fuit coronatus et die Penthecostes plures cardi- Mai. 22.
nales creavit. Et sciatis firmiter quod omnes Romani tam clerici quam nobiles et laici dictis Nicholao et Bavaro ita obediunt, sicut in regno Francie obediunt clerus et populus domino nostro pape et regi. Religiosi etiam ipsis obediunt et eos secuntur, maxime Minores, quia sciatis firmiter quod die Sabbati post Penthecosten minister tocius ordinis Mai. 28.
fratrum Minorum[4] et frater Bonagratia, qui quidem Bonagratia, quando papa Minores porsequebatur, appellavit a papa non bene informato ad papam bene informandum[a], quibus papa inhibuerat, ne de Avinione recederent, dicta die Sabbati hospite insalutato de domo fratrum Minorum una cum fratre Guillelmo de Chamboin[b] Anglico homine sutilissimo cum quatuor aliis fratribus Minoribus recesserunt et iter suum bene muniti de servientibus bene armatis apud Aquas Mortuas arripuerunt et ibidem quandam galeam bene munitam et armatam invenerunt. Et die Veneris predicta omnia ista hora nona per Mai. 27.
gardianum fratrum Minorum domino pape revelata fuerunt, qui valde fuit turbatus. Et die Dominica sequenti predicti Minores per dominum de Arableyo, gentes papales et Mai. 29.
regias in magna quantitate in predicta galea fuerunt arestati et nocte sequenti dicti Minores intraverunt mare bene per triginta leucas, sed propter ventum contrarium quem ipsi habebant reducti fuerunt ad portum in Aquis Mortuis, ubi remanserunt valde stupefacti. Sed accidit eis quod quidem homo sutilissimus qui vocatur Li Pelez cum una guogua magna bene armata et munita venit eis obviam ex parte ut dicitur Bavari et

465. a) informatum *c.* b) *sic pro* Okam *vel* Ocham *c.*

1) *Cf. Davidsohn 'Geschichte von Florenz' III, 838 not. 4.* 2) *Carolus dux Calabriae.* 3) *Cf. 'Catalogue général des Manuscrits. Départements' III, 73.* 4) *Michael de Caesena.*

incontinenti dictam guoguam intraverunt. Attamen propter fortunam existentem in mari Iun. 3. et ventum quem habebant contrarium in portu remanserunt usque ad diem Veneris post festum corporis Christi et ipsis ibidem existentibus plures gentes papales et regales per patronum guogue ad dictos religiosos accessum habuerunt et cum eis pluries locuti fuerunt, sed ultimo venerunt quidam, qui in dicta guogua detempti fuerunt, et antequam licenciam vendendi habere possent, dicto patrono guogue LX salmatas farine et XL bacones et plures alias munitiones dederunt et in guogua portari fecerunt. Quibus factis illicite cum vento valido recesserunt. Et sciatis quod multum timetur, ne multa scandala veniant in ecclesia Dei per illos qui sint homines magne literature et famosi, etiam qui ad cardinalatum vocati, nisi Dominus apponat remedium. Et videntur ista satis concordancia cuidam prophetie a lunginquis temporibus facte, que in quodam veteri quaterno absconsa sunt denuo, cuius copia sequitur in hec verba:

VATICINIUM MAGISTRI BERENGARII YSPANI DOCTORIS PARISIENSIS IN ASTRONOMIA.

Anno Domini MCCCXXVII. regnabit planeta Mercurius, erit fertilitas frumenti, vini et mellis, messis et [in] vindemiis. Postea proxime sequetur hyemps longa, ventosa et pluviosa. Strages (?) magne erunt mortales hominum et animalium. Senes a LX annis ultra fere omnes morientur et pueri unius anni in cunabulis qui nascentur illo anno erunt infracti, intacti aliqua labe. Sacerdos magnus dicetur infidelis. Regnabit impius imperator, primus nuncius magni draconis qui venturus est, et insurget contra [successorem] Petri. Religiosi primo ad ipsum convertentur, predicabunt fabulationes et [preter] legem Dei contra clerum insu[r]gent dicti religiosi. Nobiles laici ipsos audient et assequentur et fam[ul]abunt eis per dimidium tempus. Mulieres clamabunt post viros, ut secum commisceant. Tunc ve clero, quia appropinquat adventus antechristi.

Et sciatis firmiter quod tota curia de recessu ipsorum est multum turbata et multum timet dominus noster papa et cotidie cancellos suos facit firmari ante horam consuetam. Et bene ante recessum ipsorum ipse precogitabat quid erant facturi, quia dum minister licenciam peteret eundi apud Boloniam pro capitulo suo tenendo, papa recusavit pluries et finaliter dixit: 'Scimus quod tu vis esse papa in Lonbardia'[1]. Minister respondit patri: 'Ego sum magister in theologia quamvis minus sufficiens et credo firmiter quod vos estis solus minister Dei in terris'. Tunc papa iterum inhibuit ne recederet sub pena excommunicationis quam extunc ponebat in ipsum, si recederet, et super hoc peciit dominus noster papa a duobus notariis qui erant in presencia super hiis fieri publicum instrumentum.

466—468. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.

1328. (Iun. in.) — Iun. 28.

466. *Litterae ad civitates Wetteraviae.* *(Iun. in.)*

Copia (c.) in solo cod. hist. 17 fol. 119 bibliothecae Hamburgensis publicae, de quo v. supra ad nr. 266, quo redeunt omnes editiones. Contulimus nos. — Ed. Pijnacker l. c. p. 227.

De tempore constat ex eis quae referuntur. Die 20. m. Iunii imperator Tibur reversus est.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 276 nr. 2707 (Addit. I).

1) *Cf. supra pag. 379 not. 2.*

Ludovicus Dei gracia Romanorum imperator et semper augustus prudentibus viris consulibus ac universis civibus[a] in Frankenvoert, Ghelenchusen, Vredenborgh et in Wetflor, suis et imperii dilectis graciam suam et omne bonum.

Dedit nos Deus in lucem gentium[1], ut sit laus nostra usque ad supremum et ultimum terre[2]. Ecce enim peractis feliciter que circa statum Lombardie, Tuscie ac Campanie Maritimeque[b], campestrium[c] et montanarum necnon et urbis Rome eiusque districtuum[d] et vicinarum partium[e] fuerant facienda, perfectisque que circa sollempnitatem coronationis nostre et destitutionem illius apostatici Iacobi de Cathorco[3] ac institutionem sanctissimi viri domini Nicholai pape quinti[4] et creationem cardinalium[5] extiterant adimplenda, in auctore salutis in Apuliam potenter progredimur ad illius hostis pestiferi Robberti de Provintia exterminium sempiternum. Quo favente Domino breviter consummato totum mundum in pacis conmodum reponemus.

467. *Scriptum pro pincerna de Erbach.* *Iun. 25.*

Originale in tabulario comitum de Erbach. Contulit vir d. Morneweg. Sigillum, quod filis sericis pendebat, desideratur foraminibus relictis.

Böhmer, Reg. Ludw. pag. 61 nr. 998.

Ludowicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Chunrado pincerne de Erbach suo et imperii fideli dilecto gratiam suam et omne bonum.

Meruerunt grata tua servitia et fides devotionis tue, que nobis et ipsi imperio hactenus impendisti et ut veraciter presumimus, amplius impendere poteris in futurum, quod gratiosam illorum recompensam tibi facere debeamus. Et hinc est quod tibi et heredibus tuis illam in villa Barenvelden concedimus libertatem et emunitatem, quod omnes causa defensionis vel mansionis inibi venientes illa libertate, emunitate et securitate gaudere debeant, qua gaudent venientes vel habitantes in opido regali Ebberbach pari iure. Conferentes nichilominus tibi ac dictam villam privilegiantes, quod in singulis tertiis feriis annis quibuslibet cuiuslibet septimane perpetuo forum esse possit et fieri debeat cum ea libertate et iure, quali forum in dicto nostro opido consuevit. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre robore iussimus communiri.

Data in castro Tibur, vigesimo quinto die Iunii, indictione XI, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

468. *Scriptum super teloneo Memmingensi.* *Iun. 28.*

Originale in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 362. Descripsimus nos. Sigillum parum laesum pendet filis sericis rubei viridisque coloris. — Ineditum.

Wir Ludewig von Gots gnaden Romischer cheyser zu allen ziten merer des reychs tun chůnt und verjehen offenlich an disem brieve, daz wir angeschen han die getriwe gestendenisse und nůtz dienst, die der ersam veste ritter Friderich von dem Riede mit triwen uns und dem hailigen reyche nůtzlich untz her getan hat und noch getůn mag, und geben im von unserr cheyserlichen milte hundert march silbers Augspurger gewihtes

466 a) civium *c.* b) matimape *c.* c) campestrini *c.* d) districtibus *c.* e) partibus *c.*

1) *Cf. Isai. 42, 6.* 2) *Cf. Act. 1, 8.* 3) *Supra nr. 436.* 4) *A. 1328. Mai. 12.* 5) *Die 15. m. Maii; cf. supra p. 373 not. 3.*

uf dem zolle ze Memminge, den er vormals untz her inne gehabt und genozzen hat, als lange zu habenne und zu niezen mit allen sinen rehten und nuczen die dar zu gehörn, untz daz wir von im oder sinen erben den selben zol wider gelosen umb hundert march silbers als vorgeschriben stet oder unser nochchomen an dem reych. Und dar uber zu urchunde geben wir in disen brief versigelten mit unserm chæyserlichem insigel daz dar an hanget.

Der geben ist zu Tyberpurch, an dem nehsten Eritage nach dem Sůnwentage, da m[an] zalt von Cristes gepurt dreutzehenhundert jare dar nach in dem achtundzwæyntzigstem jare, in dem viertzehendem jare unsers reychs und in dem ersten unsers chæysertumes.

469. SCRIPTUM SUPER TRADITIONE CASTRI PACI GENERALI FACTA.

1328. Iun. 27.

Originale (or.) *in bibliotheca Moguntina. Contulimus nos. Sigilla desiderantur, loris sex membranaceis relictis. — Ed. Hilgard 'Urkunden zur Gesch. der Stadt Speyer' p. 304 nr. 378 ex eop.*

Cf. supra nr. 341 et Böhmer, Reg. Ludw. p. 244 Reichssachen nr. 96.

1. Wir Johan der Ringreve, Endres vonme Steine, Wernhere, Sifrid und Gyselbret gebrudere genant die Winthere gemeinere, die zu dem ubersten hus horen des Ringrevenstein, erkennen uns und dun kunt allen den die disen genẘrtigen brief sehent oder horent leisen, daz wir die vorgenanten burg des Ringrevenstein dem erwirdigen in Gode vathere und herren hern Mathias erzebisschoffe zu Menze, sinen nockummelinge und sime stifte zu Menze, dem edeln herren graven Johanne von Spanheim und sinen erben greven von Spanheim, die do Cruzenachen noch ime besitzende werden, und den stede von Menze, von Straspurg, von Wrmz, von Spire und von Oppinheim gemachet hant und machen an dieseme genẘrtigen brieve zu eime leidigen uffeneme huse eweclliche, sich zu behelfene von dem huse wider allermenchen, sunder des dz die vorgenanten herren und stede von dem selben hus wider einander sich nit beholfen sullen noch nit wider einander tun sullen. Wir erkennen uns auch, dz wir wider die vorgenanten herren und stede nummer me nit getun sullen. Wir erkennen uns auch, daz wir nummer keinen kaufman uf keiner straze ledigen oder schadigen sullen.

2. Wir ensullen auch nummer keinen menschen zu gemeinere uf die vorgenant burg des Ringrevenstein nemen oder enphahen, der mensche enhabe dan fure gedan die selben verbintnisse, sicherheit und stedekeit, die wir den vorgenanten herren und steden getan hant. Wilcher auch gemeinere oder reht erbe ist zu des Ringrevestein, gesinnet er sines teiles an dem hus und wil tun und tut die selben verbintnisse, sicherheit und stedekeit den vorgenanten herren und steden, die wir in getan hant, alse hie vare und na gescrieben stet, den sullen wir lazen in sin teil und gemeinschaf des vorgenanten huses. Were auch dz sache dz ieman under uns gemeinere ummer wider die vorgenanten stucke dz Goht verbide tede, dz sal der der dz getan hat richtten innewendig in einen mande, dar noch er des gemanet wirt von der vorgenanten herren eime oder der stede einer mit irn boden oder irn brieve. Tede er des nit, so sal er zu hant sin reht, sin teil und sine gemenschaft, die er an der vorgenanten burge hatte, verloren han und sal vallen an uns die andern gemeinere an dem hus und wir die andern gemeinere sullen in nummer me lazen uf dz hus des Ringrevenstein noch ime sin teil widergeben.

3. Und diese vorgescriebene stucke und artikele besundert und besamment haben wir globet mit guden truwen und zu den heilgen geswaren steide und veiste zu haldene und da wider nummer zu kummene ane allerleie argeliest. Gescheche aber dz Goht nit enwolle, dz ieman under uns dz breche oder dar wider tede, der sal sin truwelois, erlois und meineydig und in des babestes ban und in des riches ahtte, und wer sin gut anegriefet, der ensal nit gefrevelt han weder wider den lantfride oder wider kein geriehtte oder wider iemanne.

4. Und zu eime urkunde und zu einer ewiger stedekeit aller dirre vorgescriebener dinge so han wir gebeiden die edeln herren hern Gotfriden von Eppinstein, hern Lutther von Ysenburg, hern Ulrichen von Bikkinbach, dz sie ir ingesigele mit unsern ingesigeln gehenket hant an diesen brief, den wir den vorgenanten herren und steden mit unsern ingesigeln besigelt dar uber gegeben han.

5. Und wir [her] Gotfrid von Eppinstein, her Lutther von Ysenburg, her Ulrich von Bikkenbach herren die vorgenanten erkennen, dz wir durch beide wiellen der vorgescribenere gemeinere unser ingesigele mit irn ingesigelen gehenket hant an diesen gegenẘrtigen brief.

Der gescrieben und gegeben ist zu Oppinheim, an dem neisten Mantage nach sante Johannes tage des taufers, do man zalte von Gotes geburt druzehenhundert jar und in dem ahttesteme jare und zwenzigesteme.

---

470. INSTRUCTIO LEGATI REGIS ARAGONUM AD REGEM TRINACRIAE MISSI.

1328. Iun. 29. (28?)

Copia (c.) *in Registro nr. 562 fol. 31 tabularii regii Barcinonensis. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I 438 nr. 294 ex* c. *Editionem repetimus.*

De tempore cf. notam apud Finke l. c. adiectam.

1. . . . Noscat itaque rex predictus, quod ad noticiam dicti domini regis Aragonum pervenit noviter, quod ille Bavarus qui se nominat imperatorem in vituperium evidens Christi et ecclesie sue sancte ac tocius christianitatis turbacionem nimiam intrudi fecit in sede apostolica constituta in Urbe quendam de ordine fratrum Minorum, qui se intitulat apostolico nomine, cum pocius per quemcumque fidelem apostaticus sit censendus, eo quod vivit adhuc dominus Iohannes divina providencia summus pontifex iure debito pontifex Romanus existens, nec alias dictus apostaticus ut fieri debuit sit electus. Ex quo de tanto et tam periculoso scismate et venenosa effusione facta in ecclesia sancta Dei turbatur admodum prefatus dominus rex Aragonum tanquam princeps catholicus. . . . Set adhuc excrevit non modicum sua turbacio, quia intellexit quod dictus rex Fredericus inter sequaces dicti apostatici habebit necessario computari. Est enim certum quod ex quo tractatu et opera dicti Bavari factus est et creatus apostaticus antedictus, ipse Bavarus eum sequitur et sequetur. Certum est etiam quod dictus rex Fredericus adhesit et adheret Bavaro memorato et per consequens apostatico prelibato. Non enim potest disiungi sequela eorum, quorum est idem animus et identitas agendorum. Propter que et quia etiam prefatus Bavarus est pronunciatus hereticus per illum, qui solus hoc potest et cui est potestas in talibus iudicare, cuius iudicium sequi habet quilibet christianus vere catholicus et fidelis, avertat providencia dicti regis, quantum sibi imminet periculum in anima et in statu, quod sequatur apostaticum supradictum et quod sit fautor Bavari predicti, qui ut premittitur est hereticus iudicatus. Unde dictus domi-

nus rex . . . dolens in intimis cordis sui . . . providit statim, cum premissa ad eius noticiam devenerunt, mittere ad ipsum regem Fredericum prefatum priorem[1] . . .

2. Ideoque rogat . . . ac sicut ille, qui est capud domus Aragonum, ipsi regi Frederico, qui ab ea exivit et membrum est eius, mandat et imperat et sub pena privacionis cuiuscumque amoris et debiti, quod inter eos est et esse possit, obsecratur et predicit eidem, quod cesset totaliter a predictorum sequela palam vel occulte . . .

3. Et si forte dictus rex Fredericus ad sui excusacionem diceret, quod per manus et potestatem dicti Bavari ipse intendit habere obtatum de rege Roberto in facto Sicilie, dicat ex parte domini regis prior predictus, quod ad tantum malum nullus ex aliquo temporali comodo debet induci. Quid enim prodest homini, si universum mundum lucretur, anime vero sue detrimentum paciatur?[2] Aut quam dabit homo commutacionem pro anima sua[3], maxime cum tanto vituperio et infamia, quam apud bonos et graves incurreret pro premissis. Etenim quia predicta omnia pendent in vita vel morte Bavari supradicti, quia ipso mortuo omnia acta sua in fumum et cinerem verterentur, sicut habet exemplum de domino Henrico quondam Romanorum rege . . .

4. Consequenter etiam dicat dictus prior, quod dominus rex attento quod rex Robertus propter factum dicti Bavari est oppressus et dominus papa propter factum dicti apostatici est turbatus, cogitavit nunc esse viam promptam ad pacem fiendam inter reges predictos, ex quo imposuit inclito infanti Petro fratri suo, qui nunc ad dictum dominum papam est accessurus pro obtinenda dispensacione super matrimonio contrahendo inter ipsum et illustrem dominam Constanciam reginam Cipri filiam dicti regis Frederici, quod intromittat se de dicta pace cum domino papa. Et consulit dominus rex, quod dictus rex Fredericus assentiret adhuc tractatui, quem sibi portavit Oscensis episcopus ex parte domini Iacobi clare memorie regis Aragonum.

---

471. LITTERAE CIVITATIS FLORENTINAE AD ROBERTUM REGEM SICILIAE.

1328. Iul. 2.

Copia (c.) in Copiario 'Reg. litt. I' signato fol. 53 tabularii regii Florentini, ubi rubrum: Ad regiam maiestatem. — *Dedit Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 81 nr. 143 ex* c. *Editionem repetimus.*

Cf. l. c. p. 82 nr. 144.

Domino regi Roberto pro parte offitii populi et communis Florentie.

Iun. 25. Dominationis vestre litteras nobis missas datas Neapoli die XXV. Iunii preteriti proxime continentes inter cetera, quod a comite palatino receperatis licteras clausulam quandam continentes, que clausula inter alia denotabat, quod sexcenti equites propter page defectum a Bavaro recesserunt et quod in Tusciam in eius servitium veniebant propter exercitum, quem dominus Philippus de Sangeneto congregavit ibidem, et quod nos prevenitis, ut ipsam clausulam intelligamus et provideamus, prout esse dignoscitur oportunum, recepimus reverentia consueta et contenta in eis intelleximus et examinavimus cum nostris sapientibus diligenter. Ad que presentibus respondemus, quod verba predicta continentia, quod nobis provideamus consideratis aliis factis et hiis, que expectabamus in dicto et simili casu et adhuc firmiter expectamus, et eis etiam diligenter attentis, que in quadam copia certarum litterarum domino nostro duci a certis de Urbe

1) *Guilelmus Costa prior ord. Praed. Barcinonensis.* 2) *Cf. Matth. 16, 26.* 3) *Cf. Marc. 8, 37.*

missarum vidimus contineri, quod quingenti ex militibus Bavari recesserunt et quod inventi sunt in loco dicto Insula pontis Veleni versus Tusciam venientes et quod quingenti alii equites in brevi recedere debent simili modo et quod creditur quod tota gens Bavari est successorie recessura et ventura in Tusciam et quod etiam Bavarus, nisi pecuniam habeat quam expectat, accelerat versus Tusciam gressus suos a Castruccio de veniendo continue repulsatus, nobis digne admirationis et moleste cogitationis causam immiserunt, cum nichil scripseritis nec etiam dominus noster dux de mittendis gentibus venientibus adversariis supradictis nec de adventu domini nostri ducis in Tusciam illuc Bavaro veniente, ex quibus domino legato et aliis desistendi a sua mittendo subsidia, que continue expectamus, materia preparatur. Et satis videtur nobis licere fratribus et amicis desistere a succurrendo nobis, vobis et domino duce deficientibus nobis subditis et devotis. Et ideo dominationi regie ex cordibus supplicamus, quatenus nobis et per consequens aliis ecclesie fidelibus in tam arduo negotio et tam stricte necessitatis articulo dignemini efficaciter et celeriter providere et cum domino nostro duce disponere sine mora, quod venientibus gentibus Bavari sue similiter eodemque tempore veniant et personaliter Bavaro utinam infeliciter veniente ipse dominus noster feliciter et personaliter veniat in succursum fidelium et fidei cristiane, sicut statum fidelium harum partium cupitis conservari, sine qua provisione vestra efficaci et celeri conditionem partium predictarum dispositam esse videmus, quod dolentes referimus, ad periculum et ruinam. Et que vobis die IIII. mensis Iunii suprascripti de conditionibus civitatis Pistorii scrip- Iun. 4.
simus[1] recolentes, significando vobis ut excusati in conspectu regio haberemur, quod nisi succursum et auxilium sufficiens celeriter haberemus, cum tempus necessitatis exposceret nostris in ipsa vestra entibus civitate, ne perirent, scribere cogeremur, quod cum quam minus malo pacto possent, ipsam heu dimitterent civitatem, scribimus et vobis asserimus, quod omnino tempus dicte necessitatis advenit et exposcit, quod ipsis nostris sine dilatione scribamus, ne pereant, ut superius continetur, et utinam pactum huiusmodi amodo vendicet sibi locum. Et dicta civitate Pistorii ad manus reducta hostium terre Prati defensionem aliquam non videmus et per consequens de nobis et aliis circumstantibus fratribus et amicis potest et debet consideratis potentia et furore hostium et audatia, quam assumment, rationabiliter dubitari, nisi vestrum vel domini nostri ducis aut domini legati diu petitum et expectatum subsidium celeriter vel infra duodecimam diem presentis mensis Iulii per totam ipsam diem duodecimam infallibiliter habeamus. Iul. 12.
Data Florentie, die II. Iulii, XI. ind.

---

472. 473. SENTENTIA VICARII GENERALIS ET APPELLATIO CONTRA EANDEM.

1328. Iul. 6.—14.

472. *Sententia contra civitatem Albinganam.* *Iul. 6.*

Transsumtum (tr.) *servatur nonnisi in Appellatione nr. 473, ubi vide. — Ineditum.*

Fredericus de la Scala pro Romano principe fidelium imperii Ian(ue) et districtus ac civitatum Saon(e) et Albingan(e) vicarius generalis nobilibus viris . . potestati, . . gubernatoribus, consilio et comuni civitatis Albingan(e) salutem ad vota felicem.

Cum per vos turbata fuerit possessio certorum locorum comunis Albingan(e) pertinentium ad episcopatum terre predicte ac etiam certarum terrarum et possessionum, in quarum possessionem poni feceramus nobilem virum dominum Iacobum Spinulam de

1) *Ficker l. c. p. 75 nr. 126.*

Luculo pro dicto Rom(ano) principe episcopatus predicti vicarium in temporalibus constitutum, et dicta de causa dictus dominus Iacobus coram nobis querellam exposuerit de predicta possessione turbata et vos [et][a] comune vestrum incidisse penam marcharum mille argenti, quarum medietatem ad se asserat pertinere iuxta formam privillegii et gratie sibi concesse[1], et exinde ad instantiam dicti domini Iacobi vos et comune vestrum fueritis per nostras litteras pluries requisiti et vobis remanentibus in contumatia comparendi et propterea ipso domino Iacobo instante et vestram contumatiam accusante per sentenciam tamquam delegatos in predictis declaraverimus vos et comune vestrum incidisse in penam predictam, et per dictum dominum Iacobum lata dicta sentencia solicite requiratur, ut penam predictam quantum pro parte dimidia vos solvere requiramus[b], idcirco volentes eidem domino Iacobo de sua iusticia providere, discretionem et providentiam vestram tenore presentium iussimus admonendam, quatinus marchas quingentas argenti contingentes dicto domino Iacobo ex pena, in qua vos et comune vestrum declaraverimus incurisse, dicto domino Iacobo infra mensem unum solvere debeatis seu dictum dominum Iacobum facere contentari. Cognoscentes indubie, quod si admonitionum nostrarum et preceptorum extiteritis contemptores, contra vos et bona vestrorum concivium ad represalias concedendas pro quantitate predicta eidem domino Iacobo iusticia previa procedemus, ut in deffectu iusticie per vos eidem domino Iacobo denegate satisfaccionem consequi valeat secundum ordinem iuris et capitullorum civitatis Saon(e). Si autem de predictis aggravari videamini, coram nobis infra terminum supradictum comparere debeatis recepturi a nobis iusticie complementum. Has autem litteras ad cautellam[c] in actis nostre curie fecimus registrari. De quarum presentacione latori presentium nontio nostro iurato dabimus plenam fidem.

Dat. Saon(e), die VI. Iullii, undex. indiccion.

473. *Appellatio civitatis ad imperatorem.* *Iul. 14.*

Instrumentum originale (or.) *servatur in tabulario communis Albingani. Descripsimus nos. — Ineditum.*

(S. N.) In Christi nomine.

Die Iovis quartodecimo Iullii, in palacio comunis Saon(e) in camera domini vicarii infrascripti, presentibus prudenti viro domino Bernardino de Coliculło de Parma iurisperito, domino Guiçardo de Rubeis de Ferraria sotio et milite infrascripti domini vicarii ac Iohannetto de Henglario familiari dicti infrascripti domini vicarii testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis.

1. C Cum per vos magnificum virum dominum Fredericum de la Scala[a] pro Romano principe fidelium imperii Ian(ue) et districtus ac civitatis Saone vicarium generalem nottif- Iul. 7. ficatum fuerit et per vestras litteras transmissas die septima Iullii ad scientiam et nottitiam domini potestatis civitatis Albingan(e) ac gubernatorum civitatis eiusdem pervenerit, vos tullisse quandam sententiam sive declarationem, in qua sententia declarastis dictum comune Albingan(e) incidisse in penam mille marcharum argenti, quarum medietatem declarastis pertinere ad dominum Iacobum Spinulam de Luculo iuxta formam privillegii et gratie sibi concesse[1], prout in litteris dicta die per vos transmissis plenius continetur, quarum literarum tenor talis est:

'Fredericus de la Scala — undex. indiccion.' *supra nr. 472.*

qua de causa constituti in presentia vestra domini Iohannes de Curimellis iudex et vicarius dicte civitatis Albingan(e) et Obertinus Cepulla et quilibet eorum qui melius

472. a) *excidit tr.* b) a *corr. ex* i *tr.* c) *sequ. delet.* fecimus reg *tr.*

473. a) lascala *semper or.*

1) *Servatum non est.*

potest sindicus et sindicario nomine dicti comunis et hominum dicte universitatis, ut patet instrumento publico scripto manu Iohannis Segnoraldi not(arii), millesimo et indiccion(e) infrascriptis, die X. Iullii[1], infra terminum decem dierum a die sententie et presentationis Iul. 10. dictarum litterarum vestrarum et anoticie dicte sentencie a iure statutum, sentientes sese dicto nomine et dictum comune et universitatem et homines dicte universitatis aggravatos et henormiter aggravari ex dicta declaratione et sententia declarationum utpote lata contra ius et iuris formam, dicunt dicto nomine dictam declarationem sive sententiam declarationis nullam esse et fuisse, eo maxime quod lata contra formam iuris, videlicet appellatione et supplicatione pendente, et appellatione et sup[p]licatione pendente nichil debet innovari, et inrequisito et absente dicto comuni vel alia persona pro eo et universitate predicta et aliis iuribus et rationibus suo loco et tempore dicendis et alegandis. Et si qua esset, quod non credunt, ab ipsa declaratione et sententia declarationis et quolibet articullo in ea contento et gravamine illato et a litteris per vos transmissis dicto comuni et a preceptis contentis in eis in hiis scriptis, in quantum de iure possunt et instantia qua possunt, ad serenissimum dominum imperatorem Romanorum dominum Lodowicum appellant ac etiam supplicant, hunc libellum appellationis et supplicationis offerrentes se dicto domino imperatori infra tempus legittimum a iure statutum[b] offerre, pettentes appostollos et acta curie et iterum pettentes et cum instancia pettentes.

2. Qui dictus vicarius dictam appelationem admisit in quantum debet et tenetur de iure, offerrens se paratum facere eis dari et fieri copiam omnium scripturarum et actorum, de quibus debet eis de iure fieri copia. Precipiens predictus dominus vicarius et requirentes sindici antedicti de predictis per me notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum.

Anno Domini millesimo trecentessimo vigesimo octavo, undecima indiccion.

Ego Criscimbenus de Veron(a) imperiali auctoritate not(arius) predictis omnibus presens de mandato eiusdem domini vicarii tamquam eius scriba specialis ac rogatu predictorum ea publice scripssi.

---

474. 475. LUDEWICI ASSUMPTIONES CONSILIARII VEL FAMILIARIS.

1328. Iul. 14. (Sine dato.)

474. *Assumptio Iohannis de Ianduno.* *Iul. 14.*

Originale (or.) *in tabulario Vaticano inter 'Instrumenta miscellanea a. 1328'. In dorso leguntur:* Lrā Bavari de familiari qualitate | ut imperator recepit quendam. — *Iam edidimus 'Neues Archiv' XXV, 749 nr. 13 ex* or. *Editionem nostram hic repetimus.*

Cf. ea quae l. c. p. 750 sq. adnotata sunt, itemque infra ad a. 1342. Febr. 21 (Böhmer, Reg. Ludw. p. 140 nr. 2226).

Böhmer, Reg. Ludw. p. 276 nr. 2708 (Addit. I).

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus. Ad memoriam subscriptorum.

Imperialem providenciam, cui Deo instituente tocius rei publice cura commissa est, huius sollicitudinis subministratores assumere convenit viros gnaros, timentes Deum, agendorum expertos atque sollicitos, certos non fictos imperii et imperialis culminis zela-

473. b) *corr. ex* statum *or.*

1) *Servatum non est.*

tores. Talem vero per omnia certitudinaliter fore perspeximus honestum virum, disciplinatum et morum gravitate maturum Iohannem de Genduno devotum fidelem nostrum dilectum, quemadmodum dudum haetenus et inpresenciarum eciam ipsius tam sermones quam gesta et opera manifeste demonstrant. Eius ergo meritis inspectis et diligenter pensatis rei publice comodo, nostri honorificencia necnon et curie nostre ab ipsius presencia decore maiori, utque eciam ceteri sue promocionis exemplo virtutibus intendere ad rei quoque publice utilitatem, imperii et imperialis apicis procurandum honorem et statum curas vigiles et operas efficaces aponant, prefatum Iohannem in nostrum secretarium sive consiliarium assumpsimus ipsumque nostrorum familiarium domesticorum consorcio annumerari fecimus et ascribi. Tenore siquidem eciam presencium, quam diu vixerit curiamque nostram sequi voluerit, concedentes eidem locum sive hospicium in nostra comitiva, victum ex nostra curia pro se ac tribus familiaribus et pabulum pro tribus equis iuxta conswetudinem curie nostre seu imperatorum Romanorum hactenus in talibus observatam. Precipientes et expresse mandantes officialibus omnibus curie nostre, qui ad predicta distribuenda et assignanda pro tempore statuti fuerint, ut eadem iam dicto Iohanni aut eius familiaribus vel nunciis integre studeant assignare. Que vero ad necessitatem atque comoditatem pertinent in vestibus et huiusmodi reliquis, disposicioni nostre reservamus eidem Iohanni ac ipsius familie providenda decenter, usque quo demum pro predictis eiusdem Iohannis necessariis et comodis de certis redditibus et in certo loco duxerimus uberius providendum. In prescriptorum autem testimonium atque noticiam presentem hanc paginam nostri sigilli iussimus et fecimus appensione muniri.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum, XIIII. die mensis Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, regni nostri anno quarto decimo, imperii vero primo.

475. *Assumptio Conradi de Bunna.* *(Sine dato.)*

Minuta (m.) *ut videtur membranacea, in cancellaria imperiali non conscripta, mendis plena Norimbergae in tabulario Musaei Germanici. Descripsimus nos.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 420.

Lodewicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus in Christo nobis dilecto . . Conrado de Bunna nato olim magistri Wilhelmi ibidem nostrum favorem et gratiam.

Propter probitatis tue merita, que tibi ex relacione nobilium dicuntur suffragari, te in nostrum et maiestatis nostre imperialis[a] eligimus, assumimus et accipimus clericum et familiarem. Volentes itaque tibi gratiam facere specialem, concedendo tibi, ut sive in curia Romana sive in aliis locis regni et imperii nostri et in re nostra publica te diligenter exerceas in exquirendo iura imperialia nostra, personas nobis et imperio utiles et fideles ipsosque et eorum fidelitatem conscribas atque consignes, teque super hoc nostrum deputamus notarium et tabellionem publicum ac eciam ut libere et absque omni vexacione, exactione et theolonio in alveo Reni transeas[b] cum tuis rebus et amicis et in quocunque alio territorio et loco nobis et regno nostro subiectis. Si eciam necesse fuerit, tabelliones, notarios et servos dicte rei publice inutiles et qui infideles inventi fuerint, ipsos destituas et in eorum locum alios subroges auctoritate nostra. Patrimonium et hereditatem paternam, que parentes tui post eorum obitum reliquerunt, ut possidere et obtinere valeas pacifice et quiete absque difficultate aliqua, tibi auctoritate imperiali predicta presentibus indulgemus necnon omnia alia et singula faciendi, que nobis, regno

475. a) impium *m.* b) transseas *m.*

nostro et imperio ac eciam dicte rei nostre publice necessaria, utilia fuerint et oportuna. Salvis tibi in dicta curia nostra, regno et imperio nostro expensis conpetentibus, quas tibi volumus per nostros dispensatores, officiales et camerarios assignari. Nostrarum litterarum presencium testimonio, quibus sigillum imperiali[s] maiestatis nostre mandavimus favorabiliter coroborari.

---

476. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD DUCEM SAXONIAE ALIOSQUE.
1328. Iul. 15.

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 114[II] fol. 176 nr. 1710. Contulimus nos.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 412 Päbste nr. 247 (Addit. III); Löher loco supra ad nr. 243 citato p. 226 nr. 578; Schmidt 'Päbstl. Urkunden' I, 218 nr. 338 et 339.

Cf. Schmidt l. c. I, 217 nr. 337.

Rodolfo duci Saxonie.

Ad audientiam nostri apostolatus nuper infesta relatione pervenit, quod Ludovicus illius perditionis et iniquitatis alumpni Ludovici olim Bavarie ducis excomunicati et iure, si quod sibi ex electione discordi, que de ipso celebrata fuisse dicebatur, ad regnum Roman(orum) vel imperium forsitan competebat, iusto iam diu privati iudicio et de heresi sententialiter et publice condempnati primogenitus pretextu cuiusdam donationis, quam de marchionatu Brandeburgensi sibi dictus pater suus de facto, cum de iure nequiret, fecisse dicitur, contra prohibitiones processuum nostrorum [1] super hoc de fratrum nostrorum consilio habitorum et in eis partibus publicatorum, ut credimus, deducendo nichilominus penas et sentencias in illis contentas dampnabiliter in contemptum, dictum marchionatum in divine magestatis contumeliam et ecclesie Romane, ad quam regimen vacantis imperii, sicut nunc vacat, pertinere dinoscitur, non absque magne temeritatis audacia nititur usurpare, ecclesias et personas ecclesiasticas aliosque fideles marchionatus eiusdem [a] Ludovici primogeniti, qui tibi etiam ac nonnullis earum parcium iniuriosus existere dicitur, optamus in hac parte maliciis et temerariis ausibus obviari, nobilitatem tuam rogamus attencius et hortamur, quatinus pro Domini et eiusdem ecclesie matris tue reverencia huiusmodi excessivis dicti primogeniti actibus viriliter et strenue, ne pravos et dampnatos conceptus suos possit in partum producere, te opponens sic eiusdem ecclesie iniurias in hac parte studeas propulsare, quod preter laudis humane preconium divinam et apostolice sedis benedictionem et gratiam uberius consequaris.

Dat. Avinion(e), Id. Iulii, anno duodecimo.

In e. mo. Henrico domino Magnipolen(si).

In e. mo. nobilibus viris Iohanni de Slavia et fratri [b] suo aliisque nobilibus terre Slavie.

---

477. LUDEWICI CONCESSIO MONETAE CUDENDAE.
1328. Iul. 27.

Originale (or.) *in tabulario regio Dusseldorpiensi. Contulimus nos. Pendet sigillum parum laesum filis sericis rubei viridisque coloris.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 319 nr. 2963 (Addit. II).

476. a) *anacoluthon in c.; sic fere addendum:* persequendo. Nos vero quia eiusdem. b) *sic c. pro* nepoti.

1) *Cf. supra nr. 276 et Böhmer, Reg. Ludw. p. 220 sq. Päbste nr. 65 et 69.*

Ludowicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus.

Inter ceteros imperialis claritatis splendores benemeritorum digna retribucio quasi solaris est radius et preconialis titulus, quo nostre serenitatis dignitas clarius et commendabilius relucescit. Quocirca per hanc augustalem benignitatis nostre paginam ad omnium sacri imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod nos ex consueta nostra providencia attendentes illam preclaram fidem et honesta ac grata servicia, que nobilis vir Adolfus de Monte comes[a] dilectus et devotus noster circa celsitudinis nostre coronam semper laudabiliter exercere studuit atque studet, sicut ipsi certis experimentis probavimus et cognovimus manifeste, volentes sibi premissorum intuitu gratiam facere liberalitatis et benivolentie specialis, ut ipsum ad preteritorum similia et maiora facienda et agenda fide et opere fervencius et amplius incitemus, eidem et heredibus suis in perpetuum peculiaris dono privilegii concedimus et conferimus imperialis auctoritatis potestate, ut in opido suo Wippervoyrde, in quo alias de nostro et sacri imperii indulto speciali monetam fabricat, eciam cudere et cudi facere possit grossos Turonenses argenteos bonos et dativos ac legales puri et fini argenti, aliis Turonensibus equivales, pares et similes in minera, pondere et figura. Proviso diligenter quod in huiusmodi grossorum cudicione et fabricacione nulla falsitas intercidat neque dolus, set omnis assit puritas et veritas, ne exinde contingat eum incurrere fame sue dispendium et nostre reprehensionis gravem acrimoniam sustinere. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. Rome, XXVII. die mensis Iulii, indicione XI, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

478—481. SCRIPTA AD TRACTATUS CUM CIVITATE ULMENSI SPECTANTIA.

1328. Aug. 5.—10.

478. *Scriptum Rudolfi comitis Palatini.* *Aug. 5.*

Originale (or.) *servatur in tabulario regio Stuttgardiensi. Sigillum desideratur. — Ed. 'Ulmisches Urkundenbuch' II, 1 pag. 77 nr. 64 ex* or. *Editionem repetimus.*

Cf. supra nr. 407.

Wir Růdolf von Gotes genaden pfaltzgraf bi Reyn und hertzog in Baygern verjehen offenlich mit disem brief, daz wir von unsers liebsten herren wegen kaiser Lůdwig von Rom und ouch von unser selbs wegen uns mit unsern triwn verbinden und verbunden haben zů unsern lieben getriwn Ůlrich Chuntzelman burgermaister, der zůnft, dem rat und gemainlichn den burgern allen der stat ze Ulme, ze geholfen sien in allem dem rechten, als die brief sagent, die si und unser lieber ôhan der edel graf Berchtolt von Grayspach genant von Nyffen gen anander gegeben habent, also swie die selben brief mit allen artichelen und bůnden von wort ze wort verschriben stant[1], daz wir daz gen in behalten und vollefůren wellen mit guter getriwe[r][a] hilf an alle geværd. Dar ůber ze ainem waren urkůnd, daz ditz stæt und unzerbrochen belibi, geben wir in disen brief mit unserm insigel daz dar an hanget.

Der gegeben wart ze Můnchen, da man zalt von Cristes geburt driuzehenhundert jar und dar nach in dem achtundzwainzigostem jar, an sant Oswaldes tag.

477. a) *in loco raso or.*

478. a) *lacuna in or.*

1) *Cf. supra nr. 407.*

479. *Reversales civitatis pro eodem.* *Aug. 10.*

Originale (or.) *servatur in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Contulimus nos. Sigillum fere illaesum pendet loro membranaceo. — Ed. l. c. II, 1 pag. 78 nr. 65 ex* or.

Wir Ůlrich Chůntzelman der burgermaister, Rudolf Chůntzelman der amman, diu zunft, der rat und diu gemain der stat ze Ulme verjehen offenlichn an disem brief vor allen den die in ansehent, hôrent oder lesent, daz wir von unsers lieben herren wegen chayser Lůd(wigs) von Rom und ouch von unser selbs wegen zů unserm genådigen herren dem hocherborn fůrsten herrn Růdolfen pfaltzgraf bi Reyn und herczog in Bayrn uns mit ůnserrn ståtten triwn verbinden und verbunden haben, also daz wir im mit uns selb und mit der stat dez besten geholffen sin wellen und sůllen in allem dem rechten, als die brief sagent, die der edel herre grave Bercht(olt) von Grayspach und von Marstetten genant von Nyffen uns und ouch wir im gen anander gegeben habent[1], swie die sagent mit allen artikelen und bůnden von wort ze wort, als si verschriben stant, daz wir daz gen im behalten und vollefůrn wellen mit gůter getriwer hilf an alle gevård. Und dez haben wir alle gelert ayde ieglicher besunder gesworn gen den hailgen. Dar ůber ze ainem urkůnt, daz ez ståt und unzerbrochn belibi, geben wir disen brief getriwlich versigelt mit unserr stat insigel.

Der geben wart do man zalt von Cristes geburt driuzehenhundert jar und dar nach in dem achtundzwainzigostem jar, an sant Lourencen tag.

480. *Scriptum advocati provincialis.* *Aug. 10.*

Originale (or.) *ibidem. Descripsit H. Herre. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. — Ineditum.*

Ich Hainr(ich) graf von Werdenberg lantvogt in Obern Swaben vergich offenbar mit disem brief, daz ich von mins lieben herren wegen kayser Lůd(owigs) von Rom und ouch von min selbs wegen zů dem erbern wisem mann herrn Wiglin von Trousnit houbtman in Obern Bayrn mich mit stætten triwn verbind und verbunden han, also daz ich im dez besten geholffen sin wil und sol in allem dem rechten, als die brief sagent, die min lieber ôhan der edel graf Bercht(olt) von Grayspach genant von Nyffen mir und ouch ich im gen anander gegeben haben, swie die sagent mit allen artichelen und bůnden von wort ze wort, als si verschriben stant, daz ich daz gen im behalten wil und vollefůren mit gůtem willen und mit getriwer hilf an alle geværd. Und dez han ich ainen gelerten ayde gen den hailgen gesworn. Dar ůber ze ainem urkůnd, daz ez unzerbrochen belibi, gib ich im disem brief versigelt mit minem insigel [daz][a] dar an hanget.

Der brief ist gegeben ze Ulme, an sant Lorencen tag, do man zalt von Cristes geburt driuzehenhundert jar und dar nach in dem achtundzwainzigostem jar.

481. *Scriptum alterum civitatis.* *Aug. 10.*

Originale (or.) *ibidem. Contulimus nos. Sigillum parum laesum pendet loro membranaceo. — Ed. l. c. II, 1 pag. 79 nr. 66 ex* or.

Cf. infra ad a. 1328. Oct. 16.

Wir Ůlrich Chůntzelman der burgermaister, Rudolf Chuntzelman der amman, diu zunft, der rat und diu gemaind der stat ze Ulme verjehen offenlichn an disem brief

480. a) *excidit or.*

1) *Cf. supra nr. 407.*

vor allen den die in ansehent oder hôrent lesen, daz wir von unsers lieben herren wegen chayser Lůd(wigs) von Rom und ouch von unser selbs wegen zů dem erbern wisen mann herrn Wiglein von Trousnit houbtman in Obern Baygern uns mit unsern stätten triwn verbinden und verbůnden haben, also daz wir im mit uns selb und mit der stat dez besten geholffen sin wellen und sůllen in allem dem rechten, als die brief sagent die der edel herre grave Bercht(olt) von Grayspach genant von Nyffen uns und ouch wir im gen anander geben habent[1], swie die ouch sagent mit allen artikelen und bůnden von wort ze wort, als sie verschriben, stant daz wir daz gen im behalten und vollefürn wellen mit gůter getriwer hilf an alle gevård. Und dez haben wir alle gelert ayde gen den hailgen gesworn. Dar uber ze ainem urkůnd und daz ez ståt und unzerbrochn belibi, geben wir disen brief mit unserr stat insigel daz dar an hanget.

Der gegeben wart ze Ulme, an sant Lourencen tag, do man zalt von Cristes geburt driuzehenhundert jar und dar nach in dem achtundzwainzigostem jar.

482—485. LITTERAE CIVITATIS FLORENTINAE AD DIVERSOS.

1328. Aug. 10.—27.

482. *Litterae ad ducem Calabriae primae.* *Aug. 10.*

Copia (c.) *in Copiario 'Reg. litt. I' signato fol. 64' tabularii regii Florentini, ubi rubrum:* Ad dominum Calabrie ducem. — *Dedit Fieker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 94 nr. 167 ex* c. *Editionem repetimus.*

Domino duci Calabrie pro parte offitii sapientum populi et communis Florentie.

Habemus vere per nuntios nostros et litteras amicorum, quod Bavarus cum ydolis
Aug. 4. et omnibus gentibus suis exivit de Urbe die Iovis preterita proxime et quod tunc
Aug. 6. sequenti proxima die Sabati pervenit Viterbium et quod intendit procedere deinde Tudertum et deinde ad partes istas accedere sine mora. Et ideo dominationi vestre affectuosissime supplicamus, quatenus considerato quod resistendi hostibus vel defendendi civitatem Florentie sine vestra presentia et potenti brachio potentiam non habemus, dignemini ad partes istas cum potentia, que ducalem excellentiam deceat, felices gressus vestros dirigere sine mora [pro] honore vestro nostrisque supplicationibus et gratia speciali. De quibus responsionem vestram [per] latorem presentium quam cupimus expectamus, ut nobis possimus previsi et de vestra intentione informati salubriter providere.

Data Florentie, die X. Augusti, XI. ind.

483. *Litterae ad eundem secundae.* *Aug. 11.*

Copia (c.) *ibidem l. c. fol. 65', ubi rubrum:* Ad dominum ducem. — *Dedit Fieker l. c. p. 95 nr. 168 ex* c. *Editionem repetimus.*

Domino duci.

Aug. 8. Dominationis vestre litteras datas Aquile die VIII. huius mensis, per quas Bavari de Urbe recessum et processum cum omnibus gentibus suis Viterbium et confusionem et enervationem suarum gentium et ingressum domini Stephani de Colunna et Bertuldi

1) *Cf. supra nr. 407.*

de filiis Ursi nepotis domini legati Tuscie cum magna equitum et peditum comitiva de gente regia et ducali in Urbem et eorum receptionem in illa honorabilem et solennem et parlamenti celebrationem et senatorum ordinationem ibi presidentium et securitatem Regno exinde paratam gaudiose devotioni nostre ducalis excellentia nuntiavit, eo ampliori cordium iocunditate recepimus, quo verius cognoscimus predicta et que sequuntur ex eis ad exaltationem sancte matris ecclesie, regiam et ducalem et ad statum et securitatem suorum fidelium et totalem desolationem Bavari omniumque rebellium matris ecclesie et vestrorum hostiumque nostrorum cognoscimus pertinere. Et quia ipse vestre littere continebant, quod iam dispositis quasi totaliter negotiis Urbis ad votum, unde tota pervenit Regno securitas, parati eratis intendere et vacare circa potens exfortium in succursum Pistoriensium sine dilationis obstaculo transmittendum, quod non expedit propter sinistrum casum civitatis ipsius vobis per alias nostras litteras nuntiatum[1], et quia nunc sentimus, quod ipse Bavarus ad partes istas utinam infeliciter omnino intendit procedere, non obstante quod dicatur, quod in Tuderto residentiam sit facturus, nec sit nobis, sicut pridie vobis scripsimus[2], resistendi hostibus vel civitatem Florentie defendendi potentia etc.[3]

Data Florentie, die XI. Augusti, XI. ind.

484. *Litterae ad eundem tertiae.* *Aug. 20.*

Copia (c.) *ibidem l. c. fol. 68, ubi rubrum:* Ad dominum ducem Calabrie. — *Dedit Ficker l. c. p. 97 nr. 172 ex* c. *Editionem repetimus.*

Domino duci Calabrie.

Vobis sub festinantia facimus manifestum, quod sicut habemus per fidedignorum litteras amicorum, hereticus Bavarus a partibus Bolsene recedens Viterbium aliquas gentes suas infirmas cum aliqua comitiva ad partes Toscanelle transmisit, ut veniant versus Pisas, ipse autem cum aliis omnibus suis gentibus venit Tudertum, ut deinde ex compositione cum Castruccio habita procedat Aretium et ex illis partibus contra nos veniat et ex suis Castruccius faciat illud idem. Et ideo dominationi vestre quanto carius et strictius possumus supplicamus, quatenus sicut civitatem Florentie defendi cupitis, nobis sine aliqua dilatione in potenti brachio personaliter succurratis, alioquin predicimus et prenuntiamus vobis, quod de statu nostro et civitatis Florentie plurimum dubitamus. Pro Deo igitur sine mora succurrite supplicamus. Et inter cetera promisit Castruccius Bavaro, quod civitatem Florentie infra duorum mensium spatium sibi dabit.

Data Florentie, die XX. Augusti, XI. ind.

Dum presentes sigillarentur, habuimus per veras litteras et nuntios fidedignos, quod Bavarus, ubi credebatur et ferebatur ire Tudertum, mutavit consilium et processit per locum qui dicitur Pagla et venit per breviorem viam versus Aretium. Et ideo cum magis solito dubitemus et vestram omnino presentiam expectemus, sine qua defensionem civitatis Florentie nedum resistentiam hostium non videmus, vobis iterum et iterum supplicamus, quatenus in succursum civitatis Florentie et per consequens circumpositorum fidelium et devotorum sine aliqua dilatione personaliter veniatis, et iterum supplicamus suppliciter, personaliter succurratis. Vestra enim presentia robur, confortationem atque summam securitatem parabit fidelibus et devotis et absentia materiam desperationis, scandali et erroris. Et de predictis responsionem vestram per latorem presentium quam cupimus expectamus, ut de vestra intentione informati possimus nobis, si tempus nobis sufficiat, ne pereamus, sicut poterimus providere.

1) *Cf. Ficker l. c. p. 82 nr. 144 et supra nr. 471.* 2) *Supra nr. 482.* 3) *Cf. supra p. 396 l. 27.*

Et predicta inserta sunt litteris domini Orlandi Marini[1]. Item scriptum est domino Orlando, quod predicta solicitet, et si in via esset, retrocedat et incontinenti etiam nobis scribat per litteras repetitas.

Data die predicta.

485. *Litteras ad Robertum regem Siciliae.* *Aug. 27.*

Copia (c.) *ibidem l. c. fol. 70, ubi rubrum:* Ad regiam Ierusalem et Sicilie maiestatem. — *Dedit Ficker l. c. p. 99 nr. 176 ex* c. *Editionem repetimus.*

Domino regi Roberto pro parte offitii populi et communis Florentie.

Aug. 13. Regie maiestatis litteras datas Neapoli die XIII. mensis instantis vicario, populo et communi Florentie destinatas, per quas nobis paterna et salubria exortationes atque consilia impendistis, scilicet quod vires et gentes nostras teneamus accinctas et quod ad custodiam civitatis nostre suique districtus et locorum nostrorum principalium et fortium intendamus, devotione consueta recepimus et omnia contenta in eis intelleximus reverenter et ad ea breviter respondemus, quod licet vobis compatiamur in solicitudinibus et laboribus vestris, que habetis maxime causa extolii galeorum domini Frederici et aliorum in dictis litteris contentorum, congratulamur tamen in Urbis negotiis ad votum dispositis per ingressum fidelium et devotorum regiorum in illam et maxime ultimo domini Guillelmi de Ebola ottingentis militibus sotiati et in eo quod per hoc videtur quod quasi plena regno securitas amodo sit procurata, sicut etiam ante dicti domini Guillelmi ingressum habuimus per litteras domini nostri ducis. Et quod sicut dicto domino nostro duci multotiens per ambaxatas et litteras nunciavimus, vere habemus quod Bavarus cum omni eius exfortio Aretium est venturus in proximo et quod Castruccius ex victoria de civitate Pistorii habita magnam ascendens superbiam magnos fecit et continue facit armorum et gentium apparatus, ut ex compositione cum Bavaro habita ex utraque parte in districtum nostrum veniant et procedant et stratas nobis claudant et obsideant civitatem, et de hoc videntur inditia manifesta. Et quod sine ducali presentia ea stipata potentia armatorum, que ducalem excellentiam deceat, defendendi civitatem nostram et terram Prati etc.[2]

Data Florentie, XXVII. mensis Augusti, XI. ind.

---

486. LITTERAE ANONYMI AD FRIDERICUM REGEM TRINACRIAE.
1328. Aug. 22.—27.

Servantur nonnisi in Chronici Siciliae cap. 96. Repetimus hic ad editionem a Rosario Gregorio loco supra ad nr. 111 citato paratam II, 234 sqq. (= Ficker l. c. p. 99 nr. 177). Hic illic correximus.

Domine mi, significo vobis quod dominus rex Petrus cum sua felici armata pro Aug. 13. Dei gratia bene valet. Processus autem et successus ipsius sunt hii, videlicet XIII. presentis mensis Augusti applicuimus Isclam a parte scilicet orientali, ubi dampna in bonis hostium sunt illata. Eodem die hora tarda posuimus nos in mare et die sequenti in Aug. 14. vigilia scilicet assumptionis domine nostre Virginis gloriose applicuimus Molam prope Gaietam ibique descendimus in terram cum illatione dapnorum hostium ferro ac igne

1) *Est legatus Florentinorum ad ducem missus.* 2) *Cf. apud Ficker l. c. p. 95 nr. 170 et supra nr. 484.*

funditus vastatorum. Et accepta aqua et aliis refrigeriis sequenti die per eamdem Aug. 15. Gaietam transivimus, deinde applicuimus ad Montem Circelli et accepta ibi aqua prope terram navigando Asturam attigimus. Et dum galea, in qua eram, prope terram ad iactum baliste transiret, illi de terra ceperunt contra nos cum balistis iactare missilia, ita quod unus ex nostris marinariis ante me fuit percussus ex unius iactu missilis. Etiam quidam Sahonensis, dum ad fiduciam loqueretur cum eis, occisus est. Ex qua causa totus exercitus tam Siculorum quam Sahonensium in vindictam provocatus ivit ad arma et clamando 'ad terram, ad terram' ipsam viriliter invaserunt et sine intervallo scalis appositis intraverunt eamdem. Dominus autem terre qui vocabatur Angelus Malabranca Romanus et Guelfus ac fidei regis Roberti subiectus in fortalitium dicte terre se cum uxore et filiis suis reduxit. Et licet a principio viriliter se defenderet, tamen pusillanimitate devictus post modicam horam ad pacta devenit et fortalitium ditioni domini nostri regis reddidit cum promissione, ut ipse cum suis liber ac salvus permitteretur abire. Et sic factum est vexillis regis Roberti deiectis ipsaque terra cum fortilitio flammis ignibus deletis. Deinde perreximus Nathonum, cuius loci domina claves domino regi iam miserat cum nunciis dicentibus, dominam ipsam dimissa terra eadem vacua recessisse, ut ex ea faceret velle suum. Et licet terra ipsa pro parte regis Petri assicurata fuisset, Sahonenses tamen procedentes et ipsam vacuam et derelictam invenientes combusserunt eamdem. Quibus peractis dum audivissemus in partibus ipsis, quod dominus imperator de urbe Rome discesserat et essemus in proposito quasi in Siciliam redeundi, venit dominus cancellarius cum una galea ad dominum regem Petrum narrans ei, quod imperator ipse iverat Cornetum. Habito ergo consilio quid esset agendum, aliqui dicebant redeundum fore in Siciliam, aliqui vero procedendum ulterius. Et sic finaliter pro meliori electum est, ipsum dominum cancellarium ad predictum dominum imperatorem debere transmitti ad significandum eidem adventum regium et sui marini exercitus ipsumque cancellarium in fauce fluminis Rome expectari debere, ut sua responsione suscepta eligeretur quid foret salubriter peragendum. Misso igitur cancellario, dum fauces dicti fluminis attigissemus, ventus orientalis et deinde notus invaluit, cuius impulsu cohacti sumus usque ad Portum Herculis navigando discurrere. Et dum ibi essemus, XXII. dicti mensis rediit dictus cancellarius. Similiter et dux Brunsvicensis[a] Aug. 22. et comes Iohannes de Claromonte ad regiam presentiam advenerunt et habito cum domino rege colloquio asseruerunt dictum dominum imperatorem descensurum ad maritimam Corneti ad videndum se cum domino rege Petro, affirmantes dictum dominum imperatorem noviter suscepisse subsidium quindecim millium florenorum et totidem in partibus istis sperare habere et sic ipso mediante subsidio necnon favore armate regie adiuvante ingredietur Regnum. Quo in consilium deducto finaliter visum est sic fore agendum. Dicti itaque dux, comes et cancellarius ad imperatorem remissi sunt et dominus rex cum suo extolio iturus est ad maritimam Corneti pro causa predicta. Et sicut ministrabit ei Altissimus, ita fiet. Unum tamen scitote, quod si per dies XV armata vestra fuisset accelerata, negotia magis prospere successissent. Nunc autem ex quo imperator recessit Roma, Urbs ipsa ad partem Guelfam mutavit affectum. Dominus sua pietate facta regia dirigat atque promoveat, ut ipsi et sui preoptant.

Scriptum in galea rubea in Portu Herculis, XXII. Augusti, XI. indictione.

Postquam vero he[e] littere facte sunt, que propter contrarietatem temporis mitti vobis per me non potuerunt, dum essemus in Portu Herculis, missa prius legatione per dominum regem Petrum ad homines Urbitelli, si se dictioni sacri imperii dare vellent, et habita responsione ab eis quod non et quod parati erant recipere pugnam, XXV. Augusti mensis presentis de mandato dicti domini regis pars sui exercitus contulit se ad Aug. 25.

486. a) Brasimensis *ed.*

terram mirabili[b] et inaudito modo. Nam cum terra sit in quodam lacu, quem barche intrare non poterant, per quandam linguam terre intrantem amplam fere duobus iactibus baliste, homines sumentes barcas in humeris, introduxerunt ipsas in lacum et deinde ascendentes illas adheserunt terre et multi alii euntes per terram per girum valde prolixum ultra milliaria X ad terram se contulerunt. Et commisso prelio licet illi de terra a principio viriliter se defenderent et omnia invasionis genera evacuarent et scalas repellerent, ignem immissum extinguerent et homines ascendentes prosternerent, finaliter devicti sunt terraque capta similiter est et castrum, quod omnino inexpugnabile videbatur. Post hec insula Gilii credo ex hiis sic gestis territa missis nunciis et exenio domino regi suam se facere obtulit voluntatem. Super quo adhuc deliberatum non est quid finaliter sit agendum, tamen credo quod dampna personalia per oblationem pecunie evitabit. Insuper terra Talamonie ex terrore istorum successuum derelicta est vacua, ad quam euntes galee sex et ipsam vacuam invenientes captis spoliis eam igne cremarunt.

Scriptum in Portu Herculis, XXVII. Augusti, XI. indictione.

---

487. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD REGEM FRANCIAE. 1328. Aug. 28.

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom.* 114^{II} *fol. 202 nr. 1899. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 396 nr. 1075 ex* c.; *Eubel 'Bullarium Franciscanum' V, 357 nr. 726 ex* c.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 222 Päbste nr. 81; Löher loco supra ad nr. 243 citato p. 227 nr. 586.

Cf. infra nr. 495.

Philippo regi Francie.

Post plures nonnullorum mercatorum quam aliorum missas de partibus Urbis litteras continentes, quod divina providentia pro ecclesia sancta sua ibidem dignata est hiis diebus preteritis operari, die dat(e) presencium litteras dil. fil. nostri Iohannis Sancti Theodori diaconi cardinalis apostolice sedis legati recepimus, quibus inter cetera con-
Aug. 4. tinetur quod die IIII. presentis mensis Augusti Ludovico de Bavaria excommunicato, scismatico et heretico Urbem cum ignominia et dispendiis plurimis exeunte, dil. fil. nobiles viri Stephanus de Columpna miles et Bertuldus de filiis Ursi Urbem intraverunt eandem, per quorum solertem industriam Romanus populus se peccasse considerans et cognoscens pacificatus et humiliatus extitit et eosdem nobiles pro nobis et sancte Dei ecclesia constituit senatores, et interim prefatus legatus ad Urbem predictam dirigens
Aug. 7. gressus suos illam intravit die Dominica inmediate sequenti et a Romanis clamantibus 'Vivant sancta mater ecclesia et sanctissimus pater papa Iohannes ac . . cardinalis legatus et moriantur Bavarus et Petrus de Corvaria heretici et Paterini ac alii proditores' cum gloria et honore devote ac honorifice fuit receptus ibique moratur pacifice, alloquendo populum et ad devotionem Dei ac nostram et ecclesie iugiter exhortando, dictique nobiles suum exercent senatorie officium facto per eos in eadem Urbe generali parlamento, in quo inter alias reformationes ibidem factas processus, privilegia et alia quecunque facta et ordinata per dictos Bavarum et P(etrum) de Corvaria revocarunt, preconizato etiam per Urbem eandem publice, quod omnia talia coram dictis senatoribus infra certum super hoc prefixum terminum portarentur quodque in omnibus contractibus factis illo[a]

486. b) Merabelli *ed.*

487. a) illis *c.*

tempore tempus pontificatus nostri sicut hactenus poneretur. Preterea sanctum sudarium Iesu Christi, quod in ecclesia beate Marie Rotunde de Urbe cum magno tremore per Romanos aliquos servabatur, prefatus legatus cum devotione magna cleri et populi astancium et sequencium ad basilicam principis apostolorum de Urbe reportavit in vigilia festi beati Laurentii proxime preteriti et in loco solito honorabiliter collocavit. Aug. 9. Et quia tenemus indubie te fili carissime de prosperitate ecclesie matris tue velut devotus ipsius filius et princeps christianissimus ac errancium et ab ea deviancium conversione et reductione ad ipsam plenis et devotis affectibus consolari, premissa tue celsitudini, ut nobiscum in Domino congaudeas et inde nostro gratiarum actiones offeras Salvatori, serie presencium intimamus. Hec autem nuntiare magnificencie regie usque ad diem dat(e), quo ad nos predicte littere pervenerunt, distulimus, de premissis a fidedignioribus certiores effici prestolantes.

Dat. Avinion(e), V. Kal. Septembr., anno XII.

In e. mo. Iohanne regine Francie verbis competenter mutatis.

In e. mo. Philippo regi Navarre.

---

488. LUDEWICI LIBERATIO CIVIS TUDERTINI A BANNO. 1328. (Aug. 30.)

Copia (c.) *in 'Libro Reformationum a. 1328' tabularii communis Tuderti, ubi sequuntur haec:* Que quidem lictere erant sigillo cere rubee sigillate, in cuius scultura erat quedam aquila et in eius circuitu erant lictere sic dicentes: '·S· secret. Ludovici Dei gratia Romanorum imperatoris s. a.' Presentatum michi infrascripto cancellerio per suprascriptum . . preceptorem Alamannorum in palatio veteri comunis Tuderti. Sub ann(o) Domini MCCCXXVIII, ind. XI, prefato domino imperatore rengnante, mense Agusti die penultimo. — *Iam edidimus nos 'Neues Archiv' XXX, 429 sq. ex* c. *Editionem nostram hic repetimus.*

Cf. excerpta varia ad dies 20.—30. m. Aug. spectantia, quae l. c. praecedunt.

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus universis presentes visuris vel audituris gratiam suam et omne bonum.

Imperialis providentie celsitudo non semper delinquentes corrigit et reos punit, set aliquando sue liberalitatis extendere debet dexteram gratiosam. Proinde Petrum Iacobelli civem Tud(erti) de r(egione) Sancte Presedis exbanditum comunis Tuderti et condepnatum in libr. L et quarto[a] decurso tempore rectorem Angeli Saraceni dudum potestatis civitatis prefate, quem nonnullorum fidelium assertione sedulum servitorem et devotum sequacem nostre gentis conperimus, a banno et condepnatu premissis de nostra gratia speciali eximimus, liberamus et liberaliter tenore presentium duximus absolvendum Decernentes ac[b] mandantes expresse per aliquem . . vicarium, . . rectorem seu aliquem alium quovis nomine censeantur officiales vel comune prefat(um) civitatis prelibate prenominatum Petrum non debere quoquo modo personaliter aut realiter inquietari. Non obstantibus aliquibus legibus, consuetudinibus seu statutis, que[c] huic nostre gratie in aliquo oviarent. In quorum testimonium et ipsius Petri cautelam presentes licteras fieri mandavimus nostro sigillo secreto a tergo muniri.

Dat. Tud(erti), sub ann(o) Domini MCCCXXVIII, rengni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

---

488. a) *sic c.* b) *super* 7 *delet. c.* c) *supra lin. add. c.*

489. PUBLICATIO PROCESSUUM PONTIFICIS IN DIOECESI PATAVIENSI.

(1328.) Sept. 6.

Originale (or.) *litterarum episcopi Pataviensis pontifici missarum in tabulario Vaticano 'Arm. 6 fasc. 61' signatum. Descripsimus nos*[1]. *Sigilli impressi vestigia adsunt. Dorso inscriptum est:* Sanctissimo in Christo patri ac domino suo domino Iohanni divina providencia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici. — *Ineditum.*

Reg. Löher loco supra ad nr. 243 citato p. 271 nr. 370 (male ad. a. 1326); Preger-Reinkens p. 199 nr. 287 (male ad a. 1326); Mollat 'Lettres communes' nr. 23391 (male ad a. 1324).

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo domino Iohanni divina providencia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici. Alb(ertus) Dei et sui gracia Patavien(sis) episcopus cum debite subieccionis reverencia devota pedum oscula beatorum.

Ad sanctitatis vestre noticiam deduco, quod tamquam filius obediencie tres vestros processus, unum factum contra Ludwicum quondam ducem Bawarie[2], alium contra Marsilium de Padua et Iohannem de Ganduno heresiarcas[3], tercium et ultimum contra nonnullos religiosos katholice fidei inimicos et hostes, qui non formidant asserere quod Christus et eius apostoli in hiis que habuisse leguntur habuerint tantum[a] simplicem usum facti[4], in locis insignibus mee dyocesis feci sollempniter publicari, prout in instrumentis inde confectis[5] plenius continetur, que alias ad curiam sanctitatis vestre per nuncium meum transmisi, set quia nuncius propter viarum pericula aliquo contrario casu potuisset prepediri, ad cautelam vobis consimilia instrumenta[5] per Syfridum capellanum meum dilectum exhibitorem presencium transmitto, sanctitati vestre supplicans humiliter et devote, quatinus eum vobis recommendatum habentes peticiones[a] per eum ex parte nostra porrigendas misericorditer dignemini exaudire.

Datum Pat(avie), VIII. Id. Septembr.

490—494. LITTERAE CIVITATIS FLORENTINAE AD DIVERSOS.

1328. Sept. 8.—27.

490. *Legatio pontifici missa.* *Sept. 8.*

Copia (c.) *in Copiario 'Reg. litt. I' signato fol. 71 tabularii regii Florentini, ubi rubrum:* Ad dominum summum pontificem ambaxata. — *Dedit Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 101 nr. 178 ex* c. *Editionem repetimus.*

Forma ambaxate ad dominum pontificem commissa reverendo patri domino Baronto episcopo Pistoriensi ambaxatori communis et populi Florentie per ipsum populum et commune ista est:

489. a) *supra lineam add. or.*

1) *Cf. 'Neues Archiv' XXVI, 709 not. 1.* 2) *Supra nr. 273.* 3) *Supra nr. 277.* 4) *Videtur esse supra nr. 274.* 5) *Servata non sunt.*

1. Primo quidem etc. recommendet.

2. Secundo narratis per ordinem processibus et operationibus heretici Bavari et ydolorum suorum, que papam et cardinales appellat, et statu et conditionibus urbis Rome, dicat et reverenter et sapienter exponat, qualiter ipse Bavarus intendit venire Aretium etc. Et ideo sanctitati sue reverentissime supplicet, quod consideratis predictis et aliis, que non existentibus in potenti brachio Florentinis possent accidere predictis venientibus inimicis, dignetur fidelissimis Florentinis providere de amplo subsidio sine mora, sicut civitatem Florentie et circumstantes terras devotas desiderat in devotione sua et matris ecclesie conservare, et suis legatis scribere, quod in casibus necessitatum communi Florentie immo universali parti ecclesie celeriter, libere ac facile provideant et succurrant cum suorum exfortiis armatorum pro defensione fidelium et pro depressione dannatorum et infidelium predictorum.

3. Supplicet etiam apostolice sanctitati, quatenus diligenter attentis predictis gravaminibus, quibus commune Florentie importabiliter fatigatur, et etiam considerato quod defendendo civitatem Florentie suumque districtum clerus et clerici defenduntur et bona custodiuntur eorum, ordinare ac mandare dignetur, quod clerici et ecclesie de diocesibus Florentina et Fesulana contribuant communi Florentie in expensis maxime pro novorum constructione murorum civitatis Florentie et fortificatione civitatis eiusdem in ea quantitate et eo modo et forma, quibus misericordi[e] sanctitatis apostolice videbitur convenire.

4. Item exponat apostolice sanctitati, qualiter sapientes et commune Florentie videntes et cognoscentes ampla commoda, que Castruccius, Pisani et Lucani hostes consequebantur ex conversatione ac mercatione Florentinorum in civitate Pisarum, et cupientes, quod ipsi hostes priventur commodis antedictis et quod ipsa commoda fidelibus applicentur, ruperunt et clauserunt et ruptos et clausos tenent stratas suas, quibus itur Pisas, et duras leges et ordinationes ediderunt contra omnes, qui contra facerent vel venirent, et eas faciunt immobiliter observari, non obstante quod inde cives et mercatores Florentie substineant damna gravissima et qualiter clausura et fractura dictarum stratarum parum prodesset, nisi per communia Senarum, Vulterre, S. Ieminiani et Collis contermina civitati et districtui Pisarum fieret illud idem, et ideo cum ex hoc Pisanis et Castruccio perfidis quam maxima commoda subtrahantur, supplicet apostolice sanctitati, quatenus in hiis dignetur salubriter et celeriter providere ac mandare Senensi et Vulterrano episcopis et communibus antedictis, quod stratas suas, quibus Pisas itur, frangant et claudant et clausas teneant et teneri faciant, sicut faciunt Florentini. Et cum etiam Castruccius et Pisani et Lucani ex commercatione et conversatione Provincialium et aliorum Ultramontanorum cum Pisanis et Lucanis in civitate et districtu Pisarum et Luce ampla commoda consequantur, cum quibus matrem ecclesiam et fideles suos opprimunt, supplicet apostolice sanctitati, quatenus in hiis providere dignetur et cum domino Francorum et Navarre rege super hiis ordinare atque disponere ea et ita, que et sicut ad exaltationem suam, statum fidelium et infidelium depressionem alta sua providentia, quam omni sue cogitationi preponunt fidelissimi Florentini, videtur expedire, infigendo sibi, qualiter hec vere sunt ad salutem fidelium et ad destructionem infidelium predictorum. Et ubi supra dicitur de Pisanis, dicatur eciam de Lucanis.

Data Florentie, die VIII. mensis Septembr., XI. ind.

Item portat ipse ambaxator licteras consueti tenoris, quod ei credatur in predictis.

491. *Litterae ad ducem Calabriae priores.* *Sept. 14.*

Copia (c.) *ibidem l. c. fol. 73', ubi rubrum:* Ad dominum Calabrie ducem. — *Dedit Ficker l. c. p. 102 nr. 182 ex* c. *Item repetimus.*

Domino duci Calabrie.

Facimus excellentie vestre notum, quod dominus noster Ierusalem et Sicilie rex illustris ad ea, que ab ipso requisivit dominus Orlandus Marini ambaxator noster ad vos per nos et per vos ad ipsum destinatus, respondit suas rationes et causas assignando, propter quas vos ad partes istas remittere non valebat, et quod nobis habita cum sapientibus nostris super regia responsione deliberatione matura et diligenter discussis omnibus, et ipsis sapientibus ipsa regia responsio non occurrit nec videtur quod adventum vestrum ad has partes retrahere debeant rationes et cause assignate causis et rationibus replicatis, et quod rescriptiones et replicationes nostras ad ipsum dominum regem transmisimus et ei supplicavimus, quod omnino ad partes Florentie sponse vestre vos remittat et redire concedat, et domino Orlando predicto mandavimus, quod hec solicite solicitet et procuret, cum sine vestra presentia nullam sibi sperent Florentini posse esse salutem. Et ideo excellentie vestre affectuosissime supplicamus, quatenus cum adventus vestri nobis necessitas semper crescat, maxime quia vere scimus, Castruccium expirasse et propterea magnos motus fuisse ac esse in civitate Pisarum et Luce et maxime Pisis et quod vestri rebelles nostrique hostes Lucani et Pisani pro Bavaro sub magna festinatione destinarunt et quod Bavarus ipse predictorum instantia cum ydolis suis, que papam et cardinales appellat, omnique potentia sue gentis armigere iam pervenit ad partes Maritime gressus suos accelerans versus Pisas et quod in civitatibus Pisarum, Luce ac Pistorii sunt ex hostibus mille quingenti milites absque illis, qui Bavaro veniente venient de diversis partibus tam proximis quam remotis et Bavaro adherebunt, dignemini et vos scribere ac supplicare domino patri vestro, quod vos huc remittere dignetur et vobis concedere licentiam redeundi pro exaltatione regia et ducali, statu nostro et confidelium, infidelium depressione nostrisque supplicationibus et gratia speciali, cum sine vestra presentia de statu nostro et confidelium dubitetur omnino et sibi nulla videatur esse securitas ullo modo etc.

Data Florentie, die XIIII. Sept., XI. ind.

492. *Litterae ad Robertum regem Siciliae priores.* *Sept. 14.*

Copia (c.) *ibidem l. c. fol. 75, ubi rubrum:* Ad regiam Ierusalem et Sicilie maiestatem. — *Dedit Ficker l. c. p. 103 nr. 183 ex* c. *Item repetimus.*

Domino regi Roberto pro parte offitii et communis.

Post litteras nostras replicatorias ad responsiones vestre maiestatis factas ad ambaxatam per dominum Orlandum Marini ambaxatorem nostrum vobis expositam[1] vere habemus per litteras de civitatibus Senarum et Aretii habitas et etiam per nuntios fidedignos, quod dannatus Bavarus cum ydolis suis, que papam et cardinales appellat, Sept. 13. omnique potentia sue gentis armigere iam externa die ad partes pervenit Maritime et quod aut in castro Maglani aut Castillionis Piscarie pernottavit, continuatis dietis gressus suos accelerans versus Pisas tam a Pisanis et Lucanis quam a Theotonicis et aliis Gibellinis existentibus in civitatibus Pisarum, Lucce ac Pistorii post mortem Castruccii sepissime ac instantissime requisitus. Et ideo cum ex predictis causis nobis habendi domini nostri ducis presentiam necessitas continue nobis crescat etc.

Data Florentie, XIIII. Sept., XI. ind.

1) *Cf. supra nr. 485 et 491.*

493. *Litterae ad eundem alterae.* *Sept. 19.*

Copia (c.) *ibidem l. c. f. 74, ubi rubrum:* Ad regiam maiestatem. — *Dedit Ficker l. c. p. 104 nr. 186 ex* c. *Item repetimus.*

Domino regi Roberto scriptum est die XVIIII. mensis huius Septembris de sero inter alia, qualiter vere habetur per litteras et nuntios fidedignos, quod Bavarus cum gentibus suis heri mane Dominica XVIII. mensis post dira bella data Grossetanis secessit Sept. 18. ab obsidione civitatis Grosseti et versus Pisas per partes Castillionis Piscarie suos gressus direxit et quod ipse intendit contra nos sine dilatione exercitualiter procedere et venire. Et supplicatum est ei, quatenus dominum nostrum ducem Calabrie amplo exfortio sociatum dignetur sine mora remittere ad civitatem Florentie pro defensione ipsius civitatis et devotorum omnium regionis, cum sine eius presentia de civitate Florentie plurimum dubitamus etc. Et quod pedites armate Siciliane, qui cum eo erant, adscenderunt galeas.

494. *Litterae ad ducem Calabriae alterae.* *Sept. 27.*

Copia (c.) *ibidem l. c. fol. 77, ubi rubrum:* Ad dominum Calabrie ducem. — *Dedit Ficker l. c. p. 104 nr. 186 ex* c. *Item repetimus.*

Domino duci Calabrie pro parte offitii populi et communis Florentie.

Post alias nostras repetitas litteras[1] continentes festinos processus Bavari versus Pisas de Maritime partibus vere habuimus et habemus, quod ipse Bavarus die XXI. Sept. 21. huius mensis intravit cum II^{M} militibus et pluribus ipsam civitatem utinam infeliciter pro eodem et quod iam ad civitatem Pistorii post recuperationem castri et rocche de Carmignano per dominum guerre capitaneum et ducalem generalem vicarium factam noviter destinavit et quod ante ipsius introitum erant in civitatibus Pisarum, Luce ac Pistorii milites mille quingenti absque aliis, qui ad eum venient et ipsi adherebunt de proximis partibus et remotis. Et quod sine dilatione intendit contra nos facere quas poterit novitates. Et ideo cum non sit nobis potentia defendendi etc.

Data Florentie, die XXVII. Sept., XII. ind.

---

495. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD CAPITULUM THOLOSANUM.

1328. Sept. 13.

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom.* 115^{I} *fol. 115 nr. 658. Descripsimus nos. — Ineditum.*

Reg. Löher loco supra ad nr. 243 citato p. 227 nr. 590; Preger-Reinkens p. 262 nr. 444.

Cf. supra nr. 487.

Capitulariis urbis et suburbii Tholosani.

Missos nuper ad nostram presenciam vestros ambaxiatores et nuncios benigne mittencium consideratione ipsorumque missorum probitatis obtentu recepimus et que ipsi pro parte vestra prudenter et facunde coram nobis curaverunt proponere vestreque ab eis nostro apostolatui presentate littere continebant, diligenter intelleximus et de oblatis

1) *Supra nr. 491.*

nobis et apostolice sedi pro vobis et comunitate vestra per ipsos graciarum vobis refferimus uberes actiones, prompti quantum cum Deo poterimus ad ea, que vestrum et civitati[s] vestre respiciant commodum et honorem. Et ecce filii quod petitiones pro parte vestra nobis oblatas sicut decenter fieri licuit ad exaudicionis gratiam duximus favorabiliter admittendas, sicut continetur in litteris nostris inde confectis predictique nuncii ad vos cum nostre benedictionis gratia redeuntes referre vobis poterunt viva voce. Et quia iustum est, ut qui passionum fuerint socii[1], consolationum nequaquam existere debeant alieni, vobis ad gaudium nunciamus, quod illo faciente, cui cum voluerit subest posse[2], hereticis illis et scismaticis videlicet Ludovico de Bavaria et Petro de Corvaria Aug. 4. ipsorumque complicibus die IIII. mensis Augusti proxime preteriti de Urbe fugatis apertisque Roman(orum) oculis, qui aliquo tempore hoste humani generis procurante clausi fuerant, fideles nostri et sancte Romane ecclesie nocte sequenti fuerunt in eadem Urbe cum ingenti leticia et honore recepti ac deinde Romanus populus dil. fil. nobiles viros Stephanum de Columpna militem et Bertuldum de filiis Ursi nepotem dil. fil. nostri Iohannis Sancti Theodori diaconi cardinalis apostolice sedis legati usque ad sex menses in senatores Urbis eiusdem iuxta nostrum beneplacitum elegerunt prefatumque legatum admiserunt cum honore maximo subsequenter ac quecunque prelibati heretici et scismatici gesserant et ordinaverant, in generali parlamento suo nulla et irrita declarantes sub penis gravibus publice mandaverunt omnibus et singulis, qui ab eodem Petro de Corvaria, qui se in abhominandum ydolum erexerat sedem in Urbe usurpando predicta, litteras obtinuerant, illas infra certum sibi prefixum terminum prefatis senatoribus deferre et assignare curarent tanquam falsas et erroneas patenter ignis incendio concremandas quodque in omnibus contractibus annus[a] pontificatus nostri sicut antea poneretur.

Dat. Avinion., Id. Septembris, anno terciodecimo.

---

496. NICOLAI V. ANTIPAPAE LITTERAE CONTRA FAUTORES IOHANNIS XXII. PAPAE.

1328. Sept. 14.

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 118 fol. 125' nr. 394; cf. supra ad nr. 458. Descripsimus nos.*

Reg. Eubel loco supra citato p. 164 nr. 222.

Cf. supra nr. 459.

Nicolaus episcopus servus servorum Dei dil. fil. Emanueli Sementis de Albigana ordinis fratrum Predicatorum salutem et apostolicam benedictionem.

1. Çelus et sincere devotionis affectus, quos te ad nos et sanctam Romanam ecclesiam catholicam habere comperimus, ac morum honestas, vite munditia, scientie claritas, altitudo consilii aliaque tue merita probitatis, que tibi suffragari noscuntur, nostrum excitant animum, ut personam tuam dignis honorum titulis attollamus et te ad nostra et sancte Romane ecclesie ministeria peragenda fiducialiter assumamus. Habet siquidem rei veritas nec Urbis et orbis angulis est occultum, qualiter dampnate memorie Iacobus de Caturcho per serenissimum principem Ludovicum Romanorum imperatorem semper augustum nostrum et ecclesie[a] sancte catholice et christiane fidei[b] pugilem ac clerum

495. a) *corr. ex* annuis *c.*

496. a) *sequ.* Rom *delet. c.* b) chr. fidei *in margine post add. c.*

1) *Cf. 2. Cor. 1, 7.* 2) *Sap. 12, 18.*

populumque Romanum omni dignitate omnique pontificatus honore nuper rite privatus[c] [extitit][d] et depositus sententialiter ob suarum nephandarum congeriem offensarum. Nos vero processu temporis divina disponente clementia licet immeriti ad apicem apostolatus assumpti contra eiusdem dampnati sequaces, fautores et eidem pertinaciter adherentes et communicantes in talibus criminibus, cuiuscumque status, ordinis, dignitatis et conditionis existerent, sententiam privationis et depositionis protulimus generalem et tamquam hereticorum fautores decrevimus esse censendos[1]. Verum quia nonnullorum indurate cervices[2] et prave [mentes][d] nec sic a talibus improbitatibus resipiscunt, quin etiam effrenate os suum ponentes in celum[3], nos et potestatem nobis a Domino traditam et sacri Romani auctoritatem imperii lacerare non desinunt, variis et diversis utentes contra nos detractionis vocabulis et asserentes improbe ac domatiçantes temere nostras sententias non valere, in eorum periculum animarum, scandalum etiam plurimorum, ne ipsorum malitie et nequitie false suggestionis fermento tota massa fidelium cum ipsis conversantium corrumpatur, adhibere disposuimus adustionis et precisionis remedia oportuna.

2. Quocirca tibi, de cuius circumspectionis industria, fervore fidei et religione approbata plenam in Domino fidutiam obtinemus[e], auctoritate apostolica committimus et etiam delegamus, quatinus vere fidei zelo succensus circueas intrepidus, inquiras attentius et diligentius perscruteris et quoscunque in premissis vel[f] premissorum quolibet inveneris deliquisse vel actualiter delinquentes, cuiuscunque sint ordinis, conditionis, dignitatis vel status, exemptos et non exemptos per ecclesiasticam censuram coherceas, punias et compellas, ut vias dampnati Iacobi supradicti penitus deserentes ad viam catholice fidei sanctamque Romanam ecclesiam studio vigilanti et indefessis conatibus summo opere studeas revocare. Et ut hec et alia, que per nos tibi inferius committuntur, valeas liberius exequi et a nemine possis in predictis et circa predicta quavis auctoritate quomodolibet impediri, exnunc te a potestate cuiuslibet eorum, dumtaxat qui nobis et[g] nostre sancte Romane ecclesie non obediunt et in nobis perfecto non credunt, apostolica auctoritate eximimus et ab omni iurisdictione ipsorum decrevimus esse exemptum. Volentes nichilominus ut omnes sententias prefati dampnati Iacobi latas et promulgatas in homines vel in terras interdicti, suspensionum, excommunicationum, privationum, condempnationum et dampnationum sive per se vel per alios quoquo modo possis tollere ac etiam removere ac huiusmodi sententiis irretitos absolvere et publice uti malueris predicare, confessiones quoque audire, penitentes absolvere et penitentias imponere salutares.

3. Ceterum capellaniam et ordinationem capelle, quam Iacobus Sementis tuus patruus dimisit et ordinavit in loco fratrum Predicatorum de Albingana, tue discretioni committimus disponendam. Districtius inhibentes .. priori eiusdem loci et conventui seu illi vel illis, ad quos eiusdem capelle ordinatio et provisio seu dispositio pertinet communiter vel divisim, ne de capella ipsa, quam ex certa commisimus scientia tibi et dispositioni tue, disponere aliter vel te impedire quoquo modo presumant. Decernentes exnunc irritum et inane, si secus super hiis omnibus supradictis a quoquam quavis auctoritate attemptatum forsitan extit[er]it vel in posterum contigerit attemptari. Non obstant(ibus) aliquibus privilegiis et indulgentiis apostolicis generalibus vel specialibus aut legatorum eius[h] sub quacunque forma verborum concessis, per que presentibus non expressis aut totaliter non insertis effectus predictorum omnium impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre commissionis, delegationis, pro-

496. c) *sequ. in initio lineae rasura trium verborum spatium adaequans c.* d) *excidit c.* e) obtinentes *c.* f) *sequ.* aliquo *subpunct. c.* g) *sequ.* sce *delet. c.* h) *ita c.*

1) *Cf. supra nr. 459 et 460.* 2) *Cf. e. gr. 2. Esdr. 9, 16.* 3) *Cf. Ps. 72,9.*

visionis, inhibitionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contrahire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beati Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Viterbii apud Sanctum Franciscum, XVIII. Kal. Octobr., pontificatus nostri anno primo.

---

497. VICARII IMPERIALIS MANDATUM SUPER INTRODUCTIONE IN FEUDUM AB IMPERATORE CONCESSUM.

1328. Sept. 26.

Originale deperditum. — Dedit Verci 'Storia della marca Trivigiana' X, 48 nr. 1107 'tratta dal Cod. documenti Trivigiani Co. Scotti N. 7'. Editionem (ed.) *repetimus.*

Nos Canis Grandis de la Scala imperiali auctoritate civitatum Verone, Padue et Vincentie vicarius generalis universis vicariis, potestatibus, rectoribus, officialibus et aliis quibuscumque subditis nostris presentes litteras inspecturis salutem et omne bonum. Cum serenissimus dominus noster dominus Ludovicus Romanorum imperator strenuo militi domino Ziliberto colaterali nostro tamquam benemerito pro iusto et legali feudo contulerit omnia bona, possessiones, castra, burgos, villas, iura, iurisdictiones et districtus cum omnibus suis pertinentiis, que vel quas dominus Eccelinus et Albricus fratres de Romano simul vel divisim tenuerunt et possederunt in Marchia Tervisina aut in quibuscumque aliis locis et terris, ipsumque dominum Zilibertum investiverit de predictis, sicut patet evidentius per solemne privilegium sigillo imperiali roboratum [1], nos volentes in quantum nobis est dare operam cum effectu, quod collatio et investitura predicta debitum nanciscatur effectum, universitati vestre serie presentis districte precipiendo mandamus, quatinus ad requisitionem dicti domini Ziliberti seu procuratoris et nuncii ipsius servare debeatis et servare facere gratiam supradictam sic prompte et sic efficaciter, quod possessiones et alia bona quecumque, prout in suo privilegio continetur, ubicumque reposita[a] fuerint, summarie expediantur et libere relaxentur. Eadem[b] facientes per massarios, laboratores, inquilinos et detentores eorum sine eorum[c] manifestatione teneri et possideri pro ipso domino Ziliberto et [eidem][d] de directis[e], frugibus et obventionibus eorum integraliter responderi[f], pena et banno contrafactoribus nostro arbitrio auferendis.

Data Pad(ue), die XXVI. Septembris, ind. XI.

497a. LEGATI APOSTOLICI ABSOLUTIO ARCHIDIACONI TIBURTINI.

1328. Oct. 3.

Originale (or.) *propter menda non confectum ut videtur in tabulario Vaticano inter 'Instrumenta miscellanea a. 1329'. Contulimus nos. — Ed. H. Otto loco supra ad nr. 62 citato XIV, 231 nr. 10 ex* or.

Iohannes miseratione divina Sancti Theodori diaconus cardinalis apostolice sedis legatus venerabili in Christo patri . . episcopo Tiburtino vel eius vicario in spiritualibus salutem in Domino.

497. a) reposite *ed.* b) eidem *ed.* c) earum *ed.* d) *deest ed.* e) fictis dictis *ed.* f) respondere *ed.* g) *excidit ed.*

1) *Servatum non est.*

Veniens ad presentiam nostram Iacobus archidiaconus Tiburtinus nobis exposuit, quod licet contra complices, fautores et receptatores Ludovici olim ducis Bavarie de heresi sententialiter condempnati et adherentes eidem diverse sententie per processus sanctissimi patris domini nostri summi pontificis super hoc rite habitos promulgate fuerint et inflicte, ipse tamen contra processus huiusmodi veniendo, in civitate Tiburtina post introitum ipsius dampnati Ludovici et gentes suas[a] in eandem moram trahendo, cum eodem dampnato Ludovico et aliis supradictis in cibo, potu, loquela et aliis prohibitis actibus participando, ab eis emendo ipsisque vendendo, eis adherendo et obediendo ac etiam in divinis se miscendo excommunicationis sententiam contra tales per processus eosdem generaliter promulgatam noscitur incurrisse. Verum cum, sicut asseruit, corde contrito saniori ductus consilio a participatione[b], fautoria, receptione et adhesione dicti Ludovici et complicum eiusdem penitus abstinere proponens sanctissimo patri domino nostro summo pontifici, sancte matri ecclesie et eius intendat fidelibus et devotis perpetuo[b] adherere et ad ipsius gremium cum humilitate redire eius mandata irrefragabiliter servaturus, nobis humiliter supplicavit, ut sibi super hiis de oportuno absolutionis beneficio providere misericorditer dignaremur. Nos igitur attendentes, quod sancta mater ecclesia non claudit gremium redeunti, ipsius supplicationibus inclinati ipsum recepto prius ab eo corporaliter iuramento de stando et parendo mandatis dicti domini nostri ipsiusque ecclesie matrisque nostre a dicta excommunicationis sententia, a qua eum auctoritate apostolica nobis specialiter in hac parte co[m]missa per penitentiarium nostrum in forma ecclesie absolvi fecimus, ad vos remictimus absolutum, iniungentes eidem pro modo tante culpe pro penitentia salutari, quod voce electionis activa et passiva per III annos suspensus existat et per unum annum semel in edomada in pane et aqua debeat ieiunare. Quod si post observatum huiusmodi ieiunium per dimidium annum ipsum inveneritis humiliter penitentiam agere de commissis, super quo vestram conscientiam oneramus, secum super huiusmodi ieiunio valeatis misericorditer dispensare. Adicientes tamen spetialiter et expresse, quod si prefato Ludovico vel eius complicibus et fautoribus adheserit deinceps aut faverit, relabatur in eandem sententiam ipso facto et nichilominus citra periurium perpetui carceris penam luat.

Datum Rome, die III. mensis Ottobris, pontificatus sanctissimi patris domini nostri domini Iohannis pape XXII. anno tertiodecimo.

---

498. LUDEWICI CONCESSIO FEUDI.
1328. Oct. 7.

Originale (or.) *in tabulario regio Stuttgardiensi. Descripsimus nos. Sigillum, quod filis sericis pendebat, desideratur. Manu Italica scriptum est. In dorso legitur:* ℞.
Böhmer, Reg. Ludw. p. 61 nr. 999.

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobilibus viris Rodulfo seniori et Nicolao iuniori comitibus de Lewenstein, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Etsi imperialis celsitudinis maiestatem ad omnes suos benemeritos et fideles extendere deceat manum suam liberaliter adiutricem, ad illos tamen decet dexteram sue liberalitatis extendere, qui pro defensione et exaltatione sacri Romani imperii non

497 a. a) *sic or.* b) *bis scriptum or.*

desierunt nec desinunt laborare. Sane nos actendentes vestre devotionis et fidei puritatem, quam [vos et][a] antecessores vestri ad nos et sacrum Romanum imperium continue habuistis, intuitu premissorum vobis imperiali autoritate concedimus[b] atque damus in feudum[c] civitatem Lewenstein[d] et castrum et civitatem Murhart et castrum Glachen[e] et civitatem Heiligenbruc, prout antecessores vestri et vos actenus ab imperio tenuistis, cum[f] decima siliginis et plaustris vini et omnibus aliis iuribus, iurisdictionibus et servitiis, que vos antecessoresque vestri consuevistis in dictis locis percipere et habere, vobis vestrisque heredibus predicta ex certa scientia concedentes, vosque pro vobis et vestris heredibus imperiali autoritate solempnniter[g] investimus, recepto et prestito a te Rodulfo pro te et nomine prefati Nicolai fratris tui fidelitatis debite iuramento, pro quo fratre tuo promisisti, quod nobis iuramentum fidelitatis prestaret, quam prius nostram posset adhire presentiam. In cuius rei testimonium presentes scribi iussimus et nostre maiestatis sigilli[h] munimine roborari.

Dat. Luce, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo, indict. duodecima, die septimo Octubr., regni nostri anno XIIII, imperii vero primo.

---

499. LITTERAE REGIS ARAGONUM PONTIFICI MISSAE. 1328. Oct. 8.

Copia (c.) *chartacea in tabulario regio Barcinonensi CRD Alfonsi nr. 562. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, 440 nr. 295 ex* c. *Editionem* (ed.) *repetimus.*

Sanctissimo et beatissimo in Christo patri ac domino domino Iohanni divina providencia sacrosancte Romane et universalis ecclesie sumo pontifici Alfonsus Dei gracia rex Aragonum . . . devota pedum oscula beatorum.

Beatissime pater et domine, visis et cum devocione ac mentis iubilo intellectis litteris per sanctitatem apostolicam nobis nudius destinatis super expulsione Lodovici de Bavaria et Petri de Corvaria expulsorum ab Urbe et super ingressu reverendi in Christo patris domini Iohannis Sancti Theodori diaconi cardinalis legati sedis apostolice ad Urbem eandem ac aliis contentis in litteris apostolicis antedictis[1] [magni]ficavit anima nostra Dominum[2], quod magnifice et munifice sanctam catholicam et Romanam ecclesiam et vos qui eius estis capud et presul per suam misericordiam exaltavit humiliavitque predictos, qui sua superbia nisi fuerunt ex[urgere] contra ecclesiam sanctam Dei. Nos etiam, pater sanctissime, sic eventurum procul dubio sperabamus. Is enim, [qui] Petri naviculam instruit et conservat, differre lacius non debebat, quod in . . .[a] reduceret . . .[a] procellam (?), immo et firmius in illo eodem confidimus, qui superborum conculcat colla[3], ut predictorum Lodovici et Petri, qui urbes multas turbaverant et Urbis habitatores concusserant, sic superbiam comprimet et calcabit, quod eciam illi qui eis adheserant . . . .[b] eos et stulti in suis novissimis apparebunt . . .

Dat. Barchinone, octavo Idus Octobris, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo.

---

498. a) *excidit or.* b) *abhinc stilo minus acuto atramento pallidiori scriptum or.* c) *sequ.* ī *or.* d) *ultima* e *supra lineam stilo acutissimo post add. or.* e) glachen *or.* f) c̄u *corr. ex* et *or.* g) *sic or.* h) sigillo *or.*

499. a) *verbum deest ed.* b) *tria verba desunt ed.*

1) *Cf. litteras similes supra nr. 487 et 495.* 2) *Luc. 1, 46.* 3) *Cf. Deut. 33, 29.*

500. ACTA CURIAE MARESCALCI REGII.
1328. Oct. 12.

Transsumtum originale (tr.) *in tabulario regio Pisano. Praecedunt haec verba:* In nomine Domini amen. Continetur in libro preceptorum, sententiarum et pronunptiationum curie magnifici et potentis domini domini Humilonis de Lictimberg marescalchi serenissimi principis domini Ludovici Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti, existente sapiente viro domino Raymondino de Archidiaconis de Cremona iudice et vicario dicti domini marescalci, scripto et ordinato per Albertinum de Archidiaconis de Cremona, Angelum ser Angeli de Montefiascone et me Fredericum ser Ormanni de Pistorio notarios dicti domini marescalci, anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo et vigesimo nono, ind. XII., diebus infrascriptis. *Sequuntur in fine:* (S. N.) Ego Fredericus filius condam Ormanni de Pistorio iudex ordinarius et publicus imperiali auctoritate notarius et generalis officialis et notarius dicti domini . . marescalci predicte pronumptiationi et predictis omnibus interfui et ea omnia scripsi et publicavi mandato dicti . . iudicis, ut in actis dicte curie continetur. — *Edidit Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 520 nr. 510 ex* tr. *Editionem repetimus. Cf. iam supra nr. 370 et infra nr. 511.*

Anno nativitatis Domini MCCC vigesimo octavo, ind. XII. Pro Arnoldo Gerardi de Sivernicchi et Arnoldo Rugerii de Surimbaoch Teotonicis fideycommissariis et executoribus testamenti et ultime voluntatis condam Iannis item Iannis de Ghilalbaoch fideycommissario et executorio nomine pro hereditate et bonis dicti condam Iannis et pro Arnoldo de Surimbaoch suprascripto suo proprio nomine ex parte et mandato domini Raymondini de Archidiaconis de Cremona iudicis et vicarii magnifici et potentis domini domini Alberti Humelonis de Lictimberg marescalci serenissimi principis domini Lodovici Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti cita et require Bectum condam Bonaventure de cappella sancti Martini Kinzice civem et mercatorem Pisanum et sibi ex dicta parte loca et precipias, quatenus die duodecima Octubris in vesperis veniat et compareat coram dicto . . iudice et vicario ad eius curiam ad bancum dicte curie domini . . marescalci, que tenetur iuxta veterem canonicam maioris ecclesie Pisane, ad respondendum petitioni, quam dictus Arnoldus condam Gerardi et Arnoldus Rugerii fideycommissario nomine pro dicta hereditate dicti condam Iannis et suprascriptus Arnoldus de Surimbaoch suo nomine proprio facere intendunt coram dicto . . iudice contra dictum Bectum et ad opponendum se dicte petitioni, si se opponere vult, coram dicto . . iudice habente iurisdictionem huiusmodi questionis tam vigore sui officii quam ex speciali commissione facta per ipsum dominum . . marescalcum in ipsum iudicem. Alias sive venerit sive non, procederet in dicta questione summarie et de plano secundum formam iuris et bonum officium dicti domini . . marescalci.

Facta est dicta citatio et locatio pro predictis de mandato et auctoritate et commissione dicti . . iudicis et vicarii suprascripto Becto in famil(ia) ad domum sue habitationis positam in cappella sancti Martini Kinzice publice cum proclamatione numptii ut moris est per Belloctonem numptium et familiarem dicte curie die XII. Oct. et sibi locatus est ut supra pro dicta die XII. Octobris in vesperis, ut ipse numptius et familiaris retulit se predicta dicto modo fecisse michi . . notario et curie[1].

---

1) *De actis quae sequuntur cf. Ficker l. c. not. 1.*

501. SCRIPTUM ITERATUM ADVOCATI PROVINCIALIS PRO CIVITATE ULMENSI.

1328. Oct. 16.

Originale (or.) *in tabulario regio Stuttgardiensi. Contulimus nos. Sigillum desideratur loris membranaceis relictis. — Ed. 'Ulmisches Urkundenbuch' II, 1 pag. 81 nr. 68 ex* or.

Cf. supra nr. 480 et 407.

1. Ich grave Hainr(ich) von Werdenberg lantvogt in Obern Swaben vergich offenlich mit disem brief vor allen den die in ansehent oder hôrent lesen, daz ich mit gûten triwn mich verbind und verbûnden han Ůlrichn Chûntzelman dem burgermaister, Rûdolffen Chûntzelman dem amman, der zûnft, dem rat und gemainlich den burgern allen der stat ze Ulme ze geholffen sin mit gantzem ernst gen allen den, die dez tags wider in warent, do ich ir vogt wart, oder sider wider in worden sint oder noch werdent, dez besten dez ich kan und mag an gevård bis an die zit, daz min genådiger herre chayser Lûd(owig) von Rom ze Tåutschem land kûmpt. Und sol och den krieg gen allen iren vinden vrid, satz noch kain stallûng nit gewinnen noch haben und ouch kainiu tåting triben hainlichn noch offenlich gen iren und minen widersachn an mit wizzent und gûtem willen der vorgenanten burger aller. Ich sol ouch mit der selben willen und mit ir hilf und rat allen iren und minen vinden tûn ze schaden und ze laid, als vil ich kan oder mag, und mit minem lib und gût sol ich in williclichn helffen an irrer vind lib und gût mit allen dingen, so ich best kan und mag an gevård.

2. Wår ouch daz der kayser Ludowig ze Tåutschem lant kômi, dannocht solt ich ir vogt beliben und sin und ir heilffer, er entsetze mich dann selb und geb in ainen andern vogt. Und wår, da Got vor si, daz der kayser nit ensin solt, so sol ich dannochs gewaltiklich bi der vogtay beliben an alle irrûng und sol elliu diu gewonlichn recht und nûtz haben, die dez richs vogt an gehôrent und billichn haben sol.

3. Ich sol ouch bi in in irer stat haben zwainzig miner diener, die berait sint und helm fûrent. Und dar umb hant si mir gelûbt, alle die wil ich bi in bin vogt und die wil si min bedûrfent, sechshundert pfunt Haller ie von ainem jar an fûrzog und an alle irrûng ze geben. Wår ouch daz ich diener zû in setzen wûrdi, die ir aygen kost in der stat haben solten, so sûllen si mich ze hant an der selben iegslichn entlôsen mit iren briefen oder sûst als vil als ich im dann verhaizzen han, bis daz ich der sechshundert pfunt gåntzlich verricht oder gewert bin an die selben diener, oder ob ich mine aygen kost haben wil, sûllen si mich selb verrichten dez vor verschriben geltz.

4. Ich grave Hainr(ich) von Werdenberg vergich ouch, daz ich ainen gelerten ayde gen den hailgen gesworn han, alles daz getriwlich ståt[a] ze halten und ze vollefûrn daz hie verschriben ist. Ich sol ouch bi der vogtay beliben bis an ainen ainwelligen und gwaltigen Rômschen kûnig. Und bi in in der stat sol ich sin, swenn si min bedûrffen. Ist aber daz ich ze schaffen[b] han, so mag ich wol von in und zû in ritten und swa ich dann bin, so si mich mit ir briefen ermanent zû in ze komen, daz sol ich unverzogenlichu tûn, mich irr dann ehaft not.

5. Swaz ich ouch bi in schadens an rossen, mayden und sûst niem, den sûllen si mir nit ab tûn. Swenn ouch si wôlten, daz ich minder diener bi in håtti, so sol in von ieglichm die selben zit als vil Haller ab gan, als mir ie von ainem verhaizzen ist. Si sûllen ouch mir in den jarn diu ich bi in bin, swen ich Haller bedarf, an den

501. a) *in initio lineae* b) *bis scriptum or.*

sechshundert pfunden gen ie als vil, als ich zů dem selben zil dann verdienet han und si mir nach der jar raitůng dann schuldig sint. Ich han ouch gewalt, swenn die burger wend, daz ich minder denn zwainzig diener bi in habi, daz ich daz tůn sol. Swaz ouch der genanten zwainzig diener ab gevangen wirt, so sol ich in in den ziln als zitlichn ist ander an der selben stat legen und haben ze Ulme. Dar ůber ze urkůnd und daz ez stät belibi, gib ich in disen brief mit minem insigel daz dar an hanget.

Der gegeben wart do man zalt von Cristes geburt driuzehenhůndert jar und in dem achtundzwainzigostem jar, an sant Gallen tag.

501a. LUDEWICI PRIVILEGIUM PRO CIVITATIBUS SILVANIS.
1328. Oct. 18.

Copia (c.) *omnino coaeva in tabulario Switensi. Descripsit iam olim Jaffé b. m.*
Böhmer, Reg. Ludw. p. 61 nr. 1000[1].

Wir Ludewig von Gottes gnaden Romischer cheiser ze allen ziten merer dez riches verjehen und tůn kunt offenlich an disen briefen allen dien die in sehent oder hǒrent lesen, daz wir den erberen lůten von Underwalden, von Switz und von Uren, unseren lieben getriwen dienern durch der dienst willen, die si ůns und dem reich ze allen ziten getan habent und auch noch taglichen tůnt, und durch grozze arbait und kost, die si lang durch unsern und des reichs willen erliten habent, alliu recht und freiheit, brief und hantfest, die si von ůns oder von unseren vordron cheiser und chungen gehabt habent, gar und ganzlich bestatigt haben und bestatigen mit disen gegenwrtingen briefen, also daz wir wellen und auch gebieten festeclich pei ůnser und des reichs hulden, daz in dieselben recht und freiheit, brief und hantfest niemant niht ůbervaren noch zerbrechen sol. Swer in das da ůberfůr, der sol wissen das der wider ůns und des reichs hulden tůt. Darůber ze einem urkůnd geb wir in disen brief versigelten mit ůnserm hangenden insigel.

Der geben ist ze Peis, do man zalt von Christes [gepurt][a] driuzehenhundert jar darnach in dem achtundzwaingistem jar, in dem vierzehendem jar unsers reichs und in dem ersten unsers cheisertůms, des nachsten Ertags[b] nach sant Gallen tag.

---

502. EIUSDEM ASSIGNATIO PECUNIAE.
1328. Oct. 19.

Originale (or.) *partim corrosum in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 363. Contulimus nos. Sigillum parum laesum pendet filis sericis flavi coloris.*
Böhmer, Reg. Ludw. p. 61 nr. 1001.

Wir Ludowig von Gotes gnaden Rǒmischer chayser ze allen ziten merer dez reychs enbieten den weisen mannen dem rat und der gemain der purger ze Nůrenberch, unsern lieben getrůwen unser huld und alles gůt.

Wir habn dem edeln manne Frider(ichen) purchgrafen von Nůrenberch unserm lieben getriůwen haimlicher verschaft und geben und verschafen im mit disem brieve

501a. a) *excidit c.* b) *. . add. c.*

1) *De tempore cf. etiam Kopp 'Geschichte der eidgenössischen Bünde' V, 1 p. 385 not. 5.*

diů zwaytusent phunt Haller, die ir ze gewonlicher stiůr uns schuldig seit ze geben uf Nov. 11. sand Martins tag der nu schierst chumpt, daz er die von unser und dez reychs wegen einnemen und enphahen sol uf den selben sand Martins tag. Da von haizzen wir ewch und wellen und gebieten ez ew auch bi unsern hulden, daz ir die selben zweytusent phunt Haller an unser und dez reychs stat dem egnanten purchgraven oder sinen erben uf den selben nehsten sand Martins tag der schierst chumpt gebt. Und swenn ir in oder sein erben also gewert habt der selben zweytusent phunt, so sagen wir ewch ir ledig und lôs von unser und dez reychs wegen von dem selben sand Martins tag der 1329. Nov. 11. schierst chumpt ůber ain gantzez jar. Mit disem gegenwertigen brieve, den wir ze ainem urchunde dar ůber geben versigelten mit unserm chayserlichem insigel.

Der geben ist ze Pyse, an der nehsten Mitwochen nach sand Gallen tag, da man zalt von Cristes gepurt dreuzehenhundert jar darnach in dem achtundzweynzigsten jar, in dem vierzehenden jar unsers chůnigreichs und in dem ersten unsers chaysertůmes.

---

503. LITTERAE CIVITATIS FLORENTINAE AD LEGATUM APOSTOLICUM.

1328. Oct. 19.

Copia (c.) *in Copiario 'Reg. litt. I' signato fol. 82 tabularii regii Florentini, ubi rubrum:* Ad dominum in Lombardia legatum. — *Dedit Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 105 nr. 192 ex* c. *Editionem repetimus.*

Cf. l. c. p. 106 nr. 193.

Domino legato Lombardie.

Quamquam alias paternitati vestre scripserimus, qualiter dannatus Bavarus de Urbis partibus rediens partes istas utinam infelici omine repetivit, intrans primo civitatem Pisarum et deinde proximiorem nobis se faciens Lucam accessit in utraque civitatum ipsarum ordinans bellicos armorum et gentium apparatus, et qualiter ad civitatem Pistorii premisit magnam exfortii sui partem intendens contra nos vel Pratenses intemperie cessante temporis sine aliqua dilatione facere novitatem, et qualiter defendendi nos etc. Nec obmittimus scribere, quod et de civitate Lucana et de partibus Vallis Nebule et aliis Lucani districtus aliqua sentimus, per que multa in casibus fieri possent, si essemus in forti brachio, que ad exaltationem matris ecclesie, domini nostri summi pontificis atque vestram, statum et honorem nostrum et aliorum fidelium ipsius ecclesie et ad depressionem et iacturam Bavari et sue gentis aliorumque rebellium ipsius ecclesie pertinerent. Et quia pecunia necessario indigemus et veremur nova gravamina ordinare, ex quo posset in populo nostro expensis inportabilibus lacerato scandalum exoriri, paternitati vestre humiliter recordamur, quatenus X milia flor. aur. vobis olim per sotios Acciaiolorum nostro nomine mutuatos nobis dignemini restitui facere de gratia speciali, parati omni tempore ac ubique paternis parere beneplacitis et mandatis.

Data Florentie, die XVIIII. Ottobris, XII. ind.

---

504. 505. LUDEWICI CONFIRMATIO SCRIPTORUM PRO CIVITATE SAVONENSI.

1328. Oct. 20.

504. *Confirmatio prior.* *Oct. 20.*

Originale (or.) *in tabulario civitatis Savonensis. Contulimus nos. Sigillum deest, filis sericis rubei flavique coloris relictis. Dorso inscriptum est:* cōis Saone. — *Ed. Filippi et Cipolla loco supra ad nr. 314 citato p. 312 nr. 6 ex* or.

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus universis et singulis imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Dilectorum nostrorum fidelium civium civitatis Saone supplicatione conmoti, dum eramus in regia dignitate recolimus Pisis vicario nostro et civibus predictis Saone dedisse per nostras licteras aliqua in mandatis et etiam concessisse, quarum licterarum tenor talis esse dignoscitur:

'Ludovicus Dei gratia — nostri anno XIIII.' *supra nr. 367.*

Nos vero volentes, ut aucta[a] nobis dignitas imperialis predictis mandatis et concessionibus afferat incrementum, predicta omnia et singula imperiali auctoritate confirmamus et etiam innovamus. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri iussimus et sigilli maiestatis nostre robore communiri.

Dat. Pisis, anno Domini MCCCXXVIII, indictione XII, die vigesima mensis Octubr., regni nostri anno XIIII, imperii vero primo.

505. *Confirmatio altera.* *Oct. 20.*

Originale (or.) *ibidem eadem manu exaratum. Contulimus nos. Sigillum item deest, filis relictis. Dorsi eadem inscriptio est. — Ed. l. c. p. 314 nr. 7 ex* or.

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus universis et singulis imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Ex parte civium civitatis Saone nostrorum fidelium dilectorum fuit maiestati nostre cum instantia supplicatum, ut certas litteras, quas ei et vicario nostro Saonensi concessimus, dum eramus in regia dignitate, confirmare et innovare de solita providentia dignaremur. Quarum litterarum tenor talis esse dignoscitur:

'Ludovicus Dei gratia — nostri anno XIIII.' *supra nr. 368.*

Nos vero volentes, ut aucta[a] nobis imperialis dignitas supradictis omnibus afferat incrementum, predicta omnia et singula imperiali auctoritate confirmamus et etiam innovamus. In cuius rei testimonium presentes licteras fieri iussimus et sigilli maiestatis nostre robore communiri.

Dat. Pisis, anno Domini MCCCXXVIII, indictione XII, die vigesima mensis Octubr., regni nostri anno XIIII, imperii vero primo.

---

504. a) aūgta *or.; cf. nr. 505 not.* a.

505. a) aūcta, *linea post erasa or.; cf. nr. 504 not.* a.

506. ACTA CURIAE VICARII GENERALIS IN TUSCIA. 1328. Oct. 21.

Ex Actis (c.) *curiae vicarii generalis tabularii regii Lucani 'Curia de' rettori I' signatis*[1]. *Contulimus nos. Praecedunt haec verba:* In nomine Domini amen. Hic est liber memorie et extraordinariorum curie[a] illustris principis domini domini Federigi Dei gratia brocravii[b] de Norinbergh sacri Romani imperii in Tuscia vicarii generalis, existente eius vicario generali nobili et sapienti viro domino Manuele de Zanaxiis de Cremona iuris utriusque perito, scriptus per ser Atinum Raynam de Papia notarium, cancellarium curie supradicte[c] et per me Iohannem ser Nelli de Sancto Miniate notarium et cancellarium curie suprascripte, sub anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, indictione duodecima, diebus et mensibus infrascriptis. — *Edidit Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 522 nr. 511 ex* c.

Cf. infra nr. 536. 537.

Coram vobis magnifico domino . . domino Frederico burgravio[d], vicario imperiali generali[e] Fredericus ser Bianchi notarius reverenter exponit, quod per dominum Rainerium olim vicarium ducalem et eius curiam processum fuit iniuste contra ipsum Frederichum ad precipiendum eidem de dando et solvendo ser Puccino condam Coluccii Bozamantis libras VII vel quasi infra certum terminum, prout et sicut in ipso precepto plenius continetur, ad quod preceptum et processum inique et sine iusta causa dictus dominus Rainarius processit ad petitionem suprascripti ser Puccini pluribus ractionibus. Et primo ipso Frederico non contumace, non confesso et non convinto et in suis iuribus exaudito. Item quia processit tempore feriato, quod fieri non debuit. Item quia pendebat lis et questio de hiisque petebatur coram eo coram curia extraordinaria inter ipsas partes et sic lite pendente nil poterat vel debebat innovari in alia curia. Unde dictis de causis et ex aliis proponendis, si opus fuerit, vestre magnificentie humiliter per viam supplicationis supplicat, quod velitis mandare vestro vicario, quatenus ipsum preceptum et processum visis iuribus partium casset et anullet et ipsas partes remictat ad eorum iudicem et curiam competentem, si ulterius intendit licatere[f]. Et predicta petit per viam supplicationis et omni via, interesse et modo quibus melius potest et ipsum preceptum et processum cassari et revocari, si aliqua sunt, si vero nulla, nullum esse et fuisse pronumptiare. Pronunptiantes bene supplicatum pro dicto Frederico et male processum per dictum dominum Rainerium.

Porrectum die XXI. mensis Octubr. per dictum ser Fredericum coram dicto domino vicario suprascripto sedente ad banchum etc., presente ser Puccino contradicente, cui locatum est per dictum dominum vicarium, quod hodie per totam diem que fuit XXI. mensis Octubr. debeat ostendere, qualiter dicta supplicacio fuerit mota intra terminum. A domino Manuele vicario suprascripto sedente ad banchum iuris, ut moris est, locatum fuit dictis partibus presentibus et intelligentibus, quod hodie post nonam et ante vesperas coram eo ad dictam curiam debeant comparere ad videndum et opponendum, si dicta supplicatio fuerit facta intra terminum.

---

506. a) *sequ. delet.* dm̄ *c.* b) *super* brocrau *delet., sequ. delet.* s *c.* c) *sequ. delet.* su *c.* d) *in Actis inveniuntur etiam formae:* bulgravii, brugravii. e) *in Actis alio loco titulus est:* Coram vobis domino vicario sacre maiestatis imperialis. f) *sic c.*

1) *Cf. 'Inventario del R. Archivio di Stato in Lucca' ('Documenti degli Archivi Toscani') 1 (1872) p. 92.*

507—509. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.

1328. Oct. 21.—28.

507. *Scriptum super moneta cudenda.* *Oct. 21.*

Originale deperditum. — Ed. 'Fontes rerum Bernensium' V, 653 nr. 620 ex libro impr. Editionem repetimus.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 319 nr. 2964 (Addit. II).

Ludowicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Eberhardo in Kyburg comiti, suo et imperii fideli dilecto gratiam suam et omne bonum.

Etsi imperialis celsitudinis maiestatem ad omnes suos benemeritos et fideles dexteram suam extendere deceat liberalem, illos tamen specialiter debet gratiis et beneficiis decorare, qui pro defensione imperii non defecerunt nec deficiunt laborare. Sane nos attendentes tue devotionis et fidei puritatem, quam semper ad nos et Romanum imperium habuisti et te speramus gerere in futurum, intuitu premissorum tibi tuisque heredibus imperiali auctoritate de speciali gratia concedimus et donamus, ut in toto tuo comitatu cudi et fieri facere possis et valeas monetam parvam et grossam iustam et legalem, iusti et boni ponderis et coequatam, prout melius fieri poterit. Volentes ut dicta moneta parva et grossa, cuiuscunque conditionis existat, dummodo sit iusti ponderis et legalis, per totum tuum comitatum cursum habeat et expendi debeat tanquam imperialis moneta et que a nemine valeat recusari. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre concessionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis vero contra predicta venire presumpserit, gravem indignationem nostram se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostri sigilli munimine iussimus communiri.

Datum Pisis, in die undecim millium Virginum, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo, regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

508. 509. SCRIPTA PRO CONRADO DE TRIMBERG.

1328. Oct. 28.

508. *Scriptum super nemore imperii.* *Oct. 28.*

Originale (or.) *in tabulario Wernigerodano. Descripsimus nos. Pendet sigillum laesum filis sericis rubei flavique coloris. Dorso inscriptum est:* R̷ta.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 61 nr. 1004.

Cf. infra nr. 585.

Wir Ludowick von Gotes genaden Romischer cheiser ze allen zeiten merer des reiches enb(ieten) dem erbergen mann Chunrad von Trinckperck unserm lieben getriwen[a] unserm[b] huld und alles gůt.

Wizz daz uns getan ist, daz man den Buetimger walt, den du und dein ganerben von uns und von dem reich ze lehen habent, rôt und wůst an manigen ôrten, also daz der selb walt grôzleich mit roden beschatigt werd und daz die forster, die dar uber gesetz sind, daz niht weren, als si pillich tůn solten. Davon wellen und gebieten dir ernstleich und vestichleich pey unsern hulden, daz du schaffest und den selben walt

508. a) get'wien *or.* b) *sic or.*

also bewarest, daz er also niht gerodet noch verwust werd, und waz dich nôt da von angeng, da well wir dir zů geholffen sein. Wir wellen auch, ob du ieman dar umb angreiffen můst, daz du und all die dir des geholffen seint, mit dem rehten dar umb nieman niht schuldick sein. Dar ůber ze urchund geb wir dir disen brief mit unserm insigel versigelten.

Der geben ist ze Peis, an sant Symon und sant Juden tack, in dem viertzehenden jar unser[s] reiches und in dem ersten jar unsers cheisertůnms[c].

509. *Scriptum super pfalburgeris.* *Oct. 28.*

Originale deperditum. — Ed. Senckenberg 'Selecta iuris' II (1734) p. 609 nr. 12 'Ex Authen.' Editionem (ed.) *repetimus; orthographia in minutiis correcta est.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 62 nr. 1005.

Wir Lodewig von Gots gnaden Romescher keiser zu allen ziten merer des riches verjehen uffenliche an diesem briefe allen den die in sehent, horent ader lesent, daz wir dem erwirdigen manne Conraden von Trymperg durch der grozen truwen dinst willen, die er uns zu Dutschen landen und zu Lamperten und besunderlichen zu Rome, da wir in zu ritter machten, getan hait und nach tageliche tut, von unserer keiserlichen milte dun wir im die gnade, daz deheine herre nach stadt deheinen sinen eigen manne zu purger enphahen sal, er sitze dann pauweliche und habeliche zu allen ziten in der stadt. Were aber daz deheiner ader deheine stadt sinen eigen manne enphing in der weis daz er des jares eine teil in der stadt sazze und das ander teil in dem dorfe da er vor sessehaftig was, als man palburger bizher enphangen hait, den mag der vorgenant Conrad von Trymperg widder fordern und weren. [Were ouch][a] daz ime deheine herre ader deheine stadt des widder wolte sin, so mag er sie darumb wole angriffen von unsem besundern urlaup, und alle die im des geholffen sint, die sollent mit dem rechten niemant niht davon schuldig sin. Davon gebieten wir allen herren und des riches steten, das sie des vorgenanten Conrads von Trymperg deheinen sinen eigen mannen icht innemen. Daruber zu urkunde geben wir im diesen brief mit unserm keiserlichen ingesigel versigelt.

Der geben ist zu Peys, an sant Symon und sant Juden der heiligen zwolfpoten dag, da man zalte von Cristus geburte drutzehenhundert jare darnach in dem achteundzwentzigestem jare, in dem viertzehendem jare unsers riches und in dem ersten jare unsers keisertums.

---

510. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD WILHELMUM COMITEM IULIACENSEM.
1328. Oct. 29.

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 115[1] f. 92 nr. 519. Descripsimus nos. — Extr. apud Riezler 'Vatikan. Akten' p. 401 nr. 1091 ex* c.*; Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 189 nr. 1569 ex* c.

Cf. infra nr. 534.

Wilhelmo comiti Iuliacensi.

Nuper dil. fil. Henricus de Iuliaco prepositus ecclesie beate Marie ad gradus Coloniensis ad nostram veniens presenciam, nobilitatis tue litteras ac quoddam instru-

508. c) *sic or.*

509. a) *excidit ed.*

mentum publicum formam iuramenti fidelitatis per te fili nobis et ecclesie Romane prestiti continens[1] nostro apostolatui presentavit. Quibus benigne ac leta manu receptis eorumque tenoribus necnon et hiis, que dictus prepositus sub commissa sibi per litteras ipsas credentia tam super tuis fidelitate ac devotione, quas delectabiliter expressit seriosius viva voce, quam aliis [que] nobis pro parte tua curavit exponere, plenius intellectis, ea velut Deo ac nobis accepta et apostolice sedi grata non indigne plurimum et accepta uberibus prosequimur actionibus gratiarum, eandem nobilitatem tuam attencius in Domino exhortantes, quatinus in eisdem fidelitate ac devotione, que tibi tuisque posteris divinam et eiusdem sedis gratiam ampliabunt uberius, constanter et invariabiliter perseveres ad nos in tuis oportunitatibus, super quibus nos, quantum cum Deo poterimus, propicios et benignos reperies recursum fiducialiter habiturus. Ceterum dil. fil. Walranum de Iuliaco thesaurarium ecclesie Coloniensis fratrem tuum, de quo fecit nobis dictus prepositus specialiter mentionem, habere loco et tempore oportunis favorabiliter intendimus commendatum iamque ipsum, ut nostram benivolenciam evidencius percipiat, in capellanum nostrum gratiose duximus admittendum.

Dat. ut supra[2].

---

511. ACTA CURIAE MARESCALCI REGII.
1328. Nov. 3.

Transsumtum originale (tr.) *Pisis in tabulario familiae Roncioni. Descripsimus nos. Praecedunt haec verba*: In nomine Domini amen. Hic est liber preceptorum et sententiarum et pronumptiationum curie magnifici domini domini Alberti Humilonis de Lietimberg mariscalci serenissimi principis domini Ludovici Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti, existente sapiente viro domino Raymondino de Archidiaconis de Cremona iudice et vicario dicti domini mariscalci, scriptus et ordinatus per Albertinum de Archidiaconis de Cremona, Angelum ser Angeli de Monteflascone et me Fredericum ser Ermanni de Pistorio notarios dicti domini mariscalci, anno Domini MCCCXXVIII. et XXVIIII, ind. XII, diebus infrascriptis. — *Ineditum*[3].

Cf. supra nr. 370 et 500.

Nos Raymondinus de Archidiaconis de Cremona sacre imperialis aule mariscalci iudex et vicarius generalis predictus pro tribunali sedentes in canonica veteri maioris ecclesie Pis(ane) infrascriptam sententiam et declarationem insoluti pro infrascriptis creditoribus damus, proferimus et declaramus in hunc modum:

'Cum Schettinus Tabernarius condam Lotti de cappella sancte Eufrasse et Pierus Nerii condam Bindi de suprascripta cappella comparuerint coram nobis et petierint contra Lançelloctum Teotonicum olim Ben(edicti) in civitate Pis(ana), videlicet dictus Pierus libr. XXIIII et sol. XVI den(ariorum) Pis(anorum) minut(orum) pro vino sibi vendito ad minutum pluribus vicibus et diebus de mense Ag(usti) et Septemb(ris) proxime preteritis et dictus Schettinus libr. viginti duas et sol. XV pro pretio carnium dicto Lansellocto venditarum et traditarum per dictum Schettinum pluribus vicibus et diebus, et propterea sequestrari fecerint nostro mandato unum equum dicti Lansellocti pili bay bruni cum stella in fronte, balçan(o) pede sinistro anteriori et omnibus pedibus posterioribus, cum cauda agaçina et marcha in coscia dextra, qui equus pervenit ad manus Henrici familiaris dicti domini mariscalci, cui predicti creditores asseruerunt se solvisse

1) *Servatum non est; sed cf. infra ad a. 1332. Ian. 30.* 2) *Scil.* IIII. Kal. Novembr., anno tertiodecimo. 3) *Cf. Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 520 not. ad nr. 509.*

pro expensis et custodia dicti equi et labore dicti Henrici libr. septem sol. XVII et den. sex den(ariorum) Pis(anorum) min(utorum), pro quibus expensis et dicto capitali petierunt coram nobis eis dari et assignari et adiudicari dictum equum in insolutum et pagamentum et pro expensis infrascriptis.

Unde quia constat nobis per testes in nostra curia examinatos dictum Lançelloctum promisisse dicto Piero dictas libr. viginti quatuor et sol. sedecim pro vino dicto Lansell(octo) vendito ad minutum et dicto Schettutio libr. XXII et sol. XV pro carnibus sibi venditis et traditis, et etiam constat nobis per testes in nostra curia receptos et examinatos dictum Pierum solvisse dicto H[e]nrico dictas libr. septem sol. XVII et den. sex den(ariorum) Pis(anorum) pro expensis et custodia dicti equi, et quia constat nobis dictum equum fuisse et esse in bonis et de bonis dicti Lançellocti, et facta extimatione de dicto equo per Riccium Bonanni mariscalcum de cappella sancti Iacopi de Sper(ia) nostra commissione, qui iuramento premisso ext(imavit) dictum equum flor. XVIII de auro, nec plures fuerunt inventi de dicto equo, facta inde subastatione in loco publico nostro mandato per Raymondinum de Cremona publicum familiarem et numptium dicte curie et visis et deliberatis omnibus que videnda[a] et deliberanda super predictis et aliis fuerunt, auctoritate nostri officii et secundum formam iuris et omnimodo quo melius possumus pro tribunali sedentes pronumptiamus, sententiamus et declaramus dictum equum dari debere et assignari et sic ipsum damus, concedimus, assignamus, tradimus et adiudicamus in solutum et pagamentum dictis Piero et Schettino pro dictis summis sibi petitis et declaratis et pro dictis expensis solutis dicto Henrico et pro aliis expensis factis tam in causa quam in pastu dicti equi, que sunt hec videlicet sol. XX pro testibus et scriptis et numptiis et libr. III et sol. X pro diebus XXII, quibus predicti creditores tenuerunt dictum equum eorum expensis, et pro hac pronumptiatione et carta fieri petita libr. tres. Quem equum possint tenere, vendere, alienare et obligare et alia facere, prout eis placuerit, de quo insoluto exire non cogantur nisi iuris solepnitate servata et tunc si evictione accideret, refectis eis dictis expensis superius declaratis, remanente iure eorum contra dictum Lançelloctum in sua firmitate quoad defensionem huius insoluti, non tamen ad inpugnandum dictum Lançelloctum vel eius heredes et bona nisi in casu evictionis vel si presens insolutum infrigeretur, et quod insolutum investimus dicto modo, salvo iure omnium aliarum personarum et reservato dictis creditoribus iure, quod habent contra dictum Lançelloctum in residuo usque ad integram solutionem tam capitalis quam aliarum expensarum predictarum a dicta extimatione dicti equi supra. Recepto prius ad cautelam iuramento a dictis creditoribus, quod iuste petunt et quod de predictis non fuit eis in aliquo satisfactum. Et sic dicimus et pronumptiamus in omnibus et per omnia ut supra continetur.'

Lata et pronumptiata fuit dicta sententia et declaratio et insolutum investitum et concessum predictis Piero et Schettino per suprascriptum[b] dominum[c] Raymondinum[b] iudicem et vicarium predictum pro tribunali sedentem in canonica veteri maioris ecclesie Pisane, anno nativitatis Domini MCCCXXVIII, ind. XII, die tertio Novembr. post vesperas parum. Presente et petente dicto Piero pro se et procuratorio nomine pro dicto Schettino et asserente dictum equum penes se habere ex forma dicti insoluti, de cuius procuratorio constat in publico instrumento scripto manu Raynerii Andree de
Oct. 4. Petrioli notarii, dominice incarnationis anno MCCCXXVIIII, ind. XII., quarto Nonas Oct(obr.)[1], quod allegavit et produxit, et presentibus testibus rogatis et vocatis Masino de Forlivo familiari dicti domini mariscalci, Bacciomeo condam Guercii et Iohanne Alberti

511. a) videndenda *tr.* b) *in loco raso tr.* c) dcum̄ *tr.*

1) *Servatum non est.*

de cappella sancte Eufrasse de Pis(is), et absente dicto Lançellocto tamen legitime citato per Masinum numptium et familiarem dicte curie, qui respondit dicto iudici et michi notario et curie, se ipsum Lanselloctum citasse ad domum sue habitationis positam in cappella sancti Laurentii in Pillimaria et sibi tunc locasse comparere coram dicto iudice ad videndum et audiendum dictam pronuptiationem fieri et dictum insolutum investiri cum omnibus suprascriptis et quod sive venierit sive non, predicta omnia fierent eius absentia non obstante, ann(o) et ind. predictis, die III. mensis Novembr. parum post vesperas.

(S. N.) Et ego Angelinus olim ser Angeli de Monteflas(cone) imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc notarius et officialis predicti domini mariscalci, quia predictis interfui, hanc cartam scripsi et publicavi et signum meum consuetum apposui.

---

512. LITTERAE CIVITATIS FLORENTINAE AD LEGATUM APOSTOLICUM.

1328. Nov. 5.

Copia (c.) *in Copiario 'Reg. litt. I' signato fol. 84 tabularii regii Florentini, ubi rubrum*: Ad dominum in Lombardia legatum. — *Dedit Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 107 nr. 194 ex* c. *Editionem repetimus.*

Cf. nr. 513.

Domino in Lombardia legato pro parte offitii et communis.

Et propter reditum Bavari ad has partes et eius armorum et gentium apparatus et processus, quos in nos vel Pratenses tunc futuros sperabamus in brevi, nec minus propter aliqua, que de civitatibus Pisarum et Luce sentiebamus, pluries dominationi vestre recolimus supplicasse, quatenus vestrum exfortium armatorum parare sicque paratum stare facere vestra paternitas dignaretur, quod quandocunque illud peteremus, id subito haberemus. Et consequenter noviter accidit, quod in civitate Pisarum Bavaro existente milites eius numero quasi mille, inter eos et Bavarum ipsum maxime causa gaggiorum non habitorum discordia et dissensione suborta, subito ab ipso recesserunt versus Lucam procedentes et forsan credentes civitatem ipsam occupare. Sed invenientes ianuas iam firmatas venerunt ad quedam loca et castra que vocantur Vivinaria et Cerruglum et ipsa occuparunt et tenent sita per otto miliaria prope Lucam. Qui domino Philippo capitaneo ad guerram et ducali vicario et nobis dici faciunt et offerri, se velle esse ad nostra servitia contra Bavarum antedictum, et suos ad partes nostras ista causa nuntios transmiserunt. Nos autem omnibus discutiendis in sapientum nostrorum longa examinatione discussis, licet dubitemus ne, etsi cuncta bene fecisse putaremus, forsan lateret anguis in erba[1], tamen ut experiamur omnia, sapientes nostros Ficechium misimus cum ipsis tractaturos et speramus Domino concedente, quod si predicti milites fidelem intentionem habeant, id sequetur ex ipsis tractatibus, quod erit ad exaltationem sancte matris ecclesie atque vestram et ad statum suorum fidelium et ad mortem Bavari omniumque infidelium ecclesie sancte. Et ideo cum predictorum finem et exitum ignoremus et expediat, quod in utroque eventu simus in magis forti brachio ad cautelam, paternitati vestre reverentissime supplicamus, quatenus vestrum exfortium parari et paratum stare mandare dignemini ita quod quandocunque illud duxerimus postulandum, id subito habeamus pro statu fidelium et infidelium periculo et iactura,

1) *Verg. Ecl. 3, 93.*

nostrisque supplicationibus et gratia speciali, qui semper parati sumus paternis parere beneplacitis et mandatis.

Data Florentie, die V. Novembris, XII. ind.

---

513. SCRIPTUM STIPENDIARIORUM SUPER CONVENTIONE CUM IMPERATORE FACTA.

1328. Nov. 6.

Originale (or.) *in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Pendent viginti quinque sigilla fere illaesa viginti tribus loris membranaceis. — Iam edidimus 'Neues Archiv' XXIII, 339 nr. 55 ex* or. *Editionem nostram hic repetimus.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 240 Reichssachen nr. 63.

Cf. supra nr. 512 et infra nr. 562, itemque Davidsohn 'Geschichte von Florenz' III, 854 not. 4 et K. H. Schäfer loco supra ad nr. 118 citato II, 155 et 210.

Nos Iohannes de Ysenburch, Heinricus de Bar, Dietericus Zopp de Altzna, Rinhardus de Lawerich[a], Gebhardus de Widendorf, Eberhardus de Sulms, Wernherus de Nerstein, Arnoldus de Stockheim, Oswaldus de Rosheim, Hartmannus de Yberck, Iohannes burgravius de Osthoven, Baldwinus de Vrischeim, Hugo et Cuno de Bůtenheim, Bernhardus de Wilt, Chunradus de Arwilr, Gozwinus de Bintzvelt, Advocus[b] de Muffendorf, Iohannes de Quatuor Turris, Heinricus de Frischungen, Iohannes de Brůch, Rudegerus de Chinpenberck, Iohannes de Flach, Steppo de Bůlnsheim, Petrus de Luterberck, Iohannes Advocatus pro nobis ipsis et omnibus sociis nostris dicimus et profitemur infrascripta pacta et convenciones fecisse [et] promisisse domino nostro Ludowico Romanorum imperatori semper augusto. Primo enim omnem offensam et iniuriam si qua ei per nos facta esset nobis remittit et libere relaxat et nos versa vice sibi promittimus bene et legaliter servire et equitare et cavalcas facere contra inimicos per nos ipsos et cum marschalco[1] ad omnem ipsius peticionem et marschaltzi sui sine dolo et fraude. Et ipse promisit nobis pro tot postis quot[c] nos habemus solvere sex florenos
Dec. 1. pro qualibet posta hinc ad Kalendas Decembris proxime venturas ad bonam racionem cum stipendiis militum et insuper nobis solvere quatuor pagas integras pro quatuor
1329. Ian. 1. mensibus preteritis hinc ad Kalendas Ianuarii proxime venturas et coequare nos in tempore, ita quod si aliqui[d] ex nobis haberent minus de stipendio, quod adequentur cum aliis qui plus habent ad dictas Kalendas. Et voluit dominus imperator, quod nos teneamus castrum Vivinarie et Ceruglii et ibi morari possimus et si predicta non observarentur nobis in dictis terminis et quolibet eorum hinc ad dictas Kalendas Ianuarii, quod liceat nobis stipendiariis de dictis castris facere cum amicis et inimicis ad nostram voluntatem et quidquid nos faceremus de dictis castris, cum bona voluntate ipsius inteligamur fecisse. Nos vero promisimus et iuravimus ipsi ad sancta Dei ewangelia, quod facta nobis solucione pro IIII mensibus hinc ad Kalendas Ianuarii, ut supra dicitur, restituere[e] eidem libere dicta castra Vivinarie et Ceruglii sine aliqua lesione ipsorum castrorum et ipsa castra ponere in potestatem ipsius domini imperatoris sine dolo et fraude ipsaque castra interim bene custodire et omnes fideles ipsius et habitantes ibidem bene tractare et[e] alicui fideli suo nec habitantibus in dictis castris ali-

513. a) Lavu- *or.* b) Aduocus *or. ut videtur pro* Advocatus. c) ꝗ *or.* d) aliq̗ *or.* e) *ita or.*

1) *Est Albertus Humilo de Lichtenberg.*

quod dampnum dare nec violenciam inferre nec eos in personis vel rebus modo aliquo molestare et si secus per nos vel aliquem nostrum fieret, ad arbitrium marschaltzi sui emendare. Et ipse nobis permisit, quod si aliquis nostrum, antequam dicta paga fiat, vellet repatriare, quod possit alteri remanenti committere, quod pagas suas pro dicto tempore recipiat, et de superfluo, quod debere[n]t recipere predicti volentes recedere ultra pagas predictas, facta racione cum eis permittit eos contentare vel dare eis litteras ad aliquem locum, ubi possint dictum superfluum recipere et remanentibus solvere preteritum stipendium, singulis mensibus inter quatuor et sex florenos usque ad completam satisfaccionem simul cum alio stipendio. Nos autem stipendiarii promisimus eidem domino imperatori[f], quod quilibet nostrum revertatur ad suum constabilem vel[g] ad alium cum consilio marschaltzi et quod non tenebimus nec observabimus amplius ligam et iuramenta inter nos facta et ordinata[1] nec faciemus amplius talia vel similia iuramenta. Si quis autem nostrum repatriare vellet, dabit nobis apodixam, ut possemus libere transire. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi [et] pro omnibus nobis ipsis et sociis nostris nostrorum appensione sigillorum fecimus comuniri.

Dat. Pisis, Dominica proxima post Omnium sanctorum, anno Domini millesimo tricentesimo et vicesimo octavo.

---

514. LEGATIO REGIS ARAGONUM AD PONTIFICEM MISSA. 1328. (Nov. 10.)

Copia (c.) *in Registro nr. 562 fol. 51 tabularii regii Barcinonensis. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, 441 nr. 296 ex* c. *Editionem repetimus.*

De tempore cf. notam apud Finke l. c. I, 443; cf. etiam Davidsohn l. c. III, 841 not. 5.

1. Primo quod post solitam recomendacionem dicat dictus Ferrarius de Caneto domino sumo pontifici, qualiter . . . prior[2] rediens a dicto rege Frederico retulit responsum ipsius, quod quantum ad dictum antipapam et omnia tangencia negocium eius, ipse non adhesit nec adherere sibi intendit . . . Nam cum a principio ad noticiam ipsius domini regis Frederici pervenisset, quod Bavarus intendebat et proponebat aliquem hominem sceleratum intrudere in sedem beati Petri et papam facere nominari, scripsit sibi multipliciter dissuadendo, quod tantum facinus nullo modo faceret nec attemptaret, signifficans et predicens eidem, quod si illud faceret, non consideret de ipso, quia in hoc facto nec eciam in aliquo alio, in quo ipse Bavarus de spiritualibus se intromiteret, non esset cum eo. Nam in talibus non erat cum eo confederatus. . . . Scriptum fuit domino regi Frederico et quibusdam magnis viris de Trinacria, quod dictus antipapa erat paratus facere eis gracias multas et diversas et omnem favorem prestare et eos promovere et prosequi modis omnibus quibus posset. Que omnia dominus rex Fredericus cum multa indignacione abiecit et contempsit, asserens quod non recognoscebat nec habebat alium vicarium domini Ihesu Christi nisi sanctissimum papam Iohannem qui erat in Avinione.

2. Item cum Bavarus multos processus graves fecisset contra sanctitatem dicti domini pape et aliquas sentencias, immo pocius blasphemias contra ipsum tulisset et requisivisset dictum dominum regem Fredericum sub certis penis et magnis, quod predictos processus

513. f) imperatore *or.* g) ul *or.*

1) *Cf. 'Neues Archiv' XXIII, 341 not. 1.* 2) *Cf. supra p. 388 not. 1.*

et sentencias faceret in Trinacria publicari et observari, adiungens sub eisdem penis, quod nullam sentenciam ipsius domini summi pontificis servaret, immo omnes infringeret propter causas, quas ibidem assignabat, idem dominus Fredericus omnia predicta reputans male facta et gravia contempsit . . .

3. Item cum multi magni viri de Trinacria tam religiosi quam seculares vellent solvere interdictum et contra sanctitatem domini pape gravissima et innominabilia publice predicare et per consequens illi scelerato antipape adherere, ad quod populus Trinacrie pro maiori parte erat voluntarius et notabiliter inclinatus, requisito dicto domino rege Frederico, quod in predictis daret eis assensum, auxilium et favorem, non assensit eis, immo cum multa indignacione et perturbacione eos repulit et abiecit, inhibens eis sub pena mortis, quod caverent, ne contra sanctitatem domini pape Iohannis aliqua et specialiter illa, que sibi expresserant, loquerentur nec publicarent. Qui visa intencione regia destiterunt[1]. . . .

4. Ex quo dominus summus pontifex negavit dispensacionem concedere super matrimonio contrahendo inter inclitum infantem Petrum Rippacurtie Impuriarum comitem eiusdem regis fratrem et illustrem dominam Constantiam reginam Cipri dicti domini Frederici natam, tractatum est de matrimonio contrahendo inter dictam reginam et aliquos de domo Bavari supradicti. Quod si fieret, preberet materiam coniunctionis maioris inter Bavarum et regem Fredericum predictos . . .

515—524. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.
1328. Nov. 13.—Dec. 2.

515. 516. SCRIPTA PRO DOMINIS DE WESTERBURG.
1328. Nov. 13.

515. *Receptio in castrenses. Nov. 13.*

Originale deperditum, ut videtur. Copia saec. XVIII. ex. in tabulario regio Wisbadensi. Descripsit E. Schaus. — Ineditum.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 319 nr. 2965 (Addit. II).

Wir Ludowick von Gotes genaden Romischer cheiser ze allen zeiten merer des reichs vergehen offenlich an disem brief allen den die in sehent, horent oder lesent, daz wir durch[a] der grozen truwen dinst willen, die uns und dem reich Johan und Reinhart von Westerburch in Teutschen landen und in Lombarten und besunder ze Rom ze unser chronung truwleich und willichleich getan hant und noch tegeleich tunt, gewinnen und entphahen sie und ir erben ze unsiren purckmann auf unser purck ze Chub und sullen in ir purcklehen bescheiden und beweisen nach der brief sag, die dar uber gemacht sint[2]. Si sullent auch und ir erben gebunden sein aller der dienst und der reht zu dem haus ze Chub als ander purckman. Wir wollen auch daz die vorgenenten Johan und Reinhart von Westerburk und ir erben aller der reht und gewonheit haben, die andere unser purckman habent an allen sachen, mit namen daz sie sich gen Chub behelfen mugent und daz man si da enthalt wider all ir veint, all die weil und sie des rechten gehorsam wellent sein vor uns oder vor einem phalen[z]graven an

515. a) auch *c.*

1) *De eis quae sequuntur cf. Finke l. c. p. 443 et not. 1.* 2) *Servatae non sunt.*

dem Rein swer denn ist oder vor den purckmannen, als aller purckman sit, recht und gewonheit ist. Wer auch daz sie des rehten niht gehorsam wolt sein vor den purckman als gewonlich, so sol man ir niht lenger enthalten. Daz in und iren erben daz stat beleib, daruber ze urchund geben wir in disen brief mit unserm cheiserleichen insiegel versigelten.

Der geben ist ze Peis, des Suntages nach sant Martenis tag, do man zalt von Christ geburt drutzehenhundert jar dar nach in dem ahtundzwaintzigisten jar, in dem viertzehenden jar unsers reiches und in dem ersten jar unsers cheisertumes.

516. *Concessio iudicii.* *Nov. 13.*

Originale item deperditum. Copiae 1 *et* 2 *saec. XVIII. ex. ibidem. Item descripsit Schaus. — In forma integra ineditum.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 319 nr. 2966 (Addit. II).

Wir Lodewig[a] von Gots gnaden Romischer keyser ze allen zeiden merer des reiches verjehen offenlich an diesem brief allen den die in sehent, horent oder lesen, daz wir durch der grozzen trewer dienst willen, die uns und dem reich Johans[b] und Reinhard von Westerburch in Teutschen landen und in Lomparden und besonders z[u] Rom zu unserr chronung trulich und willichleich getan habent und noch tegelich tuent, verleichen und verlichen haben von unser cheiserleichen milt in und iren erben ze pezzerunge irer lehen, die si vormalen von dem reich gehabt habent, das[c] gericht hoch und nieder und scheffen und schultaizzen ze setzen und ze entsetzen nach irem willen in den dorfen zu Habgenscheid[d] und Kramburg[e] und Steinsberg[f], Biberg[g], Wassenbach, Wenigen Habgenscheid[h] und mit namen alles daz dazu gehört zu felde, zu holtze, zu wiesen, zu weyde, zu wasser besucht und unbesucht mit allen den rechten, nutzen und gewonheit das dazu gehort, ez sey an diesem brief geschrieben oder niht, daz die vorgenanten Johans und Reinhart von Westerburck und ir erben besitzen, haben und niezzen, und soll sie niemand daran hindern noch engen bey unsern und des reichs hulden. Wir tun in auch die besunder genad, daz nimand in den marcken der vorgeschriebenen dorfer und gerichte[i] keinen purchleichen paw haben sol noch in von nuwen angreiffen[k] sol an des vorgeschriben Johans und Reinhard von Westerburck oder ir erben gunst, willen und wort. Wer[l] aber ob wider die vorgenante genad iemant tat und die vorgeschriebene Johans und Reinhart von Westerburg oder ir erben enget oder irret, der sol zu pein schuldig sein hunder phunt goldes, die halb gefallen sullen in unser cheiserliche chamer, daz ander halb tayl dem vorgenanten Johan und Reinharten von Westerburck oder ir peider erben. Und daz daz stat und gantz beleib, daruber ze urchund geb wir in disen brief mit unserm cheiserlichem insigel versigelten.

Der geben ist ze Peys[m], des Suntages nach sent Martins dage, do man zalt von Christes geburt druzehenhundert jar darnach in dem acht und zwantzigsten jar, in dem viertzehenden jar unsers reiches und in dem ersten unsers cheisertums.

516. a) Ludwig 1. b) Johannes 1; Johannis 2. c) die 1. d) Hafgenscheit 1. e) Chrampurch 1. f) Gramsperg 1. g) Linburch 1. h) Wenigen Haffgenscheid 1. i) rithen 1. k) ainheben 2. l) War 1. 2. m) Pers 1; Pferde 2.

517. 518. SCRIPTA PRO CIVITATE SAVONENSI.
1328. Nov. 24.

517. *Declaratio super confirmatione gabellarum.* *Nov. 24.*

Originale (or.) *in tabulario civitatis Savonensis. Contulimus nos. Sigillum deest, filis sericis rubei flavique coloris relictis. In dorso legitur:* Saonēsium. — *Ed. Filippi et Cipolla loco supra ad nr. 314 citato p. 316 nr. 8 ex* or.

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobilibus et prudentibus viris . . vicario, . . abbati, antianis, consilio et comuni civitatis Saone, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Ex parte ambaxiatorum vestrorum fuit maiestati nostre umiliter supplicatum, quatinus declarare ac decernere dignaremur, quod in privilegiis per nos concessis comunitati fidelium imperii Ian(ue) de confirmactione gabellarum in Saona inpoxitarum per nostram maiestatem facta[1] salvum et reservatum inteligatur ius vestrum et comunis Saone, ita quod per huiusmodi nostram concessionem predicte comunitati fidelium Ianue factam nullum iuri vestro preiudicium generetur. Nos vero considerantes, quod rescriptum principis semper intelligitur fore concessum sine alterius lesione, et votis vestris favorabiliter annuentes presentium auctoritate decernimus et etiam declaramus dictam confirmationem gabbellarum et privilegium confirmationis predicte per nos inteligi fore factum, ut nullum iuribus vestris et vestri comunis per dictam confirmationem et privilegium confirmationis predicte preiudicium generetur, set semper iura vestra si qua habetis illibata in suo robore perseverent. In cuius rei testimonium presentes conscribi iussimus et nostre maiestatis sigillo muniri.

Dat. Pissis, anno Domini millesimo CCCXXVIII, ind. XII, die XXIIII. Novembr., regni nostri anno XIIII, imperii vero primo.

518. *Declaratio super restitutione Riperiae.* *Nov. 24.*

Originale (or.) *ibidem. Contulimus nos. Sigillum item desideratur filis relictis. In dorso legitur:* Saonēsium. *Eadem manu scriptum est ac nr. 517.* — *Ed. l. c. p. 317 nr. 9 ex* or.

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobilibus et prudentibus viris . . vicario, . . abbati, . . antianis, consilio et comuni civitatis Saone, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Ex parte ambaxiatorum vestrorum fuit maiestati nostre cum instantia supplicatum[a], quatinus declarare et decernere dignaremur, quod in privilegiis per nos concessis comunitati fidelium imperii Ianue de restitutione Riperie eis per nostram maiestatem facta[1], prout comune Ianue ipsam tenebat tempore adventus dive memorie Henrici imperatoris predecessoris nostri et ante ipsum adventum, salvum et reservatum inteligatur ius vestrum et comunis Saone, ita quod per huiusmodi nostram concessionem predicte comunitati fidelium Ianue factam nullum iuri vestro preiudicium generetur. Nos vero considerantes, quod rescripttum principis semper intelligitur fore concessum sine alterius lesione, presentium autoritate decernimus et etiam declaramus dictam restitutionem Riperie et privilegium restitutionis predicte per nos inteligi fore factum, ut nullum iuribus vestris et vestri comunis preiudicium generetur per dictam restitutionem et privilegium restitu-

518. a) *in loco raso or.*

1) *Servata non sunt; cf. etiam supra nr. 311.*

tionis predicte, set semper iura vestra si qua habetis illibata in suo robore perseverent. In cuius rei testimonium presentes conscribi iussimus et nostre maiestatis sigillo muniri.

Dat. Pisis, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, indictione XII, die vigesimo quarto Novembr., regni nostri anno XIIII, imperii vero primo.

---

519. *Concessio repressaliarum.* *Nov. 24.*

Originale (or.) *in tabulario capituli maioris ecclesiae Pisanae partim corrosum. Contulimus nos. Sigillum, quod filis sericis pendebat, desideratur. — Ed. Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 108 nr. 198 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 358 nr. 3253 (Addit. III).

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus. Ad perpetuam rei memoriam.

1. Preclare nostre serenitatis liberalis benignitas tunc recte naturali utitur more suo, cum manum sue extendit protectionis ad suos subditos et fideles maxime gravatos indebite et iniuste. Ex hoc enim iustitia colitur, que summum bonum in presenti vita fore censetur, et male agentes ab eorum insolentiis et pravis actibus reprimuntur. Hinc est quod cum fidelis dilectus noster et Romani imperii Cecchus filius Becti Alliate civis et mercator Pisanus de cappella sancti Andree for(isporte) fuerit per aliquos Ianuenses tam fideles quam etiam rebelles imperii, qui tunc exercebant pirraticam pravitatem, spoliatus et derobbatus rebus et mercationibus suis et Becti patris sui et Bindi Agliate germani dicti Becti et Philippi Iohannis Agliate civium et mercatorum Pisanorum nostrorum etiam et imperii fidelium dilectorum, sicut continent actestationes et sententie represaliarum inde dictis Ceccho et sociis concessarum a comuni Pisano in anno Domini MCCCXXVIII, indict. X et mense Iunii etiam et Augusti renovatarum, approbatarum et confirmatarum et de novo concessarum per auditores sacri nostri palatii in anno Domini MCCCXXVII, ind. X, de mense Decembris adversus et contra robbatores predictos et comunia Ianue et Saone et ceteros Ianuenses et eorum res, bona et personas sub modis, conditionibus, tenoribus, articulis et aliis in dictis concessionibus approbatis, nominatis et confirmatis, declaratis ac etiam in sententiis latis Saone et pro dicto Ceccho et eius sotiis suprascriptis, et a nobis degentibus tunc in Urbe petierit sibi opportuno super hiis tam pro se quam sotiis remedio provideri, nos de subditorum nostrorum concordia plene gaudentes, ut amicabilis tractatio vigeat inter eos, scripsimus consilio credentie fidelium Ian(uensium) de Saona ac eorum rectori et comuni Saone, ut dictis Pisanis civibus satisfacerent aut cum eis concordarent [1]. Et per proposita coram maiestate nostra dictus Cecchus pro se vel sotiis nec satisfactionem nec concordiam consecutus est.

[Margin: 1327. Iun. Aug. — 1327. Dec.]

2. Unde volentes dictis Pisanis civibus de aliquali provisione subvenire ut tenemur et cum dictis Ianuensibus et Saonensibus etiam in premissis humane agere, ut ad infrascripta promptius subeant liberales, concedimus imperiali auctoritate et ex certa scientia dicto Cecchio pro se et aliis supranominatis, quod possint et eis liceat libere usque ad integram satisfactionem exigere et exigi facere a quolibet Ianuensi tam fideli [imperii][a] quam rebelli et Saonensi in civitate Pisana et eius fortia et districtu de quibuslibet centum denariis valentie unum de mercantiis et rebus quibuslibet ipso-

519. a) *evanidum or.*

1) *Quae acta omnia servata non sunt.*

rum Ianuensium et Saonensium et Nauli [et] aliorum, quas red[ucerent ad][b] civitatem Pisanam et eius fortiam et districtum seu inde extraherent per se vel alios modo quocunque. Et hoc onus ipsos Saonenses et Ianuenses subire volumus et mandamus et ad dandum et solvendum, quod superius [est dictum][c], non obstantibus aliquibus legibus, statutis, convenctionibus, iuramentis seu contrarietate aliqua, que omnia quantum ad predicta de nostre plenitudine potestatis suspendimus et si expedit revocam[us.

3. Mandantes] officialibus omnibus presentibus et futuris in civitate Pisana et eius fortia et districtu, quod dictis Ceccho et sotiis ad infrascriptam penam in executione presentis nostre concessionis faveant nec eos directe [vel indirecte] sub quocunque pretextu in premissis vel eorum causa molestare, impedire vel turbare presumant sub pena dupli dampni, quod ipse vel alter eorum incurrerent quoquo modo, danda camere nostre pro [di]midia et reliqua dicto Ceccho et sotiis, et nichilominus offitialis predictus noscat exnunc omni bailia, iurisdictione et offitio se privatum. In hiis scriptis statuentes exnunc, quod si quis civis vel districtualis Pisanus vel aliunde a nobis vel alia persona seu universitate obtineret quacunque via, titulo aut modo eandem seu similem bailiam et concessionem exigendi a Ianuensibus vel Saonensibus memoratis, ipsum Cecchum et sotios eorumque iura usque ad satisfactionem integram eisdem omnino volumus anteferri. Si quis vero Ianuensis vel Saonensis huic nostre concessioni se opponeret vel ei obstaret in aliquo aut non solveret, ut superius positum est, quod liceat dicto Ceccho et sotiis contra tales uti represaliis et iuribus suprascriptis, imperiali auctoritate et in presentibus nostris scriptis decernimus ac etiam declaramus contrarietate aliqua non obstante.

4. Hanc autem concessionem nostram, quam ab omnibus volumus inviolabiliter observari ad dictam penam, intelligi volumus vel extendi ad derobbatores vel eorum complices nominatos in dictis represaliis et pro robbatoribus condempnatos seu nominatos in cedulis offitii robbarie fidelium imperii Ianuensium. Nam volumus et concedimus, quod contra eos et eorum quemlibet personaliter et realiter suprascripti Cecchus et sotii uti possint represaliis et iuribus eorum, inhibitione per nos facta seu fienda aut alia reformatione seu constitutione edita in contrarium non obstante. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Pisis, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, indict. duodecima, die vigesima quarta Novembr., regni nostri anno quartodecimo, imperii vero primo.

520. *Obligatio sturae.* *Nov. 25.*

Originale in tabulario Ottingensi. Contulimus nos. Sigillum deest filis sericis rubei coloris relictis.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 62 nr. 1009.

Wir Ludwig von Gotes genaden Romischer cheiser ze allen ziten merer dez richs tůn chunt allen den die disen brief sehent[a] oder horent lesen, daz wir dem edeln mann Ulrich dem lantgraven von Elsazzen unserm lieben getriven durch der triven dienst willen, die er uns in Lamparten und in Tautschen landen oft und dik getan hat und besunderlichen ze unser chronung ze Rom, von unserer cheiserlichen milt geben haben und geben mit disen gegenwurtigen briefen tausend march lotigs silbers. Und umb die selben tausend march setz wir im und sinen erben ze pfant unser und dez reichs gelt, statstiur, Judeng[ult][b] und allen den gelt, den wir und daz rich haben sulen in der stat ze Schletzstat, mit allen rehten und nutzen, als si unser vordern chung und cheiser hergepraht habent, als lang ze haben und ze niezzen, huntz daz wir oder unser

519. b) *circiter 6 litterae evanuerunt; ita fere supplendum or.* c) *circiter 8 litterae.*

520. a) h *corr. ex* n *or.* b) *lacuna in or.*

nachomen an dem reich umb vorgenanten Ulrichen oder umb sein erben umb die vorgescriben tausend march gar und gantzlich ledigen und losen. Und wer daz si im dez vorgenanten gėltz niht geben von der vorgescriben satzung und im sein wider wolten sin, so mag er si angreiffen mit geriht oder an geriht, huntz daz si im dez gantzlich vergihtig werdent. Da uber ze urchunt geb wir im disen brief versigelten mit unserm hangenden insigel.

Der geben ist ze Peis, do man zalt von Christes geburt triuzehenhundert jar dar nach in dem ahtundzwaingistem[c] jar, in dem ersten jar unsers cheisertůms und in dem vierzehenden unsers reichs, an sand Katreinen tag.

521. 522. SCRIPTA PRO COMMUNI SARZANAE.
1328. Nov. 26.

521. *Confirmatio privilegiorum.* *Nov. 26.*

Originale (or.) *in tabulario civitatis Sarzanae nr. 5*[1]. *Contulimus nos. Sigilli fragmenta pendent filis sericis rubei flavique coloris. — Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 312 nr. 499 ex libro impr.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris officialibus, consilio et comuni terre Sarzane, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Ex parte vestra fuit maiestati nostre cum instantia supplicatum, ut privilegia, libertates et inmunitates comuni vestro a divis retro Romanorum imperatoribus predecessoribus nostris concessa et maxime a dive memorie Frederico primo et secundo[2] confirmare de imperiali benivolentia dignaremur. Nos vero attendentes petitionem vestram satis congruam fore iuri ac votis vestris favorabiliter annuentes, omnia privilegia, libertates, inmunitates et iura vobis et vestro comuni, prout a divis retro Romanorum principibus predecessoribus nostris rite et provide sunt concessa, imperiali auctoritate et ex certa scientia confirmamus et etiam inovamus, consuetudine aliqua in contrarium adeptta[a] alicuius iuriditionis per aliquam personam ecclesiasticam vel secularem in dicta terra vel eius districtu in preiudicium libertatis vestre vel imperii non obstante, quam cassamus et corrupttelam potius reputamus. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre confirmationis et inovationis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis vero contra predicta vel aliquod predictorum venire presumpserit, gravem indignationem nostram et penam centum marcarum auri pro dimidia nostre fiscali camere et pro alia dimidia parti lese applicanda se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi iussimus et nostre maiestatis sigillo muniri.

Dat. Pisis, anno Domini MCCCXXVIII, indict. XII, die XXVI. Novembris, regni nostri anno XV, imperii vero primo.

522. *Concessio introituum.* *Nov. 26.*

Originale ibidem nr. 4 reperiri non poterat[1]. *Transsumtum* (tr.) *a. 1440. Mai. 10 factum in Copiario 'Registrum vetus' dicto fol. 29' eiusdem tabularii. Contulimus nos. — Ed. Winkelmann l. c. II, 313 nr. 500 ex libro impr.*

520. c) zwain|gistem *or.*

521. a) *sic or.*

1) *Cf. loco supra p. 256 not. 1 citato p. 4.* 2) *Cf. ibidem p. 3 sq. Servata sunt privilegia a. 1163, 1226, 1244.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus providis viris officialibus, consilio et comuni terre Sarzani Lunensis dioccesis, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Etsi imperialis clementie nostre liberalis benignitas ad omnes suos benemeritos et fideles extendere manum suam debeat liberalem, illos[a] tamen debet gratiis et beneficiis honorare, qui pro defensione et exaltatione sacri Romani imperii non deficiunt laborare. Sane nos attendentes devotionem et fidem, quam vos et dicta terra vestra ad nos et sacrum Romanum imperium actenus habuistis, quam ex experto cognovimus et speramus amplius cognoscere in fucturum, vobis et dicto vestro comuni intuitu premissorum imperiali auctoritate concedimus et ex certa scientia indulgemus, ut possitis et valeatis in dicta vestra terra introytus quoscunque volueritis ordinare, facere et habere, ut retroactis temporibus consuevistis et prout utuntur in Tuscia civitates usque ad nostrum et imperii beneplacitum. Ad hec quoque volentes vos et dictum vestrum comune prosequi favorabiliter dono prerogative gratie specialis, vobis et dicte vestre terre Sarzani concedimus atque damus imperiali auctoritate usque ad nostrum et imperii beneplacitum pro vestro et dicte vestre terre districtu et iurisdictione duo miliaria circumquaque Sarzanam predictam et ultra versus mare, id quod est a strata Romea inferius usque ad aquam Parmingnole cum nemoribus Caprioni. Salvis et reservatis iuribus alterius cuiuscunque, quibus per hanc nostram concessionem non intendimus derogare. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre maiestatis gratiam et concessionem infringere vel ei ausu temerario contrahire. Si quis vero contra predicta vel aliquod predictorum facere vel venire presumpserit, gravem indingnationem nostram et penam centum marcharum auri pro dimidia nostre fiscali camere et pro alia dimidia parti lese applicanda se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes scribi iubsimus et nostre maiestatis sigilli munimine roborari.

Data Pisis, anno Domini MCCCXXVIII, ind. XII, die vigesimo sexto Novemb., regni nostri anno XV, imperii vero primo.

---

523. *Conventio cum civitate Lucana.* *Nov. 30.*

Originale (or.) *in tabulario regio Lucano. Contulimus nos. Sigillum deest, filis sericis viridis flavique coloris relictis. In verso legitur:* pacta Lucanorum.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 62 nr. 1010.

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus discretis viris comuni et universitati hominum civitatis Lucane, suis et imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum.

1. Erga vos et civitatem Lucanam in nobis affectus imperialis clementie semper exuberat, querentes vobis promovere prospera diligenter et vitare indesinenter adversa. Proinde siquidem cupientes pacifico statui vestro consulere, prehabito cum decem consiliariis imperialibus civitatis predicte diligenti tractatu eorumque votis accedentibus nomine comunis predicti, pro evidenti comunis eiusdem utilitate quedam duximus ordinanda in serie subsequenti.

2. Inprimis videlicet quod Lucanum comune pro se suisque comitatu, fortia et districtu dabit et solvet nobis vel nostre camere imperiali seu nobili viro Frederico de Octinghen comiti, nostro in Tuscia vicario generali aut camere vicarii supradicti pro
Dec. 1. uno anno incipiendo in Kalendis Decembris proxime subsequentis quadraginta milia florenorum. Dabit etiam et solvet prelibatum comune vicario memorato pro stipendiis

522. a) illis *tr.*

et mendis equorum trecentorum militum, qui stare debent ad defensionem Lucane civitatis eiusque comitatus, districtus et fortie quosque tenere debet occasione prefata vicarius supradictus ad suam obedientiam et mandata, triginta sex milia florenorum. Pretactum quoque comune ipsi nostro vicario pro stipendio quadringentorum sexaginta peditum deputandorum ad custodiam tam civitatis quam auguste, portarum, murorum et turrium civitatis Lucane, burgorum et subburgorum eius, castrorum et fortilitiarum Lucane civitatis, comitatus, districtus et fortie, quorum custodia consueta est fieri die noctuque per Lucanum comune, dabit et solvet pro anno predicto septem milia florenorum. Et pro salario vicarii sepefati sueque familie et pro suo vicevicario et sua curia pro uno anno incipiendo a die sui prestiti iuramenti usque ad[a] unum annum completum iddem comune dabit decem milia florenorum. Omnium vero supradictorum solutio fiat per dictum comune Lucanum pro primis duobus mensibus in fine secundi mensis et deinde singulo mense pro rata cuiuslibet mensis summarum omnium predictarum.

3. Porro in predictis talis est intellectus, quod ad solutiones easdem conferant et conferre debeant totus comitatus, districtus et fortia Lucan(a) secundum distributionem fiendam inter dictos civitatem, comitatum, districtum et fortiam per ipsos decem consiliarios vel per alios, quos ad predicta idem vicarius ordinaret cum conscientia et mandato vicarii memorati. Ad quam solutionem teneantur dicti comitatus, districtus et fortia et ad id per dictum vicarium et eius offitium compellantur. Salvo quod illam portionem, que contingeret provinciam Vallis Nebule secundum distributionem eandem, nos vel idem vicarius computabimus in summam dictarum solutionum et tantum detrahemus de dicta summa, quantum ascendet portio prelibata.

4. Gabelle quoque, introitus dovanarum salis et quicumque alii redditus, proventus, obventiones et emolumenta, que Lucanum comune[b] habet et habere consuevit in civitate Lucana, comitatu, districtu et fortia et introitus bonorum rebellium secularium tam civitatis quam comitatus, districtus et fortie et ipsa bona ac etiam molendina comuni Lucano remaneant. Ita quod de ipsis dicti consiliarii vel alii qui pro tempore fuerint ad predicta per dictum vicarium ordinati nomine Lucani comunis, de conscientia tamen et mandato dicti nostri vicarii disponere et ordinare et exgravare possint, prout eis videbitur expedire, et de preteritis rationem exigere ab illis, qui administraverunt eadem vel quomodolibet attractarunt, secundum quod dicto domino vicario videbitur convenire.

5. Preterea condempnationes et bamna facta et data per Lucanum comune vel condam . . ducem Lucanum seu officiales eius et que fient in posterum per officiales dicti vicarii tam in Lucana civitate quam eius comitatu, districtu et fortia similiter deveniant ad cameram Lucani comunis et ad ipsum comune. Excepto quod condempnationes seu bamna, que fierent per iam dictum vicarium vel eius curiam de quibuscumque stipendiariis tam equitibus quam peditibus, omnes ad dictum vicarium eiusque cameram debeant pervenire.

6. Ceterum vicarius ipse cum sua familia ac militibus et peditibus auxilium prestabit officialibus deputatis et deputandis super exactionibus gabellarum, introytuum, reddituum, debitorum et rationum et aliorum preteritorum et futurorum quocumque modo spectantium ad dictum Lucanum comune tam in civitate quam comitatu, districtu et fortia. Salvo quod si nos concederemus vel restitueremus aliquem introytum vel aliquam terram dicti comitatus, districtus vel fortie alicui persone vel personis, comuni, collegio vel universitati, tantum detrahi volumus de huiusmodi solutionibus fiendis, quantum contingeret dicte terre de quantitate predicta vel ascenderet introytus prenotatus.

523. a) usque ad *in loco raso or.* b) cōe *in loco raso or.*

7. Sane comitatus Lucanus eiusque districtus et fortia remaneant dicto comuni et vicario predicto pro ipso comuni respondeant et obediant, ut hactenus dictum comune habebat et prout habebat dictum comune seu condam dux Lucanus vel eius filii ante reditum nostrum a civitate Romana, non obstante quocumque generali vel speciali privilegio vel rescripto imperiali vel regali aut ducali vel alio in dicto seu de dicto comitatu seu fortia vel districtu, castro, villa vel civitate alicui persone vel personis, comuni, collegio vel universitati concesso.

8. Ad hec intellectus est etiam in predictis, quod omnes officiales civitatis, comunis, districtus et fortie Lucan(e) iurent in manibus dicti vicarii vel alterius cui commiserit et non alterius persone, eorum offitium bene et legaliter exercere. Insuper camerarius maior Lucani comunis et omnes exactores gabellarum et dovane salis ac aliorum introytuum predictorum iurabunt in manibus dicti vicarii vel alterius persone pro eo, quod eorum offitium bene et legaliter exercebunt. Ipsique camerarii et exactores teneantur et debeant resignare maiori camerario supradicto quicquid exegerint et ex huiusmodi sibi commissis offitiis ad manus pervenerint[c] eorumdem. Dictusque maior camerarius ipsi vicario ad eius beneplacitum vel cui mandaverit de omni et toto eo, quod ad eundem maiorem camerarium pro dicto eius offitio pervenerit, rationem ostendat eique de pecunia memorata quolibet mense tantum solvat de summis predictis, quantum contingет solvi debere pro cuiuslibet rata mensis, exceptis primis duobus mensibus, in quibus fiet solutio in fine secundi mensis, ut superius est expressum.

9. Rursus quandocunque contigerit capsas introitus civitatis aperiri debere per dictum maiorem camerarium ut moris est, tunc intersit unus pro parte dicti . . vicarii et unus ex decem consiliariis supradictis, qui summas inventas in capsis iisdem redigant in scripturam, ut via malitiis precludatur.

10. Denique nos bona fide promictimus, quod nos et noster vicarius et quilibet alius officialis imperialis et ipsius vicarii per totum annum superius nominatum incipiendum a dictis Kalendis Decembris proxime secuturis predicta omnia rata tenebimus, non petemus vel exigemus vel peti seu exigi faciemus vel permictemus directe vel per oblicum caliquam aliam pecunie quantitatem aliquo iure vel modo per impositam, datiam vel prestantiam vel salis impositionem vel alio quovis modo seu alio quocunque quesito colore a dictis civitate, comitatu, fortia vel districtu. Predictis omnibus vel eorum aliquibus post dictum annum, de quo supra proxime fit mentio, minime valituris.

Dec. 1.

In quorum omnium testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo fecimus communiri.

Dat. Pisis, anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, indict. duodecima, pridie[d] Kalendas Decembris, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero primo[d].

524. *Concessio feudi.* *Dec. 2.*

Originale (or.) *in tabulario regio Senensi. Contulimus nos. Sigilli fragmenta pendent filis sericis viridis flavique coloris. In verso legitur:* Gaddi comitis. — *Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 314 nr. 501 ex* or.

Böhmer, Reg. Ludw. p. 358 nr. 3254 (Addit. III).

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nob[ili][a] viro Gaddo comiti de Ylci suo et imperii fideli dilecto gratiam suam et omne bonum.

523. c) *ita or.* d) pri, *itemque* Kalendas — primo *eadem manu atramento fusciori post inscripta;* die *iam prius scriptum erat or.*

524. a) ili *excidit or.*

Imperialem decet providentiam suos benemeritos et fideles gratiis et beneficiis honorare[b]. Ex hoc enim imperiale sceptrum altius extollitur et ipsi fideles premiorum exortactione ad fidelitatem et devotionem imperii facilius promoventur. Sane nos attendentes tuam tuorumque progenitorum devotionem et fidem, quam erga nos et sacrum Romanum imperium continue habuistis et te speramus gerrere in fucturum, tibi et tuis heredibus castrum Ioncharichi cum omnibus suis iuribus, iurisdictionibus, hominibus, servitiis et aliis pertinentiis quibuscunque, prout tui progenitores hactenus habuerunt et tenuerunt, in feudum imperiali autoritate ex certa scientia concedimus atque damus, tenore presentium declarantes, quod per aliquam concessionem per nos factam vel etiam faciendam de castro Gavorani comuni Pisano iuribus tuis, que in dicto castro eiusque curte habere dignosceris, nullum preiudicium genneretur. Ad hec quoque volentes te uberioris gratie dono prosequi, tibi tuisque heredibus castrum de Prata et castrum Gerfalchi cum omnibus eorum iuribus et cuiusque eorum pertinentiis, iurisdictionibus, hominibus[c] et servitiis quibuscunque imperiali autoritate et ex certa scientia usque ad nostrum et imperii beneplacitum concedimus atque damus, tibi tuisque heredibus in omnibus supradictis et quolibet predictorum plenam iurisdictionem et merum et mixtum imperium concedentes, iure nostro et imperii semper salvo, non obstante quod predicta duo castra per infideles et rebelles imperii presentialiter teneantur. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre maiestatis gratiam infringere vel ei ausu temerario contrahire. Si quis vero contra predicta vel aliquod predictorum facere vel venire presumpserit, gravem indignationem nostram et penam centum marcarum auri pro dimidia nostre fiscali camere et pro alia dimidia parti lese applicanda se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi iussimus et nostre imperiali sigillo muniri.

Dat. Pisis, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, indictione XII, die secundo Decembr., regni nostri anno quintodecimo, imperii vero primo.

---

525. PAX GENERALIS ARCHIEPISCOPATUS MOGUNTINI ET WETTERAVIAE.

(inter a. 1328. m. Nov. — a. 1329. m. Aug.)

Copia (c.) saec. XIV. med. linea dati carens in tabulario Moenofrancofurtano. Denuo contulimus. — Ed. Schwalm 'Die Landfrieden in Deutschland unter Ludwig dem Baiern' p. 160 nr. 8 ex c; *Reimer 'Hessisches Urkundenbuch' II, 2 p. 319 nr. 342 ex* c.

De tempore cf. Schwalm l. c. p. 129 sq. Cf. infra nr. 644 et 650.

Reg. Sauer 'Codex diplom. Nassoicus' I, 3 p. 187 nr. 2100.

In Gots namen amen.

Wir Baldewin von Gots gnaden ertzebischoff der heilegin kirchen zů Trÿre und irwelt zů eyme ertzebischoffe der heilegin kirchen zů Mentze und zů eyme beschirmer des stifftes da selbis, grafe Gerlach von Nassowe, Ulrich herre zů Haynowe, Gotfried herre zů Eppinstein, Lůtter herre zů Isenbůrg, Cůne von Valkenstein herre zů Mintzinberg und unses vettern sone etzwanne hern Phil(ips) von Valkinstein und wir die .. scholtheizsen, die .. scheffen, der .. rat und die gemeinde der stede Frankenford, Frydeberg, Wetflar und von Geylnhusen bekennen uffinbar an diesem briefe allen den die in sehen adir horen lesin, das wir důrch gemeinen nůtz des landis eynen gemeinen

524. b) honorarare *or.* c) *in loco raso artius scriptum or.*

(1329. Ian. 13.) lantfride machin und han gemacht von nů an biz an den Achtzehenden dag der nů neyst komet und von dem Achtzehenden dage ubir zwey gantze jar nach ein- (1331. Ian. 13.) ander folgende und globen den in gůden trůwen veste und stede zů haldene, als wir en trůwen han globit und zů den heilegin gesworn, in allir der wise alse her nach stet geschrebin:

1. Zů dem ersten an zů Loynstein, von Loynstein biz zů Můntabůr, von Můntabůr biz zů Hartinfels die rechten lantstrazzen, [von Hartinfels] biz zů Heigere, von Heygere biz zů Battinburg die lantstrazzen, von Battinburg biz zů Schoinerstat, von Schoinerstat biz zů dem Kirchhayn, von Kirchhayn die Amene uff biz zů Hohinbůrg, von Hohinbůrg biz zů Merlowe, von Merlowe biz zů Slůftere die rechten landis strazsen und von Slůftere biz zů Gerrade hynsit Schildecken, von Gerrade biz zů Gemůnden an der Sinne und an der Sale und von Gemůnden biz zů Wertheim und von Wertheim die Tůbere uff biz zů Bysschofisheim und von Bysschofisheim biz zů Hůsen, von Hůsen biz zů Bůcheim und von Bůcheim biz zů Steina an den Necker und von Steina den Necker abe biz an den Ryn und dan den Ryn abe biz widder zů Lonstein.

2. Auch nemen wir uz die vorgen(anten) herren und die stede unsen herren den keysir und daz riche und die vrien stede Mentze, Wormisze, Spire und Strazburg. Were abir daz iman widder daz riche tede in dem zile des lantfrides, ez were wer daz were, deme adir den sůllen wir die vorgen(anten) herren und stede widdersten mit libe und mit gůde.

3. Wir nemen auch uz, waz biz here geschehen ist uff dysen dag, als dirre brief ist gegebin, das wir uns des nicht an nemen adir da mydde nicht enhan zů tůne, dan wer fůrwerter disen lantfridde brichet, da sullen wir dar zů sin beholffen als vorstet geschreben, als die nůne sprechen die hernach stent geschreben.

4. Und sullen wir der vorgeschreben herre Baldewin zů dysem lantfride sin beholffen zů tegelichem kriege, ob ez not geschit mit vonffzig helmen uff unse kost und wir die andern herren ie der herre mit zehen helmen auch uff unse kost und wir die stede die vorgen(anten) von Wetreybe mit sezsig helmen uff unse kost.

5. Und sůllen wir der vorgeschreben herre Bald(ewin) und die andern vorgeschreben herren vier rittere kyͤsen und wir die vorgen(anten) vier stede zů Wettreybe vier bůrgere und sůllen dar zů den achten noch vier rittere swerin und vier bůrgere, důrch daz ob eyner ader me zů dem lantgerichte nicht komen mochten, daz die andern dar quemen, uff daz daz daz lantgerichte icht gehindert wůrde. Und sal her Bertolt der faůt von Ursele eyn gemein obirman sin mit den echten, vier rittern und vier bůrgern, daz ir mit ime nůne sin, ob man in haben mag.

6. Wers abir daz man sin nicht haben mōchte, zu wilchir zit daz were, so sůlden die vier rittere und die vier bůrgere zů Frankenford in eyne kůntliche herberge varn und sůllen da inne als lange leysten, biz si eynen andern obirman an sin stad gekůrin, und sůllen daz als dicke důn, als ez not geschehe in der vorgeschreben jarzal.

7. Und sůln auch die echte und der obirman zů den heilegin swerin, den lantfride recht zů richtene und recht zů beschirmen dem armen und dem richen, so sie crafft und macht allir verrist wiset unde lerit ane allir hande argelist und geverde nyemanne zů liebe noch zů leyde.

8. Were auch daz der vorgen(anten) vier rittere adir der vier bůrgere eyner abe ginge von dodis wegin adir me, ee dise jarzal uz ginge dises lantfrides, so sůllen die herren, ob eynes ritters gebristet, eynen andern ritter kysen und die stede eynen bůrger und sůln daz důn als dicke als ez not geschit.

9. Und sůllen die nůne ie zů dem maynde zů Frankenford komen und sůllen da eyn lantgerichte besitzen und sůllin da richten, was brůche in dem lantfride sin geschehen.

10. Auch wilche zit ez not geschehe, so mag der obirmann die echte virbodin und mag eyn lantgerichte besitzen und sal daz dûn als dicke als ez not geschit und he auch gemanit wirt ane alle geverde.

11. Wer auch diekein herre der in disen lantfride wolde komen adir diekein stad, den mogent die vorgen(anten) nûne entphahen zû dem lantfride adir daz merer teil undir in.

12. Auch ensal in disen zîlen und lantfride nŷman diehcine gleynen, schilt, armbrust, kezsilhût adir wapen fûren, dan die zû dem lantfride gehorint, den ist wapen irloûbit dûrch daz daz sie den lantfriden mogen beschirmen. Wûrde dar ubir ŷman besehen, ez were in dorffe, in felde adir in walde, in wilchis herren gerichte daz were, der gewapent were und in den lantfride nicht enhorte und rydde in der mazse, als vorgeschreben stet, den adir die sal der herre adir sin amptman, in des gerichte daz geschit, ane gryffen uff eyn recht.

13. Auch sal die strazse in disir termenie dises lantfrides fry sin und ensal nŷman den andern uff der strazsen ane griffen adir kummern, ez ensii dan der selbschûldige, den mag man ansprechin mit gerichte, hŷner dem er die scholt schuldig were. Und ensal nŷman den andern angriffen in dysem fryde, he endû ez dan mit rechtem gerichte, und sal ieder man von dem andern recht gebin und nemen.

14. Wûrde abir ieman dar ubir angegriffen ane recht, in wilchis herren gerichte daz geschehe, des herren amptlude, alse vor stet geschreben, sûllint zû hant nach folgen mit allir irer macht und sûllint daz richten und sûllint sie die nehsten an rûffen, daz sie in sin beholffen, die zû dem lantfride horin.

15. Queme ez auch daz man eynen raûp adir mit anderme vrebelichen dinge, daz den lantfride geletzen mochte, nach folginde were, also daz ez zû eyme besezze qweme in der vorgen(anten) termenunge des lantfrides, so sal ie der herre und die stede mit einandir mit eyner gemeinen folge dar zû sin beholffen, wie die nûne sprechen adir daz merer teil undir in.

16. Were auch daz ez dar zû qweme daz man eyn beses tede, so sûlden wir der vorgen(ante) herre Bald(ewin) mit eyner blyden uff unse kost zû dem besezse sin beholffen und wir die vier stede mit zwein blyden uff unse kost und ie der herre mit zwein weynen sal sin beholffen, ie an dem weyne sehs pherd, die den stedin ire blyden fûr daz beses fûren, uff der herren kost und nicht der stede, und sollen auch die weyne vor deme besezse bliben, die wile daz besez werit, und sûllen fûren steine und holtz und was man bedarff und den stedin ire blyden widder heim fûren.

17. Queme iz auch daz man eynen besez tede mit dem lantfride und daz man sorge hette eynes abe drybens, so sal ie der herre und ie die stad den, die vor dem besezse ligen, sin beholffen rygelingen und unverzoginlichen mit me luden, alse die [nûne][a] sprechen adir daz mererteil undir in.

18. Queme ez auch daz man vor eyme besezse dorffte katzen adir ander werck, die da heizsent ebinhohe adir grebere, waz daz kostit, die kost sal ie der herre und ie die stad nach marzal dragen.

19. Queme ez auch dar zû daz man eyn besez sûlde tûn obewendig Mildenberg, so ensûllen die stede nicht fûrwerter beholffen sin mit gemeiner folge, dan biz zû Mildenberg. Dan sie sollint sin beholffen mit den sezsig helmen, die sie halden zû dem lantfride zû tegelichem krŷge.

20. Auch hant die nûne adir daz merer teil under in gûde mogede und macht, daz sie die lûde, die die herren und die stede halden zû dem lantfride, mogen legin uff iren eyd, wo sie dûnkit daz ez dem lantfride allir nûtzes sii in der termenunge des lantfrides.

525. a) *excidit c.*

21. Queme ez auch dar zû daz sich krŷg und urloyge irhûbe in dem lantfride und der krŷg und daz urloyge nicht gerichtet adir gesûnet enwûrde in diesen ziten des lantfrides, ee die zyl uz gingen, den kryeg und daz urloyge, ob ez dreffe ubir daz zyl des lantfriden, globen wir die vorgen(anten) herren und stede uz zû fûrne und zû haldene glichirwis, als ob ez in dem lantfride noch were.

22. Auch sal ie der herre by syme rechte und friheit bliben und sal ie die stad auch by irem rechte und friheid bliben.

23. Auch sal sotan ursorge, alse geredit ist zûsschen unsirme herren byschoff Baldewine eyme beschirmer des styfftis zu Mentze, grefen Gerlache von Nassawe und grefen Johanne von Solmisze von eyner siten und den von Wetflar von der andern syten, stan in gûdir gedûlt und fride eynen gantzen maynd nach disem lantfride ane alle geverde und argelist.

Zû urkûnde und vestir stedekeid allir dirre vorgeschreben dinge et cet.

---

526. 527. ACTA CURIAE VICARII GENERALIS LUNIGIANAE.

1328. Dec. 8.—20.

Ex Protocollis Thomasini quondam Bonacursi de Sarzana notarii, quae Sarzanae in archivo notariorum servantur[1].

Cf. infra nr. 544—546.

526. *Constitutio vicevicarii.* *Dec. 8.*

Imbreviatura (c.) *l. c. fol. 69. Descripsimus nos. — Ineditum.*

Nos Gabuardus de Sabion(e)[a] sacri imperii in Lun(igiana)[b] vicarius generalis de sapiencia, fide et legalitate sapientis viri domini Villani de Bercedo olim domini Iohannis Buroni plurimum confidentes, ipsum nostrum vicevicarium in vicaria Lunensi ad beneplacitum nostrum constituimus et facimus harum testimonio litterarum cum salario consueto percipiendo eo modo et sicud percepit et in ea quantitate, quam habuit dominus Gerardus de Pistorio olim predecessor ipsius in officio suprascripto. Committentes et concedentes eidem quod possit et debeat unicuique in dicto officio tam in civilibus quam in criminalibus ius et iusticiam reddere et facere secundum statuta dicte vicarie et ubi statuta deficerent, secundum iura civilia, nobis in predictis omnibus arbitrio reservato. Mandantes insuper universis et singulis vicarie prefate, ut eidem in hiis omnibus, que ad suum spectant officium, effectualiter pareant et intendant pena nostro arbitrio auferenda ac etiam declarantes predictum nostrum beneplacitum duraturum usque ad VI menses proxime venturos. In cuius rei testimonium predicta per Tomasinum not(arium) infrascriptum publicum cancellarium nostrum scribi et publicari mandavimus.

Act. in palactio castri Ser(çane), presentibus Vanne de Leto cive Luc(ano) et Augustino de Prato notariis testibus, anno nativitatis dominice MCCCXXVIII, ind. XI, die VIII. Decemb.

Qui dominus Villanus incontinenti iuravit dictum suum officium exercere bene et cet.

526. a) Sabioñ *semper c.* b) Luñ *fere semper c.*

1) *Cf. Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 523 not. ad nr. 511.*

527. *Testimonium super morte cuiusdam roncini.* *Dec. 20.*

Imbreviatura (c.) *l. c. fol. 69'. Descripsimus nos. — Ineditum.*

MCCCXXVIII, ind. XI, die XX. Decemb.

Omnibus hoc publico instrumento pateat evidenter, quod ego Thomasinus condam Bonacursi de Ser(çana) not(arius) et publicus nunc cancellarius mangnifici domini domini Gabuardi de Sabion(e) sacri imperii in Lun(igiana) vicarii generalis vidi in terra Serçane ante domum Francischini Martini de Serçana pellem unam excoriatam pili rubei cuiusdam roncini mortui Arnoldi de Archerom ultramontani stipendiarii ab equo de baneria domini Stephani de Colonia banerarii et conestabilis nunc in terra Serçane pro magnifico domino domino Federico comite de Otingen pro sacro Romano imperio in Tuscia vicario generali. Qui roncinus propter quandam cavalcatam factam per dictum[a] Arnoldum cum domino Gabuardo de Sabion(e) vicario suprascripto contra comune et homines de Falcinello rebelles tunc sacri imperii et domini vicarii suprascripti de presenti mense Decemb. infudit et de dicta infusione mortuus est, ut michi dicto not(ario) Dec. asseruit dictus Arnoldus.

Actum Serçane ante domum Francischini Martini, presente Andriotto marisclacho[b] filio Pucii Pacis, qui suo iuramento dixit et asseruit, quod de dicta infirmitate dictus roncinus mortuus erat, ac presentibus Lippo condam Pucii de Pis(is), Anechino de Basilia stipendiariis ab equo de baneria dicti domini Stephani dicentibus et asserentibus eorum iuramento, dictum roncinum mortuum esse occasione predicta, testibus ad hec vocatis et rogatis, anno nativitatis dominice ut supra.

528—530. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.

1328. Dec. 13 (12).—22.

528. *Mandatum super sententia contra Iohannem XXII. papam altera publicanda.* *Dec. 13 (12).*

Contulimus 1 *copiam quae servatur in Libri privilegiorum tomo II 'Arm. XXXV tom. 4' signato tabularii Vaticani saec. XV. ex. fol. 306', ubi rubrum:* Depositio Iacobi de Caturcho pseudopapę qui se gerebat pro Iohanne XXII. propter heresim manifestam, maxime propter insequutionem Minorum ordinis sancti Francisci, ubi ad longum tractatur de rerum usu, *itemque fol. 313 de sigillo haec:* Pendebat sigillum magnum de cera communi semifractum cum imagine imperatoris ex filis sericeis rubri et galguli sive crocei coloris[1];

2 *cod. Pl. sin. XX, 12 bibliothecae Laurentianae adhuc saec. XIV. fol. 19;*

3 *cod. Paris. lat. 5154 (olim Colbert. 678) saec. XIV. fol. 128; contulimus ad apographon huius codicis iam olim a Bethmanno confectum, quod Berolini servatur.*

Potiores tantum lectiones varias adnotavimus.

527. a) dc̄m *corr. ex* dn̄m *c.* b) *ita c.*

1) *Hoc originale iam deperditum commemorari videtur in 'Catalogo chartarum archivi sanctae Romanae ecclesiae' a. 1366. confecto, de quo v. supra tom. V p. 251 not. 1, his verbis:* Littere sigillate sigillo Ludovici de Bavaria continentes plures blasfemias contra dominum Iohannem papam XXII, ex quibus ipsum deponebat verbo, que non expedit explicare. Dat. Rome, XVIII. mensis Aprilis, anno Domini MCCCXXVIII.

Narrat Nicolaus qui dicitur Minorita de hac altera sententia ea quae sequuntur: Quia predicta sententia[1] fuit insufficiens quoad aliqua et maxime quia errores per dictum dominum Iohannem papam publice dogmatizatos et in supradictis tribus decretalibus insertos minime exprimebat, ideo prefatus imperator ad maiorem dicte sentencie roboris firmitatem de peritorum consilio ipsam mutavit in pluribus et addidit errores contentos in dictis tribus decretalibus plenius exprimendo. Quam sic correctam et mutatam Pisis postea ad eundem annum, diem et locum datam ut suprascripta sollempniter promulgavit. Publicacio vero dicte sentencie sic mutate suo loco et die inferius inseretur. Similem modum servavit prefatus dominus Iohannes papa in edicione constitucionis 'Ad conditorem', quam postquam sollempniter promulgaverat, eam correxit et in pluribus mutavit et sic correctam et mutatam ad eundem annum, diem et locum iterum solempniter promulgavit[2].

Böhmer, Reg. Ludw. p. 62 nr. 1011 (ad Dec. 12).

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator[a] semper augustus universis et singulis ecclesiarum prelatis, cuiuscumque dignitatis, offitii[b], ordinis, religionis, conditionis aut status existant, etiamsi locum seu[c] statum cardinalatus sive pontificalis dignitatis aut officii quomodolibet obtinerent[d], necnon principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, vicariis, potestatibus, rectoribus, officialibus ac aliis presidentibus, quocumque nomine censeantur, imperii nostri fidelibus gratiam suam et omne bonum.

Pridem contra Iacobum de Caturcho[e] hereticum notorium et[f] manifestum, qui se papam XXII. appellat, de magno et maturo consilio exigente iustitia[g] processum quendam fecimus formam et tenorem huiusmodi continentem[h]:

'Ludovicus Dei gratia — inperii vero primo.' *supra nr. 437.*

Volentes itaque processum predictum et contenta in eo, ne populus christianus per astutias, fraudes, calliditates et malitias dicti Iacobi de Caturcho heretici manifesti et complicum eius circumveniri valeat, ubilibet publicari et inviolabiliter ab omnibus christifidelibus[i] observari, vos omnes et singulos monemus et hortamur attente ac omnibus imperio nostro subiectis sub penis in dicto processu contentis districte precipientes mandamus, quatinus per vos vel[k] alium vel alios in civitatibus et[l] dyocesibus sive locis et terris, in quibus quomodolibet presidetis, dictum processum et contenta in eo sollenniter publicetis quodque ipsa servetis et faciatis ab omnibus vestris subditis inviolabiliter observari. Et etiam specialiter sub penis editis contra fautores hereticorum et heretice pravitatis[3] vos monemus, quatinus dictum[m] Iacobum hereticum manifestum et excommunicatum penitus evitare et ab ipsius[n] communione omnino recedere studeatis quodque nullum eidem Iacobo heretico per vos vel[o] alium seu alios directe vel indirecte prebeatis auxilium, consilium vel favorem et ad idem faciendum et observandum omnes vobis subditos inducere, etiamsi opus fuerit compellere iuris remediis, sollicite procuretis. In testimonium autem premissorum presentes litteras conscribi mandavimus et nostro imperiali sigillo[p] iussimus communiri. Et ut predicta omnia et singula in omnium deducantur publicam notitiam et ne aliquis de premissis per ignorantiam se[q] valeat[r] excusare, dictas[s] litteras bullatas bulla aurea[t] ad fores maioris ecclesie civitatis

528. a) et *add.* 2. 3. b) *deest* 3. c) aut 2. 3. d) obtineant 2. 3. e) Caturco *semper* 2. 3. f) *deest* 2. g) iust. exig. 3. h) *in margine add.* 1. i) *deest* 3. k) et per 2; per *add.* 3. l) *deest* 2. 3. m) prefatum 2. 3. n) eius 2. 3. o) per *add.* 2. 3. p) *loco* nostro imp. sig. 2. 3: n o s t r e i m p e r i a l i s m a i e s t a t i s b u l l a a u r e a s i g i l l o q u e (signoque 3.) i m p e r i a l i c o n s u e t o. q) se per ign. 2. 3. r) aliqualiter *add.* 2. 3. s) has 2. 3. t) *loco* bulla aurea 2. 3: u t p r e d i c i t u r.

1) *Scil. supra nr. 436.* 2) *Böhmer 'Fontes' IV, 590.* 3) *Cf. supra nr. 435.*

Pisane publice appendi et appensas per multas dies in conspectu omnium ibidem iussimus permanere.

Dat.[u] in civitate Pisana, anno ab incarnatione[v] Domini millesimo CCCXXVIII[w], indictione XII[x], Idibus[y] Decembris, regni nostri anno quinto decimo[z], inperii vero primo.

529. *Scriptum pro relicta et filiis Castruccii ducis.* *Dec. 17.*

Originale (or.) *in tabulario regio Lucano. Contulimus nos. Sigilli fragmentum pendet filis sericis viridis, albi, rubei coloris. — Ed. Manucci loco supra ad nr. 160 citato p. 233 nr. 23 ex cop.*

Böhmer, Reg. Ludw. p. 62 nr. 1012.

Cf. infra nr. 565. 566.

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili et magnifice mulieri Pine relicte olim Kastruccii ducis Lucani necnon nobilibus viris Valleriano et Iohanni fratribus natis condam dicti ducis Lucani, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

1. Merita probitatis prefati Kastruccii et grata et accepta servitia per eum nobis et imperio exhibita ac devotionis et fidei fervor, quem ad nos semper habuit, favorabiliter nos inducunt, ut vos ipsius intuitu specialibus gratiis et benefitiis prosequamur, ut remuneratio premissorum presentis etatis hominibus sit nota et posteris transeat in exemplum. Ob quam rem ad personarum vestrarum tutelam et gubernationem nostre mentis aciem convertentes vobis vestrisque heredibus et successoribus legittimis gubernationem et custodiam castri de Montegeri cum fructibus et proventibus castri predicti et omnibus pertinentiis suis imperiali auctoritate conmictimus, concedimus atque damus. Volentes ut ex redditibus et proventibus dicti castri et ex[a] proventibus et gabellis vicarie Petresancte singulis annis quatuor milia florenorum habere et percipere debeatis, in predictis castri dicti Montegeri fructibus et proventibus conputatis. Et si dicti castri Montegeri et vicarie Petresancte proventus et fructus ad summam predictam non ascenderent, exnunc volumus et intendimus usque ad conpletam summam predictam de camera nostra integraliter erogare. Si quid vero superfluum vel residuum erit, illud totum nostre camere reservamus.

2. Et ne in predictis fraus aliqua conmictatur, volumus ut fructus et proventus castri predicti Montegeri et vicarie Petresancte vicarius noster Lucanus, qui nunc est et qui pro tempore erit, recolligat et conscribat, qui ex dictis fructibus et redditibus quantitatem predictam quatuor milia florenorum absque dilatione aliqua integraliter vobis solvat. Auctoritate presentium decernentes, ut in predictis a maiestate nostra vobis concessis ab aliqua persona, loco vel universitate pretextu alicuius debiti per dictum condam patrem vestrum contracti non possitis vel valeatis aliqualiter molestari. Quod si dicta quatuor milia florenorum vobis de nostra camera solvere nos contingat singulis annis, ut superius est expressum, tunc volumus fructus et proventus castri predicti Montegeri et vicarie predicte Petresante ad nos et cameram nostram libere pertinere.

3. Ad hec quoque volentes vos et Henricum fratrem vestrum uberioris gratie dono prosequi, vos et quemlibet vestrum ac Henricum prefatum auctoritate presentium ab omnibus anghariis, perangariis, muneribus, oneribus, functionibus, collectis, datiis,

528. u) Data 2. v) ab inc. *des.* 3. w) MCCCXVIII. 2. x) XI. 2. y) die XII. mensis *(deest 3.)* 2. 3. z) XV. 2; XIIII. 3. a) anno *add.* 3.

529. a) *in linea post add. or.*

prestantiis, obsequiis personalibus et realibus atque mixtis imperiali auctoritate et ex certa scientia liberos esse volumus et immunes, ut ab aliqua persona, loco vel universitate quacumque occasione vel causa gravari sive molestari minime valeatis. Non obstantibus in premissis vel aliquo premissorum aliquibus privilegiis, gratiis seu iuribus a quocunque sub quacunque verborum forma concessis, per que effectus huiusmodi in aliquo valeat impediri seu aliqualiter retardari, quibus quantum ad premissa, etiamsi de ipsis esset specialis mentio facienda, ex certa scientia derogamus. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre conmissionis et concessionis paginam infringere vel ei ausu temerario contrahire. Quod qui facere presumpserit[b], gravem indignationem nostram se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et maiestatis nostre sigilli iussimus munimine roborari.

Dat. Pisis, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, ind. XII, die decima septima Decembris, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero primo.

530. *Confirmatio privilegiorum civitatis Pisanae.* *Dec. 22.*

Originalia duo 1 formae maioris et 2 non confectum ut videtur in tabulario regio Pisano. Contulimus nos. Pendet bulla aurea autographi 1, sigillum autographi 2 desideratur. — Ed. Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 111 nr. 205 ex 1 (notato autographo 2 l. c. p. 114 nr. 206).

Böhmer, Reg. Ludw. p. 358 nr. 3255 (Addit. III).

¦ In nomine[a] sancte et individue Trinitatis.

Ludovicus Dei gratia[b] Romanorum imperator ¦ semper augustus.

1. Licet ad quorundam nostrorum fidelium munifice prosequenda servitia clementior serenitatis oculus dirigatur et liberalitatis nostre manus quadam generalitate sit habilis, illis tamen quadam spetialitate fit debitrix, in quibus sinceritatem devotionis absque omni signo fallacie cognoscimus et fidei pure constantiam invenimus quorumque devotio non solum prestitis placere cupit obsequiis, set speratur inantea potius placitura prestandis. Eapropter presentis privilegii pagina notum facimus universis fidelibus imperii tam presentibus quam futuris, quod nos attendentes inviolabilem devotionis et fidei puritatem, quam cives Pisani a fundatione civitatis ipsorum ad divos Romanorum imperatores et reges predecessores nostros ac spetialiter erga nos constanter habuisse noscuntur, utpote qui sicut per multas scripturas auctenticas et veridicas relationes frequenter audivimus, per suam industriam et virium potentiam gloriam et honorem imperii atque statum rei publice pre ceteris adauxerunt et nunquam ab imperii fidelitate tempore adversitatis sive prosperitatis recessisse noscuntur, immo aliquando et pluries et maxime tempore vacantis imperii usque quasi ad summum exitium intollerabilem famem et depopulationem civitatis Pisane ab infidelibus Romani imperii pro conservando nomine et honore ipsius Romani imperii sustinendo solita constantia deducti fuerunt, considerantes etiam labores continuos et onera expensarum, que ob honorem nostri culminis subiisse probantur, necnon alia satis grata et accepta servitia, que ipsos Pisanos cives laudabiliter hactenus nobis exhibuisse[c] cognoscimus et incessanter ad presens exhibere sentimus ac eos exhibituros firmiter credimus in futurum, et ut Pisanus populus pro sua fide ac devotionis constantia honestissimum de nobis emolumentum semper accipiat, ut eo ferventius ad promovendum honorem imperii et statum rei publice semper existat,

529. b) *secunda* p *corr. ex* f *or.*

530. a) ¦ In nomine ¦ 2. b) *loco* Dei gratia 2: divina favente clementia. c) exibuisse 2.

quo fidem et strenuitatem patruum[d] suorum honestis moribus et perspicuis virtutum operibus emulantur, damus et concedimus vobis . . vicario et . .[e] anthianis Pisani comunis recipientibus pro comuni et populo Pisano et civitate Pisarum totum quod prefata civitas et quelibet persona habet et tenet de rebus imperii et totum quod imperio pertinet sive de marchia vel alio modo quoquo iure vel consuetudine vel pertinuit retro vel pertinebit in civitate Pisana et eius districtu per terras et insulas[f].

2. Concedimus quoque, damus et confirmamus vobis recipientibus ut dictum est in feudum comitatum, vestro districtui supponentes sicut tenet [a] terris Benni ad Arnum et ad Cannetum et ad Barbiallam et sicut trahit ab Ebula ad Montem Tiniosum et ipsum Montem cum suis pertinentiis et fortellitiis et ad Burianum et Quercetum et ipsos Burianum et Quercetum cum pertinentiis suis et ad castrum Cornie quod dicitur Castilione, inde ad Scarlinum et ipsa castra Cornie et Scarlini cum pertinentiis suis, ab alia autem parte fluminis Arni sicut trahit Planessule et Cintorii curia comprehendit et sicut trahunt confinia inter vos et Lucenses usque ad pontem Magionie et inde sicut sunt confinia Pisane civitatis usque ad mare. Infra quos confines comprehenduntur infrascripta castra et terre videlicet Cintorium, Montecchium, Buiti cum sua valle, Blentina, Vicum, contrata Pedemontis, roccha Verruce et castrum Caprone, vallis de Calci cum Montemagno, Agnanum, castrum Asciani, valles Sercli ab utraque parte fluminis, castrum Ripafracte cum suis guardiis et pertinentiis, Filectulum, castrum Castilionis, castrum Cotonis, castrum Aquile, castrum Avane et[g] castrum Chuoze[h]. Ex parte vero alia fluminis Arni, infra quos terminos hec loca continentur, concedimus vobis recipientibus ut dictum est infrascripta loca et castra videlicet castrum de Marti cum villis et pertinentiis suis, castrum Pratilionis, castrum Montischastelli, castrum Sancti Cervasii, castrum Pecciuli cum omnibus suis pertinentiis, castrum Montischuccari cum pertinentibus sibi, Gheçanum, Castellum Falfi, Camporenam, Collegarli, Vignale, Leguli, Petraramingham, Laiaticum, Orciaticum, Miemmum, villam Ceddri, Chianni, Rivaltum, Morronam, Agnanum, Pavam, Pietracassam et Rocchulinam, Gabbretum, Gellum, Casalliam, Sassam Caselle, Montem Viridem, Castellum Bernardi, Sassetum, Toianum, Tampianum, Palariam, castrum Montistopari, Colcarelli, Usillianum[i], Montem Vasum et Montaninum, Cerretum et eius curiam, Treggiariam, Forculi, Petriolum, Montembiccherium, Cumulum, Stiblam, Montaltum, Comugnole, Pinnochium, Pontem Here, Appianum, Gellum, Pesianum, Rabidam, Tavelle, Schitocculi, Travaldam, Cisanum et omnia predicta cum suis pertinentiis et utramque vallem Here cum suis pertinentiis et vallem Cascine et collinas superiores et inferiores cum plano portus et cum pertinentiis et fortellitiis predictorum et preterea castrum Liburne, castrum Vade, Donoraticum, Castagnetum, Segalari, Bulgari, Montemscudarium, Guardistalli, Colmeçanum, Casale, Olivetum, Castilionem del preso, Bibbonam, Campiliam, Bisernum, Sanctum Vincentium, Roccham Palmenti, Vignale, Montem sancti Laurentii, Montionem, Castellinam, Plumbinum, castrum Vallis, Suveretum, castrum Saxette, castrum et civitatem Masse et ipsam Massam, castra Alme, roccham Capalbi, castrum Castilionis Piscarie et fauces et stagnum sitas iuxta dictum castrum cum tumulo, castrum abbatie de Fango, castrum Buriani et Colunne, castrum Caldane, castrum Gavorrani cum omnibus pertinentiis suprascriptorum castrorum, terrarum et cuiusque eorum. Et infrascriptas ynsulas videlicet Ilbam, Caprariam, Gorgonam, Planusium, Gilium, Corsicam et Sardineam.

3. Et in omnibus prenominatis locis et infra predictos confines usque ad civitatem Pisanam iurisdictionem et districtum vobis concedimus et confirmamus. Et quidquid aliqua persona habet ibi ab imperio et quidquid ibi imperio pertinet et quecunque alia

530. d) *ita* 1; patrum 2. e) . . *deest* 2. f) ynsulas *similiter semper* 2. g) et *deest* 2. h) et Versiliam totam *add.* 2. i) Visillianum 2.

infra predictos terminos continentur in castris, locis, villis, habitationibus, insulis, terris, aquis, fluminibus, stagnis et tumulis, paludibus, pascuis, piscariis et nemoribus, argentifodinis et omnibus venis metallorum, salinis, portubus et silvis cum omni plenitudine et integritate vobis concedimus et ut Pisani et hii qui de eorum districtu sunt et eorum res sint liberi et sub consulatu et iudicibus et potestatibus de se ipsis libere, sicut eis placuerit. Et liceat eis creare potestates, capitaneos et alios quoscumque offitiales et rectores in supradictis terris, insulis et locis cum officiis et officio, de quibus et sicut ipsis Pisanis placuerit.

4. Et etiam concedimus et damus vobis in feudum litus maris a civitate Vetula usque Portum Veneris et tantum iuxta hec, quod libere Pisani in eo facere naves et galeas et exercere suas mercantiones[k] possint, et quod in ipso litore usque ad montes propinquiores ipsi litori vobis pertinet, et presertim portum Talamonie cum castro ipsius portus et portum Motronis et ipsum castrum Motronis et castrum Viareggii. Et quod nullus possit in eo litore et usquê ad dictos montes vel faucibus aquarum infra terminum comprehensis facere portum vel applicare cum mercibus contra voluntatem Pisañorum. Et quod nulli persone vel hominibus vel alii civitati vel loco de cetero liceat hedificare aliquod hedificium vel munitionem aliquam facere vel construere infra iam dictos confines et quodcumque fieret vel factum esset, confiscamus et civitati Pisane concedimus.

5. Et Pisana civitas habeat iurisdictionem et merum et mixtum imperium et potestatem faciendi iustitiam et etiam vindictam in omnibus factis suis, civitate, territorio et districtu et dandi tutores, curatores et monualdos et faciendi et creandi iudices ordinarios et notarios et ius cudendi monetam et alia que iudex ordinarius vel quilibet potestate preditus ab imperatore habere debet ex sua iurisdictione et suo districtu et in suos, quos concessimus et concedimus. Et habeat et habere possit civitas Pisana iudices appellationis cum iurisdictione, quam in offitio appellationis habemus in ipsa civitate Pisana et suo districtu.

6. Et Pisani et qui de eorum districtu sunt a nulla persona debeant foderari aut hospitari seu hospites suscipere non cogantur et Pisani potestatem habeant ducendi eos de suo districtu in expeditionem et ad omnem districtum suum. Et quicunque negotiator voluerit transire ad eos causa negotiandi sive per terram sive per aquam, secure vadat et a nullo aliquo improperio seu impedimento impediatur. Et quod Pisani et eorum res et mercationes sint sani et salvi in toto Romano imperio et salvi[l] et naufragi consuetudine aliqua non obstante, nisi sint in banno imperii aut Pisani comunis. Negotiatores autem Pisani per Siciliam sive Calabriam, Apuleam et per totum Romanum imperium in terra liberi sint et vadant per terram et aquam[m] absque omni pedagio et dirictura solvenda vel solvendo, quocunque nomine censeantur, nec cogantur emere vel vendere ultra suum velle nec quolibet alio ingenio prohibeantur emere.

7. Et si Pisani pro hiis vel de hiis concessionibus in totum vel in partem obtinendis vel recuperandis vel retinendis aliquem gravaverint vel possessionem transtulerint, non cogemus civitatem Pisanam vel potestatem Pisanam seu rectorem vel consules qui pro tempore fuerint ad iustitiam faciendam. Set eisdem predicta eorum viribus capere et ad se adducere modis quibuslibet licite ex nunc concedimus nulla prescriptione obstante. Omnia autem vestra privilegia, que[m*] ab antecessoribus nostris divis Romanorum imperatoribus seu regibus civitati Pisarum indulta atque concessa auctoritate presentium confirmantes et de novo etiam concedentes.

530. k) merchantiones *similiter semper* 2. l) sani 2. m) *hic incipit monogramma in* 2.
m*) *ita* 1. 2; *delendum potius est.*

8. Ad hec quoque volentes vos et comune Pisanum uberioris gratie dono prosequi, vobis et comuni Pisano concedimus et donamus civitatem Grosseti eiusque districtum cum iuribus et pertinentiis suis et[n] castrum Ravi[o] cum iuribus et pertinentiis suis[p]. Insuper etiam concedimus et donamus omnes alias terras et comunitates inimicas imperii et dicti comunis Pisarum, quas prefatum comune Pisarum adipisceretur virtute armorum, et in hiis tantum virtute armorum adipiscendis iure nostro et imperii semper salvo.

9. Si quis autem de predictis concessionibus quidquid Pisane civitati abstulerit vel inquietaverit aut de predictis supra predicte civitati concessis detinuerit, citabimus eum precipientes ut desistat et restitui faciemus. Quod si non fecerit, per sententiam nostram eum banno supponemus nec extrahemus a banno, nisi primo satisfecerit civitati Pisane. Nichilominus viribus nostris, quod eisdem Pisanis predicta omnia illibata serventur, curabimus cum effectu. Hec supradicta omnia damus in feudum et concedimus comuni et populo Pisanorum et per presentem privilegii paginam confirmamus, quam sub bulla nostra aurea[q] iussimus insigniri. Et de predictis vos recipientes pro comuni et populo Pisano et Pisanos omnes investimus per ensem, quem in manu tenemus. Predictam autem concessionem seu dationem ratam esse volumus et firmam, non obstante aliquo privilegio vel rescripto vel litteris a predecessoribus nostris vel nostra maiestate impetratis vel impetrandis. Et si qua talia privilegia vel rescripta invencta fuerint, ea imperiali auctoritate cassamus.

1.

Acta sunt hec Pisis in aula nostra, in presentia venerabilis in Christo patris domini Iacobi Dei gratia Ostiensis et Velletrensis episcopi ac illustrium[r] et magnificorum virorum dominorum Maynardi comitis de Octinborg, Tederici magistri Alamannorum, Frederici comitis de Octinghen, Nerii de Fagiola et Ugolinuccii de Baschia baronum et consiliariorum[s] prefati domini imperatoris testium ad hec vocatorum. Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, indictione duodecima, die vigesima secunda Decembris, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero primo.

Signum domini Ludovici quarti Dei gratia (M.) Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego[t] frater Heinricus sacre theologie doctor et gerens officium cancellarii aule imperialis vice domini archiepiscopi Coloniensis archicancellarii sacri imperii per Italiam recognovi.

2.

Dat. Pisis, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo, indictione duodecima, die vigesima secunda Decembris, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero primo.

Presentibus venerabili in Christo patre domino Iacobo Dei gratia Ostiensi et Velletrensi episcopo ac illustribus et magnificis viris dominis Mainardo comite de Octinborg, Tederico magistro Alamannorum, Frederico comite de Octinghen, Nerio de Fagiola et Ugolinuccio de Baschia baronibus et consiliariis prefati domini imperatoris testibus ad hec vocatis.

---

530. n) et *deest* 2. o) castrum Montiscalvuli, castrum et terram Rotarii *add.* 2. p) eorum 2. q) aurea *deest* 2. r) illustrorum 1. s) orum *in loco raso* 1. t) *abhinc manus cancellarii in* 1.

531. HOMAGIUM COMITIS IULIACENSIS PRO REGE FRANCIAE.

1328. Dec. 22.

Originale in tabulario Parisino 'Carton J. 522' nr. 4. Descripsimus nos. Pendet sigillum illaesum loro membranaceo. — Ineditum.

A touz ceus qui ces lettres verront Guill(aum)es contes de Iulers salut. Savoir faisons que de sis cenz livres Tourn(ois) de rente, que nostre tres ch(ier) et redoubte seigneur mons(eigneur) Ph(ilipp)e par la grace de Dieu roy de France nous a donne a prenre chascun an, tant comme nous vivrons, sur son tresor a Par(is), nous li avons fait homage et li promettons foy et loyaute envers touz et contre touz, excepte contre le roy d'Alemaigne et le duc de Breban. En tesmoing de ce nous avons fait meitre nostre seel en ces lettres.

Donn(es) a Par(is), le XXII. jour de Decembre, l'an de grace mil CCC vint et huit.

---

532. 533. SCRIPTA AD TRACTATUS CUM CIVITATE RATISPONENSI SPECTANTIA.

1328. Dec. 31.

532. *Scriptum vicedomini de Trausnitz.* *Dec. 31.*

Originale in tabulario generali regni Bawarici 'Regensburg, Reichsstädt. Archiv' fasc. 40. Descripsimus nos. Sigillum, quod loro membranaceo pendebat, desideratur. — Ineditum.

Reg. Boica VI, 276.

Ich Weichnant von Trausniht vergich offenbar an disem brief, daz ich von des gepotes und gewaltes wegen, den mir mein gnediger herre her Lodweich der Romische chaiser an seim offen brief[1] geben hat, einen steten fride und satz geteidingt und gemacht han fur dez selben meins herren des chaisers und meiner herren seiner vetern lande und læute den weisen læuten dem . . purgermaister, dem . . rat und aller gemain
1329. der burger und der stat ze Regenspurg, ir helfern und dieneren, ir leib und ir gůt von
Febr. 2. hůte untz auf die Liechtmesse die schierst choment und von danne uber zwai gantzů
1331. Febr. 2. jar die schierst nach einander choment, als auch den selben fride und satz mein lieber herre der edel hertzog Rudolf mit seim brief besichert und bestetigt hat und auch fůr sein brůder mein herren hertzogen Ruprechten an geverde gehaizzen hat. Ez sol auch der vorgescriben fride und satz in der vorgenanten zeit und jaren nicht widerpoten noch aufgestôzzen werden von deheinerlai sachen an geverde. Dar uber ze urchunde gibe ich disen brief mit meim insigel versigelt.

Der gebn ist ze Nappurch, do man zalt von Christes gepůrt driuzehenhundert jar dar nach in dem achtundzwainzigstem jar, des Samtztag in der Weichnachtwochen.

1) *Servata non est.*

533. *Scriptum comitis Palatini.* *Dec. 31.*

Originale ibidem 'Fürstenselekt' fasc. 201. Descripsimus nos. Sigillum secretum fere illaesum pendet loro membranaceo. — Ineditum[1].

Reg. Boica l. c.

Cf. infra ad a. 1330. Mart. 5.

Wir Růdolf von Gots gnaden pfalentzgraf bi dem Rein und hertzog in Beyern verjehen offenbar mit disem brief, daz wir nach den taidingen unsers lieben getriwen Weignants von Trausniht und von sinem gewalt, den er von unserm lieben genædigem herren und vettern hern Ludweigen dem hohwirdigem Rômischem chaiser hat mit sinen offen briefen, einen stæten frid und satz umb alle sache und auflæuff mit unsers rats rat, der zů uns geschafft ist, gegeben haben und geben mit disem brief den weisen læuten dem purgermeister, dem rat und der gemain der purger und der stat ze Regenspurch und iren helfern und dienern von hinne untz auf di Liehtmisse di nu 1329. Febr. 2.
schierst chumt und dar nah ůber zwai gantzen jar di schierst nah einander choment fůr 1331. Febr. 2.
uns und alle di unsern. Da von wellen wir und gebieten allen unsern edeln leuten, pflegern, vitztůmen, rihtern, amptlæuten di ieẑ sint oder fůrbaz werdent und allen andern unsern getriwen swie di genant sint vestichlich bi unsern hulden, daz si di vorgnanten purger von Regenspurch, ir boten und ir diener, di ir gůt wandelnt ůberal ein unserm lande auf strazz, auf wazzer und auf lande di selben zeit und jar friden und schirmen ir leib und ir gůt noch si mit nihteu leidigen noch beswæren lazzen an allez gevær. Wir gehaizzen auch fůr unsern lieben brůder hertzog Růprehten den selben frid und satz behalten und stæt ze haben an gevær. Ez sol auch der vorgnant frid und satz in den vorgenanten zeit und jaren niht widerpoten noch aufgestozzen werden von dhainerlay sache wegen an gevær. Und daz auch daz allez stæt und unzerbrochen beleib, geben wir disen brief versigelten mit unserm hangendem insigel.

Daz ist geschehen und der brief ist gegeben ze Napurch, do man zalt von Christs geburt dreuzehenhundert jar dar nah in dem ahtenundzwaintzigistem jar, dez Samstags an dem Ebenweihabend.

---

1) *In adnotatione ponimus Scripta item inedita consensus nobilium, quae ex originalibus loco ad nr. 532 citato servatis descripsimus; sigilla dorso impressa plus minusve laesa sunt; cf. Reg. Boica VI, 276 sq.*

Ich Hainrich truhssezze von Holnstain vergih offenbar an disem brief umb den satz, den her Weychnant von Trausniht zwischen Regenspurgern und minem herrn hertzog Rudolf von nu Lyhtmesse diu schierst chumt ůber zwai jar gemacht hat, als die brief sagent, die dar ůber gebn sint, vergih ich mit disem brief, daz deu selben teydinch mit minem rat, gunst und guten willen geschehen sint. Und gib des dar uber disen brief ze ainem urkund.

Der gebn ist do man zalt von Gotes gebůrt dreuzehnhundert jar dar nach in dem ahtundzwaintzigsten jar, des Samptztages in der Weynahtwochen.

Ich Dietreich von der Chůrne vergihe offenbar an disem prife umb den satz, den her Weichnant von Trausnicht zwischen Regenspurgern und meinem herren hertzog Rudolf von nu Liehtmesse die schierst chumt ůber zwai jar gemacht hat, als die pri̊fe sagent die dar ůber geben sint, vergihe ich mit disem prife, daz diu selben teydinch mit meinem rat, gůnst und gůtem willen geschehen sint. Und gibe des dar ůber disen pri̊fe ze einem urchůnde.

Der geben ist do man zalt von Christes gebůrte driuzehenhundert jar darnach in dem achtundzwainzigistem jare, des Samptztags in der Weichnachtwochen.

534. 535. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE DIVERSAE.

1329. Ian. 11.—20.

534. *Litterae ad comitem Iuliacensem.* *Ian. 11.*

Copia (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 115[I] fol. 94 nr. 531. Contulimus nos. — Ed. Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 202 nr. 1595 ex* c.*; extr. apud Riezler 'Vatikan. Akten' p. 408 nr. 1117 ex* c.

Cf. supra nr. 510 et Sauerland l. c. II, 247 nr. 1717.

Guillelmo comiti Iuliacensi.

Nobilitatis tue litteras, per quas nobis tuum adventum proximum ad nostram presenciam intimasti, recepimus leta manu, tuam volentes providenciam non latere, quod cum sit adventus huiusmodi nobis gratus, te libenter videbimus et iam ante receptionem litterarum tuarum predictarum per dil. fil. nobilem virum Poncium de Ungula familiarem nostrum tibi destinaveramus nostras speciales litteras de conductu.

Dat. [Avinion(e)], III. Id. Ianuarii, anno terciodecimo.

535. *Litterae ad Albertum ducem Austriae.* *Ian. 20.*

Copia (c.) *ibidem tom. 115[1] fol. 98 nr. 558. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 409 nr. 1122 ex* c.

Reg. Löher loco supra ad nr. 243 citato p. 229 nr. 615; Preger-Reinkens p. 269 nr. 463.

Alberto duci Austrie.

Utinam fili germanus tuus[1], pro quo tua novissime nobilitas nobis scripsit, sic in viam salutis dirigeret gressus suos se a consortio infidelium separando, quod mereretur a nobis et ecclesia sancta Dei devotus reputari filius et prosequi graciis et favoribus oportunis. Sed sicut fertur pacta in quadam pace pridem per ipsum cum certis suis emulis inita contrarium apercius insinuant et evidentius manifestant, non sentiens flagella Domini[2], quibus ut credimus ad revocandum ipsum a devio hiis diebus satis dure licet misericorditer visitavit. Scimus equidem, quod quondam Lipoldi ducis Austrie germani tui consiliis salubribus acquiescere noluit nec tuis, sicut vehementer presumimus, acquiescet. Nos tamen, qui paterno more filii correctionem desideranter appetimus, quod ipse pedes suos a devio retraheret et tuis salutaribus monitis animum suum non verbo solum, sed opere inclinaret, intensis desideriis affectamus. Sane de oblatione, quam nobis in eisdem litteris fecit tua nobilitas, gratiarum tibi excolimus uberes actiones.

Dat. [Avinion(e)], XIII. Kal. Febr., anno terciodecimo.

---

1) *Scil. Fridericus III. rex.* 2) *Cf. Iudith 8, 27.*

536. 537. MANDATA VICARII GENERALIS IN TUSCIA.

1329. Ian. 12.—23.

536. *Mandatum de appellatione pendente vicario missum.* *Ian. 12.*

Ex Actis (c.) *curiae vicarii generalis tabularii regii Lucani 'Curia de' rettori I' signatis*[1]. *Contulimus nos. Praecedunt haec:* In Christi nomine amen. Hic est liber peticionum, suplicationum, responsionum, requisicionum, preceptorum, terminorum posicionum, sententiarum, presentationum instrumentorum et aliarum diversarum scripturarum curie illustris principis et domini domini Frederici Dei gratia comitis de Octinghen pro sacro Romano imperio in Tuscia vicarii generalis, eius generali vicevicario existente nobili et sapienti viro domino Cino de Castilione Aretino iuris utriusque perito. Et scriptus per ser Iohannem Nelli de Sancto Miniate et per me Atinum Raynam de Papia imperiali auctoritate notarios ac dicte curie cancellarios sub anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indicione duodecima, in primis sex mensibus, diebus et mensibus infrascriptis. — *Ed. Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 523 nr. 512 ex* c.

Praecedunt in c. *supplicationes Martini Pardi et Tini Iunctae.*

Nos Fredericus Dei gracia comes de Octingh pro sacro Romano imperio in Tuscia vicarius generalis discreto viro Frederico de Ubertis de Florentia vicario in provincia Valis Nebule pro imperatoria maiestate salutem.

Ecce quod Francischus Mercati notarius procuratorio nomine pro Martino Pardi[a] et pro Tino Iuncte de Uthano coram nobis appellavit a quadam condempnacione, que dicitur per vos facta de dicto Martino de libr. XXV denariorum occasione cuiusdam vulneris et insultus facti ut dicitur per ipsum Martinum in personam Ricchi Boname, et a quibusdam condempnacionibus factis per vos de ipso Tino de libr. XVIII et sol. XV in una parte et de aliis libr. XVIII et sol. XV in una alia parte et de libr. tribus denariorum in una alia parte pro certis malleficiis et excessibus[b], que debuit ut dicitur comittere, dicendo ipsas iniustas et iniquas esse et latas contra ipsos Martinum et Tinum ipsis Martino et Tino non existentibus culpabilibus de hiis, pro quibus processum fuit per vos contra eos ad dictas condempnaciones, ut in dictis appellationibus plenius continetur. Quare cum questio dictarum appellationum ad nos pertineat vigore nostri generalis officii, quem obtinemus pro imperatoria maiestate in tota Tuscia, vobis mandamus quatinus pendentibus dictis appellationibus occasione dictarum condempnationum contra ipsos Martinum et Tinum nullam faciatis novitatem et quod omnia acta et processus fact(os) dicta de causa dictis Martino et Tino in forma publica salario competenti exibi faciatis. Et si questio[nem] dictarum appellationum ad vos seu ad aliam personam crederetis pertinere, coram nobis infra V. diem [per vos] seu per legiptimum responsalem comparere curetis obstensuri de iure vestro et recepturi debitum rationis.

Dat. Luce, die XII. Ianuarii, XII. indicionis.

536. a) Ꝑdi *c.* b) excelsibus *c.*

1) *Cf. loco supra pag. 416 not. 1 citato I, 93, itemque alium Librum petitionum et Librum bannorum eiusdem vicarii generalis, quae ibidem I, 92 sq. indicantur.*

537. *Mandatum de comparendo eidem directum.* *Ian. 23.*

Ex eisdem Actis (c.), *ubi statim sequitur. Descripsimus nos. — Ineditum.*

Sequuntur in c. *mandata nostra nr. 536 et 537 alia mandata duo omnino concordantia, quae ad Tinum Iunctae spectant.*

Fredericus Dei gratia comes de Octingen pro sacro Romano imperio in Tuscia vicarius generalis nobili viro Frederico de Ubertis de Florent(ia) vicario provincie Valis Nebule cum sinceritate salutem.

Notificamus tibi tenore presentium Martinum Pardi de Uççano provincie memorate coram nobis et vicevicario nostro exibuisse peticionem tenoris et continencie infrascripte:

'Martinus Pardi de Uzzano de provincia Valis Nebule coram vobis — et advocatis'[1].

Quocircha nostri generalis officii debito suggerente harum serie te requirimus et monemus, quatinus si credis interesse tua te ad predicta opponere pro tuo officio suprascripto, coram nobis vel vicevicario nostro Luc(e) apud palacium, in quo cum nostra curia residemus, per te vel ydoneum responsalem infra secundum diem a presentatione presentium numerandam conparere procures, responsurus suprascripte petitioni et processurus super ea iuridicis diebus et horis, donec quod iuri convenerit fuerit diffinitum. Alias autem in termino et post terminum per nos et nostram curiam procederetur ad cognicionem et diffinictionem cause ut iuris esset, tua absentia non obstante.

Dat. Luc(e), die XXIII. Ianuarii, in terciis.

538—541. LITTERAE CIVITATIS FLORENTINAE DIVERSIS MISSAE.

1329. Ian. 13.—Febr. 6.

538. *Litterae ad legatum apostolicum priores (et civitates quasdam).* *Ian. 13.*

Copia (c.) *in Copiario 'Reg. litt. II' signato fol. 4 tabularii regii Florentini, ubi rubrum:* Ad dominum in Lombardia legatum. — *Dedit Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 115 nr. 213 ex* c. *Editionem repetimus.*

Domino legato Lombardie.

Vere habemus quod dampnatus Bavarus suos apparatus fecit, ut sine dilatione contra nos in potenti brachio veniat et procedat. Propter quod nec minus propter certas novitates intrinsecas civitatis Florentie quas sentimus necessario expedit nos subito esse in brachio magis forti. Et ideo paternitati vestre quam affectuosius possumus supplicamus, quatenus omni dilatione submota visis presentibus quam maius potestis armigere vestre gentis exfortium in nostrum succursum et subsidium dignemini sollicite destinare, sicut civitatem Florentie custodiri et conservari cupitis nostris devotissimis supplicationibus et gratia speciali. Et quanto ipsum subsidium celerius habemus, fructuosius esse potest.

Data Florentie, die XIII. Ian., XII. ind.

Eodem modo scriptum est mutatis mutandis communibus Bononie, Perusii et Senarum.

1) *In supplicatione, quam hic ponere supersedimus, eadem continentur quae in Mandato nr. 536 relata sunt.*


GETTY CENTER LIBRARY
3 3125 00788 8304

